

BIBLIOTHECA
ARABICA,

EDIDIT

CHRISTIANUS FRIDERICUS
DE SCHNURRER.


BIBLIOTHECA
ARABICA.

AUCTAM NUNC ATQUE INTEGRAM

EDIDIT

D. CHRISTIANUS FRIDERICUS
DE SCHNURRER,

ORDINIS REGII WÜRTTEMBERG. MERIT. CIV. EQUES, LITTERARUM UNIVERSITATIS TUBINGENSIS CANCELLARIUS, INSTITUTI TERTIAE CLASSI ADSCRIPTUS, SOC. REG. SCIENT. GOETTING. ET ACAD. REG. BOICAE SODALIS.



HALAE AD SALAM,
TYPIS ET SUMTU I. C. HENDELII.
MDCCCXI.

ANTONIO ISAACO
SILVESTRE DE SACY

S.

Praefatio.

Bibliotheca Arabica, qualis nunc vulgatur, quem ortum habuerit, quem progreſſum, paucis accipe, benevole lector.

In hac Tubingenſi litterarum univerſitate cum adhuc ex more majorum in uſu ſit, ut qui ſeminarii theologici diſciplina reguntur juvenes ad theologiam tractandam non accedant, niſi biennio verſati exercitatique in ordinis philoſophici ſcholis, publico etiam disputandi exercitio defuncti fuerint; muneris erat fere ſingulis annis academicum opusculum paratum habere, quale diſputandi illa occaſio requireret.

Quae inde ab anno 1772. prodierunt ſingula, conjunctim uno volumine edita ſunt anno 1790. Quae abhinc ſubſecutae ſunt commentationes, omnes praeter unam, cui ipſimet haud nihil tribuimus, Rabbi Tanchumi Hieroſolymitani ad libros veteris teſtamenti commentarii arabici ſpecimen 1791.

 brevi

brevi repetitae sunt inter Commentationes theologicas, editas a Jo. Casp. VELTHUSEN rel. Vol. I. 1794. - Vol. VI. 1799. 8.

Visum tunc est, ex alio etiam genere argumentum petere. Prodiit itaque anno 1799. Bibliothecae Arabicae Specimen, idque complectens, non, ut natura rei ferebat, grammaticos libros, sed historicos geographicosque, utpote opinio ferebat, illos cognosci posse ex libro, inscripto:

A Catalogue of dictionaries, vocabularies, grammars and alphabets. in two parts. I. Alphabetic catalogue of Authors. II. Chronological catalogue of works in each class of language. by William Marsden — London, 1796. 4.

Successit proxime specimen alterum, libros poëtici similisque argumenti enumerans. Jam ubi cognitum factum compertumque, libri sui Marsdenium non nisi sexaginta exempla typis describi voluisse, nec ejus copiam fecisse, nisi quibus ipse vellet, paucioribus; non erat amplius, cur videretur abstinendum esse a grammaticis etiam libris commemorandis: in his sicubi occurrit quod exularet e catalogo Marsdeniano opusculum, nota * id a caeteris distinctum.

In recensendis deinceps anno 1803. scriptis Christianorum opera editis ad juvandam doctrinam et pietatem christianam, permagnus erat usus Catalogi librorum, qui ex typographia Sacrae Con-

Congregationis de propaganda fide variis linguis prodierunt. Novissimus, cujus tum quidem notitia erat et copia, vulgatus Romae 1782. pagg. 30. Qui proxime praecessit anno 1773. pagg. 55. praefationem habet Jo. Christoph. Amadutii, typographiae tum praesidis inde ab anno 1770. qua ipse, quibus antehac annis Catalogus sive Elenchus vulgatus fuit, significavit. Primus post conditam anno 1626. typographiam editus est anno 1639. a Jo. Dominico Verusio Beneventano, Superintendente, Secundus anno 1667. a Zacharia Dominico Acsamitek a Kronenfeld, Boëmo Pragense, typographiae ministro inde ab anno 1655. quem tunc temporis Impressorum omnium, qui Romae erant, celeberrimum dicit Amadutius. Et hunc quidem Elenchum idem observavit, repetitum esse in libro inscripto: Dorothei Asciani S. S. Theol. D. (immo vero Matthiae Zimmermanni) montes pietatis Romanenses historice, canonice, theologice detecti. Lipsiae, 1670. 4. at repetitum eundem etiam esse a Tenzelio, Monatliche Unterredungen, Martius 1693. pag. 218 - 227. ignorasse ille videtur. Tertius prodiit in folio sine anni mentione; Quartus curante Nic. Antonellio, tandem S. R. E. Cardinale, qui typographiae praefuit ab anno 1730. usque ad annum 1758 Successit Quintus anno 1761. pagg. 39. in quo, Amadutii verba sunt, „Ruggierius nonnullos libros recensuit, quos sub prelo esse monuit, ut revera ipse exoptabat, sed qui tamen nunquam, aliis instantius urgentibus, prodierunt.“ Sextus, pagg. 44.

„tum

„tum nonnullis additis, qui desiderabantur, tum expunctis pluribus, qui vel defecerant, vel nunquam exstiterant," curatus est a Biccio, qui primus passim in margine adspersit observationes litterarias. Quintus ille inter arabicos libros refert etiam hunc:

Ecclesiae Graecae Orthoxae (sic) Orientalis cum Romana Catholica Occidentali Concordia. 1710. 4.

et nos quoque eum commemoravimus Num. 272. et quidem ex fide Theoph. Sig. Bayeri: neque enim aliud ejus vestigium superest, et omittit eum non modo proximus Sextus, sed et Septimus Amadutii, et Octavus, anni 1782. et, vere novissimus, Nonus. Prodiit hic Romae 1793. pagg. 31. primus, qui singulis libris quod statutum est pretium, adponit. Et hic quidem exhibet inter arabicos libros primo loco hunc:

Antoine P. Gabriel, Theologia moralis universa Interprete P. Josepho Ageluni Monacho Basiliano. Tom. V. in 4. 1783.

at huic uni cum non sit dictum pretium; est sane, cur suspiceris, inchoatam quidem, sed intermissam necdum elaboratam esse editionem. Illud certum est, abhinc otiatam esse feracissimam antea typographiam ab arabicis edendis, nec nisi perpaucos libros protulisse, Latinos Italicosque.

Partem

Partem quintam de libris Chriſtianis excepit anno 1805. ſexta de Biblicis libris, utpote quae viſa erat rectius verſari poſſe in nonnullis, illam praemiſſam ſubſecuta. Neutiquam vero in ea hoc actum, ut repeterentur quae eſſent tradita a Maſchio in Bibliothecae Sacrae – – Partis ſecundae de verſionibus librorum ſacrorum Vol. I. de verſionibus orientalibus. Halae, 1781. 4. pag. 103 – 139. ſed magis erat conſtitutum, abſtinere a recitandis, quae ibi ſint recte et probabiliter tradita: quod qui utrumque recenſum contenderit, facile intelliget.

Acceſſit anno 1806. pars ſeptima, quae de Korani editionibus verſionibusque referret, nec non de aliis iſtiusmodi argumenti ſcriptis. Atque hic tum erat ſubſiſtendum. Novum enim munus non ferebat opportunitatem, eadem ratione et forma edendi unicam, quae reliqua eſſet, partem, de libris varii argumenti, neque perpaucis neque omnibus tritis cognitisque.

Haec igitur poſtrema pars, complectens omnia, quibus antea non erat locus, nunc primum in lucem prodit: caeterae repetitae ſunt, ſed omnes recognitae haud negligenter, multo etiam nunc pleniores, additis non modo quae recentiſſima aetas tulit ſcriptis, ſed et haud paucis, quae tum eſſent nondum comperta. Koranica quidem claſſis haud quidquam incrementi nacta, nec Biblica multum ditata: ſed conſpicuus eſt numerus librorum minus adhuc cognitorum claſ-

ſis

fis quartae, inter quos eminet, cujus ne leviffimum quidem veftigium antehac innotuerat, Liber Concilii Libanenfis, Mar-Hannae 1788. 4. cujus partem expofuit Programma ad feftum Jefu Chrilti natalitium. Tubingae, 1810.

Qui vero potiffimum adjuvit effecitque, ne nimis imperfecta prodiret Bibliotheca Arabica, eft vir incomparabilis, in litteris arabicis ac orientalibus omnibus princeps, humanitate et benevolentia nulli fecundus,

A. I. SILVESTRE DE SACY.

Ipfe non modo haud dedignatus eft, coeptum opus in lucem producere fuaque auctoritate probare, fed etiam fponte excitavit alios ad opem ferendam, communicandis libris ex commercio ufuque hominum remotis eorumque notitiis. Ufus vero ille his verbis, Magasin Encyclopédique, Année VI. Tome 5. pag. 342. — *et il est à desirer que tous ceux qui cultivent la même littérature, et qui s'interessent à ses progrès de lui communiquer les renseignemens qu'ils peuvent avoir acquis sur cette matière, et à lui donner des notices exactes des livres les plus rares qu'il n'a pu voir lui même, ou dont il n'auroit qu'une connoissance imparfaite.* — Atque iterum, Ann. IX. Tome 6. pag. 183. *Nous ne pouvons que renouveler nos voeux pour la continuation de cet ouvrage, et inviter de nouveau les orientalistes et*

et ceux qui possèdent des collections des livres rares, à communiquer à l'auteur de cette Bibliothèque tout ce qui peut servir à compléter son travail. Et quamvis commendationi minus responderet eventus, Ipse tamen vice multorum defunctus, Ipse unus suffecit pro omnibus, ut qui suppeditaret ex suis cum maxime, tum et aliorum copiis privatis, et permulta, et talia, quae vix quisquam alius, etiam si vellet, posset depromere.

Haec iterum, quod multoties factum, dum mecum reputo, gestit animus nec sinit sese contineri, Ipsum Te, amicorum maxime, his verbis compellare, et quantum Tibi uni debeam profiteri solemniter. Tu potissimum Tua commendatione effecisti, ut Te praesidis personam gerente Instituti Tertia Classis sodalem, cui commercii litterarii facultas competeret, me cooptaret, quo haud quidquam exoptatius honorificentiusque contingere mihi poterat; Tu filium, beatiorem patre cui Tuo conspectu frui nunquam licuit, excepisti benevole; Steudelium, jussu sumtuque Regis Württembergiae ad excolendas arabicas litteras missum Lutetiam, Tibi abs me commendatum, consilio, institutione, domestica etiam, modisque omnibus adjuvisti; omnium abs Te editorum cum luculentissimorum operum, tum opusculorum, omnium exquisiti argumenti, promtus me fecisti compotem; quotiescunque haerebam in litteris arabicis, Tua paratissima doctrina expeditum me reddidisti. Tot et tanta cum sint abs Te in me, nullo officiorum genere promeritum, profecta

bene-

beneficia, equidem nec habeo, nec habebo unquam, quod rependam nisi animum, gratum illum omnemque Tuum. Ut neminem adhuc expertus sum Te humaniorem et in humanitate constantiorem: ita nunquam concedam, ut inter quam plurimos, qui Te colunt suspiciuntque, Tui me habeas studiosiorem, observantiorem, amantiorem. Tubingae, Kal. April. MDCCCXI.

Rogandus est lector benevolus, velit haud detrectare officium, singulis fere paginis adhibendi indicem Corrigendorum, quae sane non perpauca sunt, auctoris nulla culpa, neque enim hic negligenter vel impedite tradidit, quae vellet typis exprimi, quod non potest non testari, qui suis typis librum editum est professus.

Corri-

Corrigenda.

Pag. 3. lin. 14. leg. funebris,
— 4. l. 2. caufis ib. l. 4. Oratio de ib. l. 9. pagg. ib. l. 15. Decembr. ib. l. 24. XIV. Maji
— 5. l. 11. pagg.
— 6. l. 30. ab eodem
— 8. l. 16. pag. 55—88. ib. l. 21. 4. pagg. 8.
— 9. l. 3. 1768. 4.
— 12. l. 3. pagg. 46. ib. l. 20. arabice
— 13. l. 2. convenientia ib. l. 20. indaganda
— 14. l. 21. pag. 1191. ib. l. 24. recludendis
— 15. l. 6. *hafta*
— 16. l. 21. ligeramente
— 18. l. 31. intelligerent
— 19. l. 23. Marefchalli
— 22. l. 26. unde
— 23. l. 5. Bodlej. ib. l. 10. Giarrumia,
— 25. l. 25. pag. 17.
— 26. l. 9. epiftola, fcripta ib. l. 30. reddat
— 28. l. 31. num. 68.
— 31. l. 11. infeliciter
— 32. l. 7. el Kaher ib. l. 8. Rhamân ib. l. 23. eadem
— 37. l. 2. fit."
— 41. l. 27. prooemium
— 43. l. 11. Romanae ib. l. 28. fennam
— 44. l. 23. Hiftoria caet.
— 45. l. 20. Confeffus ib. l. 26. cirça ib. l. 28. laudatio-
— 46. l. 3. 1639. fol.
— 47. l. 9. ejusdem Sota, pag. 1100.
— 48. l. 3. cujusdam
— 50. l. 32. Lexicon
— 51. l. 28. leg. Gifenfium
— 52. l. 27. vidimus
— 54. l. 19. سبح ib. penult. Goliano
— 55. l. 4. lexicon qui
— 57. l. 16. patre
— 58. l. 21. * 83.
— 60. l. 27. * 87.
— 61. l. 2. 4." Unum
— 62. l. 9. atque
— 63. l. 25. iterum ib. l. 26. Mouftafa
— 64. l. 15. Efendi
— 65. l. 2. (Briefwechfel, Th. 2. pag. 38.) ib. l. 18. de dialecto

Pag.

Pag. 66. lin. 27. leg. (num. 17.)
— 69. l. 32. ex Abul Pharagii
— 70. l. 3. Haririi ib. l. 17. num. 106.
— 71. l. 20. msta quaedam
— 74. l. 19. حَلَّتْهَا
— 77. l. 2. انزاكى
— 77. l. 15. Congregação ib. l. 20. pagg.
— 78. l. 1. ابي طالب ib. l. 3. توفيت pro
ib. l. 6. يحتج
— 80. l. 4. pag. 1036.
— 81. l. 7. Sehah, f. Lexicon ib. l. 9. grammaticarum,
— 86. l. 11. Abd el Hamid
— 87. l. 2. pag. 232. ib. l. 29. abfolvitur:
— 88. l. 15. pagg. ib. l. 16. pagg. ib. l. 19. pagg.
— 89. ult. quibus
— 91. l. 19. ab ar. edd certus
— 91. l. 20. ab ar. aton
— 93. l. 4. Eichhorn's ib. l. 5. 723—728.
— 94. l. 27. zu
— 95. l. 20. Mauritania,
— 97. antepen. pagg.
— 99. l. 14. Wien,
— 100. l. 1. Lokmani ib. l. 17. national. ib. l. 25.
Lokmani
— 102. l. 3. and correct ib. l. 11. Arabic, ib. l. 13.
venditat, ib. penult. praedicatus
— 103. l. 1. pagg. ib. l. 2. هداية ib. l. 31. London:
1806.
— 105. l. 1. 1786. num. 124. ib. l. 3. pagina, ib.
l. 11. add. 149b ib. l. 12. فهرست
— 106. l. 2. واتصلية ib. l. 21. el Hamid ben Abd el
antep. Forfeta
— 107. l. 13. al Barcowi. Suo ib. penult. nominavi
— 108. l. 6. Novum ib. l. 9. tractatione ib. l. 24. A. I.
— 109. l. 22. A. I. ib. l. 24. fcripturas ib. l. 31. fuo
l. 32. al Sonniah —
— 110. l. 1. السنية

Pag.

Pag. 120. lin. 12. leg. continens. ib. l. 20. CCCCI.
— 121. l. 29. Tauarestan,
— 122. l. 5. h. e. regionum extra ib. l. 19. and
writings
— 125. l. 21. Kilonienfi. ib. l. 24. Syriae
— 126. antep. Biblioth.
— 127. l. 4. Magna pars ib. l. 8. Godofr. ib. l. 9. 1790.
— 129. l. 5. Ἀπαμείας ib. l. 10. μεταφρασθεῖσα ib.
l. 33. δεύτερος.
— 130. l. 15. prooemii ib. l. 18. Ἐν
— 132. l. 6. Quid fit
— 133. l. 1. في اخبار
— 135. l. 6. inde
— 136. l. 24. pagg. 12.
— 138. l. 16. usque ib. antep. Paul.
— 139. l. 31. pag. 252.
— 141. l. 10. Renaudot, ib. l. 16. pag. VI.
— 142. l. 4. المنقول . ib. l. 19. in tenebris delitescere, ib. l. 24. accedat,
— 144. l. 13. illius
— 146. l. 5. pagg. 533. ib. in nota تخبرني
— 151. ult. legeret
— 153. num. 177. Abdollatiphi
— 155. l. 7. commentarium
— 156. l. 27. Tychfenii Excerptis
— 157. l. 1. et 8. et infer. A. I. ib. l. 9. Magasin
— 159. l. 10. imperfectum; neque
— 162. l. 30. pag. III.
— 164. ult. historica
— 170. l. 5. certum, ib. l. 18. constituendis
— 171. l. 1. ut msta versio ib. l. 11. transmissum
— 174. l. 15. والبلدان ib. l. 18. et regionum
— 175. l. 5. pag. 22. ib. l. 14. recensebimus. num. 238.
l. 29. رايبوذي
— 177. l. 1. latino
— 179. l. 3. لم بني
8. 9. lin. 4. وهي
. . . حصينة cincta est
— 179. l. 15. leg. هذا المنار ib. l. 22. المنار

Pag.

— 181. l. 19. Encyclop. 1810. menf. Jul. ib. l. 27. primo.
— 185. numerus 196. fuo loco ponendus.
— 188. l. 9. Pocockio,
— 189. l. 22. anno 1629.
— 190. l. 11. mstos Leidenfes
— 191. l. 9. humani
— 192. l. 5. Franc. fil.
— 195. l. 10. LETTE.
— 198. l. 23. msto aliquo ib. l. 24. editione.
— 199. l. 4. converfum. ib. l. 5. hebraicae. ib. l. 13. msto editum
— 200. l. 26. expreffum.
— 201. antepen. perficeret
— 202. l. 2. illuftratum. ib. l. 4. argumento, ib. l. 5. pofita. ib. l. 9. mstus codex, ib. l. 23. Mstum (Mangeri)
— 203. l. 6. illuftratum.
— 204. l. 31. Joctanidarum
— 206. l. 10. poffet.
— 207. l. 11. pagg. 25.
— 209. l. 9. toujours
— 210. l. 12. hinc
— 211. l. 17. litterarum ib. l. 32. negotium, donec
— 213. l. 1. latina, ib. l. 13. Sheldoniano ib. l. 15. Faber. ib. antep. pagg. 60.
— 213. ult. fpeciem
— 214. l. 16. Nouveaux
— 215. l. 5. pag. 369. ib. l. 15. fervandam
— 219. l. 1. Ebu ib. l. 3. Franciscus ib. l. 18. veluti in his:
— 220. l. 13. Lugd. Bat. ib. l. 26. praefixo
— 221. l. 16. Sed ib. l. 25. abfolutum ib. l. 27. Sed l. 28. tulifle ib. penult. Jul. XImo
— 223. l. 10. et 22. msto ib. l. 23. Arabiae.
— 224. l. 3. et 16. msto ib. l. 17. Ury.
— 225. l. 15. mstos
— 226. l. 7. Joh. Ury. ib. l 10. msto
— 227. l. 2. (1795.) pag. 279 fq. ib. l. 6. Magas. l. 19. Hilpali ib. ult. contemtim,
— 232. l. 5. Precatio
— 234. l. 11. Poliphili ib. l. 28. 236. Liber
— 235. l. 16. terms
— 236. l. 22. alius
— 238. l. 7. Ex typographia

Pag.

Pag. 239. lin. 9. leg. praefcripto ib. ult. fint,
— 242. l. 29. Sira. e ftampata penult. ftamparia
— 244. l. 6. editione.
— 245. l. 21. referens
— 246. l. 8. imprimio
— 247. l. 34. omnes tam
— 248. l. 3. Gabriel per ib. l. 11. viros gratitudinis
l. 15. Gabr. Sionita
— 251. l. 10. num. 288.
— 254. l. 9. pag. 68. ib. l. 11. commode ib. l. 21. Judaeis
— 255. l. 13. leg. Domino."
— 256. l. 8. الدياربكري
— 257. l. 9. quorum primus ib. l. 20. العظماء
l. 22. اينوسنسيوس
— 258. l. 2. بروتونوطاريو ib. l. 17. نطلب
l. 22. et Principe Principum,
— 259. l. 4. Elias, ib. l. 14. edito, pag. 574.
l. 18. continet, recenfetur, ib. l. 27. الحصروني
— 260. l. 6. Capellanus
— 261. l. 6. المخالفين ib. l. 8. الشرقيين ib. l. 10. العالم
— 264. l. 13. صار فيه
— 265. l. 5. الحقيقة ib. l. 9. urbium, ib. menfis
l. 13. Eutychis
— 266. l. 16. في التوحدين
— 270. l. 5. caeterae ib. l. 11. Βοεβόνδα ib. l. 16. Ἰαννεάριον.
— 272. l. 6. conftat editos effe
— 273. l. 15. ut puto, ib. l. 19. Graeca, ib. l. 21. Chryfoftomi
— 274. l. 4. pagg. 170. ib. l. 17. Salom.
— 275. l. 3. المحرمة
— 276. l. 5. certiffimum. ib. ead. numero 314.
— 277. l. 16. num. 285.
— 278. l. 18. Monafterium S. Joannis ib. l. 33. praefectum
— 279. l. 22. prodiit,
— 280. l. 7. libri,

Pag.

Pag. 281. lin. 19. leg. beati Joannis ib. l. 25. 1735.
— 282. l. 21. Taammol el ib. antep. num. 279.
— 283. l. 1. num. 275. ib. l. 16. fumma." ib. l. 21. فصلا
— 284. l. 1. الخلاص ib. l. 7. كثيرون ib. l. 12. poffe
— 286. l. 4. hominumque. ib. l. 14. اللغة
— 287. l. 23. domibus ib. penult. (يعد)
— 290. l. 20. Sancti D. Johannis ib. l. 22. de natione
— 291. l. 3. pag. 278. ib. l. 9. novem."
— 293. l. 14. وديومالات
— 294. l. 9. كنايسي ib. l. 14. لتكون ib. l. 17. in libro المعزي, Confolator, qui
— 295. l. 2. fuerint ib. l. 7. ἀναςασιμα, ib. l. 19. annum. ib. l. 20. سحر; ib. l. 24. num. 269.
— 296. l. 9. Dichiarazione ib. l. 11. dalla ib. l. 22. et (olim) excufa
— 297. l. 14 الروم التي علي اسم —
— 298. l. 6. يغرا ib. l. 12. fanctiffimi ib. l. 16. vigiliae ib. penult. Σημέιωσαι
— 299. l. 10. الغديسون ib. l. 11. ايمانا ib. l. 19. هذه
— 300. l. 7. لغة ib. l. ult. exemplis ufitatis
— 301. l. 19. — — الايمان المقدس ib. l. 20. facrae in not. ufu vocis
— 304. l. 17. Papae
— 305. l. 7. من كان ib. l. 8. Equites;
— 306. l. 4. Prooemium ib. l. 17. الاعيان.
— 307. l. 9. لمقابلته ib. l. 10. الالسن
— 308. l. 9. cum graeco fonte
— 309. l. 3. اللبناني
— 310. l. 19. Batruni ib. l. 24. هذا ib. l. ult. محررة l. ead. فرنسا
— 311. l. 3. confirmandum ib. l. 4. anno 1736. ib. l. 11. الشريعة ib. l. 13. وست ib. l. 14. احتفاليا ib. l. 19. وامضوها ib. l. 16. اقتبلت

Pag.

Pag. 312. l. 5. leg. سنة روس ib. l. 9. للمجتمعين
l. 19. nimirum: Die 2
— 313. l. 6. (Septembris,)
— 314. l. 20. الرهبنة
— 315. l. 7. كله ib. l. 14. Concilii ib. l. 22. *Louaise*,
l. 23. hac relatione
— 317. l. 14. Concilii
— 318. l. 1. opes et nomen ib. l. 4. Naufel ib. l. 27.
Concilium ib. l. ult. aberat
— 319. l. 7. fere ib. l. 12. الاب ib. l. 24. Maronita
Jefuita
— 322. l. 7. جسدها ib. l. 19. هذه
— 323. l. 12. بطريركي
— 324. l. 4. قيسارية ib. البطريركي ib. l. 6.
fottofcritto ib. l. penult. paffata
— 325. l. 7. dalla ib. l. 15. fofpenfione ib. l. 17.
comandando ib. l. 18. potarmi
— 326. l. 26. والاعراب
— 331. l. 3. venerit, ib. l. 4. invocatione
— 332. l. 21. Edinburgenfi
— 335. l. 2. Chri-
— 339. l. 1. Biblica.
— 341. l. ult. 238.
— 346. l. 7. Sacrofancta
— 349. l. 2. 230 ib. l. penult. انهب
— 352. l. antep. inter
— 353. l. 5. leg. cap. 33.
— 354. l. 2. 3. refert
— 355. l. 10. 12. Gelehrten
— 357. l. 17. Domini
— 358. l. 26. profectam
— 361. l. penult. Antoine
— 362. l. 4. les
— 364. l. 23. num. 329. De
— 366. l. 13. num. 328.
— 367. l. 15. اخذتم
— 371. l. 10. num. 266
— 374. l. 20. مستخبية
— 375. l. 24. primorum

b Pag.

Pag. 377. lin. 20. leg. Büchern Vol. III.
— 378. l. 34. exhausta
— 379. l. 5. If ib. l. 10. advantageous
— 381. l. 5. Muhammedanorum
— 382. l. 4. pag. 11. refert ib. l. 22. 1663. ib. l. 26. num. 355.
— 383. l. 14. يسّر
— 385. l. 33. typographia
— 386. l. 17. pag. 339 — 366.
— 388. l. 9. الركّبة
— 391. l. 18. والمصباح
— 392. l. 8. graeci, quod non habet
— 393. l. ult. editio
— 396. l. 3. cum ib. l. 29. Eclectic Review ib. l. 30. a Dictionary
— 407. l. 11. aellh. ib. l. 29. Tiguri 27. 1645.
— 411. l. 8. hoc opus potuisse:
— 416. l. antepen. (num. 368.)
— 417. l. 9. superstite anno 1806.
— 421. l. 10. judicio
— 422. l. 18. (num. 368.) ib. l. 19. (num. 372.)
— 426. l. 22. pag. 423 sq.
— 429. l. 7. pag. 198 sq.
— 430. l. 20. anno 1751. ib. l. 32. judicio.
— 434. l. 14. attribuées.
— 438. l. 21. historiam.
— 441. l. 19. mentio facta num. 130. pag. 91.
— 451. l. 13. quintae Operis de Physicis
— 452. l. 23. pag. 280. absolvitur secundus
— 453. l. 4. antiqua
— 454. l. 6. arabici ib. l. 8. 1803. Octav. ib. l. 26. Quo anno
— 455. l. 3. anno Heg. 311. qui coepit anno Chr. 923.
— 456. l. 12. add. obiit ib. l. 17. Christianae.
— 459. l. 27. postremos
— 460. l. 10. tractatuum ib. l. 15. Thabeth ben Korrah
— 461. l. ult. Bernhardi.
— 462. lin. 9. leg. msto Arabico
— 464. l. 8. Almamonis
— 469. l. 20. Nesair
— 472. l. 22. Tabulae ib. l. 23. novae, Vol. II. pag. 702 sqq. et qui

Pag.

Pag. 477. l. 15. et ob fummam ib. l. 25. Bremenfis,
— 478. l. 4. pag. 490. ib. l. 10. msto, ib. l. 16. ex fententia
— 479. l. 4. pag. 4. defumtus ib. l. 6. quartum locum habet ib. l. 19. offerimus." ib. l. 24. 414. Joannis
— 481. l. 8. pag. 393.
— 483. l. 17. middle Temple,
— 485. l. 25. excuffis.
— 488. l. 15. Langlès, Sous-garde
— 491. l. 29. prompte ib. Sabbagh. ib. penult. par A. I.
— 492. l. 16. „natus in urbe عكا" Acca,
— 493. l. 10. venditantiumque, ib. l. 24. fuppreffo ib. l. 27. Napoleonem
— 494. l. 8. Baptifte- ib. l. 11. Atlas ib. l. 31. e perfona ib. l. penult. breviore
— 495. l. 3. d'Ahmet
— 496. l. 7. addictos.
— 498. l. 8. per hosce pacis articulos conceffis,
— 499. l. 1. الرسالة الرغوية ib. l. 3. في دار ib. l. 10. Clanbûwi
— 500. l. 27. Terre-saincte ib. l. 28. vn Traicté
— 501. l. 24. avoit donc ib. l. 29. quelques-uns; ib. l. 32. faire
— 502. l. 1. imprimer
— 503. l. 3. in Gallia ib. l. 14. commanda
— 504. l. 9. a fe editum
— 505. l. 11. du traicté
— 506. l. 18. Savary de Breues
— 508. l. 24. Salmurio
— 510. l. 29. imprimér
— 515. l. 28. Euclidis
— 518. l. 3. Electa ib. l. 5. σκιαγραφία
— 519. l. 10. Birgitta ib. l. 18. della
— 521. l. 32. facrae.
Pfalmi editi in urbe Buccurefch. 4. in Addendis.
— 522. l. 22. de ufu
— 525. l. 13. ol Vardi
— 526. l. 17. Viennae.

BIBLIO-

CLASSIS I.

Grammatica.

I. Grammatica.

1. Olai Celsii Historia linguae et eruditionis Arabum, disputatio proposita, praeside Gustavo Peringero Lilljeblad. OO. LL. Professore, d. 7 Nov. 1694. Upsaliae. 8.

Iterum edidit Nicol Barkey in Bibliothecae Bremensis novae Class. IV. fascic. 1 2. 3 Bremae 1764. Absolvitur capitibus sex: 1) de ortu linguae arabicae. 2) de fatis illius ante Muhammedem. 3) de fatis ejus sub Muhammede et imperatoribus Muslimicis. 4) de fatis ejus sub Turcis et Tartaris. 5) de fatis illius inter Europaeos. 6) de usu linguae arabicae in variis disciplinis. Celsius natus est 19. Jul. 1670. mortuus 1756. Oratio funebris, quam in illius memoriam habuit Jo. Ihre, Upsaliae, iterum edita est Biblioth. Bremensis novae Class. III. fasc. 3.

2. Dissertatio de historia linguae arabicae, quam praeside Io. Henr. Michaelis pro honoribus magistri philos. impetrandis habuit Christianus Benedictus Michaelis. 1706. Halae. 4to. pagg. 40.

Arctioris haec, quam illa, argumenti tractatio in antiquiore historia subsistit, recentiorem haud persequitur.

Io. Christiani Clodii Diss. de caussis contemtus linguae arabicae. Lipsiae 1724. 4.

Sic refert Saxius, Onomast. Part. VII. in Analectis pag. 709. Est penes nos Schediasma, quo institutum suum de edendis Ephemer. orientalibus et aliis nonnullis philologicis (omissa est vox: exponit) simul-

que de contemtu linguarum orientalium et ejus caufis differit Joannes Chriftianus Clodius, Jur. et Lingg. cultor. Mifenae (absque anni indicio), 4. plag. 1½.

* 3. Henric. Alb. Schultens Oratio, de ftudio Belgarum in literis arabicis excolendis habita Kal. Mart. 1779. quum ordinariam linguarum orient. et antiquitatum judaicarum profeffionem in Academia Batava aufpicaretur. Lugd. Bat. 1779. 4. pag. 47.

Elegans oratio et grata ad legendum, fed argumentum nonnifi fummatim exponit, oratoris more magis quam hiftorici.

* 4. Differtatio academica de fatis linguae arabicae. Pars prior, praefide Matthia Norberg. in lyceo Carolino d. xviii. Decbr. 1790. Lundae 4to. pagg. 16.

Pars pofterior, praefide Matth. Norberg — in lyceo Carolino die v. Dec. 1792. Lundae 4. pagg. 17.

De indole magis atque ingenio arabicae linguae agit haec differtatio quam de ejusdem fatis.

* 5. Thomae Erpenii Oratio de lingua arabica. Leidae 1613. 4.

Habita eft xix. Maji 1613. cum arabicae et aliarum praeter hebraicam, hanc enim Coddaeus profitebatur, orientalium linguarum profeffionem aufpicaretur Erpenius. Arabica commendatur ab antiquitate, amplitudine, elegantia, utilitate. Vid. num. 7.

* 6. Io. Melch. Maderi Oratio pro lingua arabica; dicta Auguftae Vindelicorum in collegi Annaei auditorio majori; menfe Octobri, anno 1617. ex officina Davidis Franci. 4. plagg. 3.

Ad

Ad excitandos, qui ipso duce ad arabicas litteras accedant, orationem hanc instituit Maderus, copiosam illam quidem, sed paulo jactantiorem, nec semper satis gravem. — Gabrielem Sionitam et Joannem Hesronitam, Maronitas, dicit „praeceptores suos fidelissimos“, Petrum Kirstenium „amicum singularem“, et Erpenium „numquam sine honoris mentione nominandum praeceptorem.“ Vid. num. 51.

7. Thomae Erpenii Orationes tres, de linguarum Ebraeae et Arabicae dignitate. Leidae ex typographia auctoris 1621. 12. pag. 132.

Prima est illa (num. 5.) habita 1613. Sequitur pag. 39. altera oratio de lingua arabica, habita ab Erpenio 5. Nov. 1620. cum e secundo suo itinere Gallicano reversus rediret ad praelectiones suas ordinarias. Tertia, pag 97. de lingua Ebraea, habita 27. Sept 1620 cum ejusdem nunc quoque professionem auspicaretur.

*8. Nox Cygnea exhibens dissertationem in laudem linguae arabicae a Vito Wolfrum D. et Superintendente. Recitabatur 2 Decembr. anni Christi 1623. in schola Zwickaviensi. – – Addita est sub finem epistola auctoris ad amicum qua ratio redditur suscepti hujus studii arabici. Unacum appendice judiciorum aliorum praestantium virorum. Lipsiae 1625. 4. pagg. 76.

Non, ut refert Lelong, Bibliothecae sacrae (Paris. 1723. fol. p. 115.) Vox, sed Nox inscripta est haec dissertatio, „quia inquit auctor, propter diurnas occupationes nocte maximam partem est exarata.“ Ex praemissa ad senatum urbicum epistola intelligitur, fuisse tum plures scholae alumnos, qui arabicae lingue amore et desiderio imbuti, ejus lectionem publicam aperiri petierint, nec difficulter id sint consecuti. — Inter alia, quae contra hoc litterarum genus dican-

dicantur, veluti: esse scripturam Arabum valde ineptam et monstrosam, horrendum esse dicendi genus, Lutherum non fuisse Arabicum etc. cum referatur quoque hoc: „ipsum Wilhelmum Holderum, virum et theologum optimum, in Mure exenterato pag. 2. in Pistorio damnare,“ placet faceti nostri theologi jocosa verba recitare. Ita vero ille, sumta Fratris ex Ordine Minorum persona, in Prologo ad Jo. Pistorium: „Georgius noster de Tonstrina, Viennensis ille, (Georgium Scheerer pungit) est quidem etiam bonus linguista. — — Vos autem domine gloriose, estis in Germanicarum, Latinarum, Graecarum, Hebraicarum, Chaldaicarum, Syriacarum et (ut audio) in nArrabicarum, sicut satis patet ex Thesibus vestris Catholicis, et aliis scriptis.“ — Commendatur autem arabica lingua primo ob frequentes variasque voces et in vitae usu et in scientiis obvias, deinde ob subsidia theologiae ab ea paranda, quod faciat ad ἐξηγησιν s. explicationem, ad κατασκευην s. confirmationem, ad ἀνασκευην s. refutationem, postremo de necessitate, facilitate, suavitate linguae differitur. — Ex litteris auctoris ad amicum, de occasione et consilio suscepti arabicae linguae studii, cognoscimus, ipsum in arabicis litteris magistro usum esse Jo. Zechendorfio, haud incelebri scholae Cygneae rectore, cujus etiam breve carmen arabicum, tabulae incisum, subjunctum est.

* 9. Literae exoticae scriptae arabice a IOAN. ELICHMANNO Silesio Medicinae doctore ad M. Jo. Zechendorff, scholae Cygneae rectorem, et linguarum orientalium cultorem observantiss. ab eod. in literas hebraeas conversae, punctatae, et κατα ποδα ferme ad verbum in latinum versae, commodo atque usui discentis juventutis, unde, quot quippe centeni omnigenûm autorum, et artium libri sibi, et rei literariae bono adhuc cum Deo et die, brevi Doctorum undique subadjuvarum ope et opera, quia antea non-

nondum visi, exspectandi, legendi, cognoscendi: perspiciat, publici juris factae. Jenae 1636. 4. 2 plagg.

Litterae scriptae sunt 2. Febr. 1631. Genus dicendi arabicum haud malum; sed latina versio impedita, et passim aliena. Elichmanni opera extat quoque Tabula Cebetis graece, arabice, latine — post illius obitum edita cum praefatione Cl. Salmasii. Lugd. Bat. 1640. 4.

* 10. THOMAE GRAVII Oratio de linguae arabicae utilitate et praestantia habita Oxonii 19. Jul. 1637. edita, teste Lelong, loc. cit. pag. 1194. Oxonii 1639. 4to.

Thomas Greaves, Johannis, qui partem Geographiae Abulfedae edidit arabice et latine, frater, ad tradendas Oxonii arabicas litteras anno 1637 suffectus in locum Edw. Pocockii, dum hic per alterum iter orientale abesset ab academia, obiit 22. Maj. 1676. germano diu superstes. Ejusdem sunt Annotationes quaedam in Persicam interpretationem Evangeliorum, editae in Bibliorum Polyglott. Londinens. Tom. VI.

* 11. Jo. HENR. HOTTINGERI Dissertatio de usu linguae arabicae in theologia, medicina, jurisprudentia, philosophia et philologia, iterum edita in Ej. Analectis historico theologicis. Tiguri, 1652. 8vo. pag. 233 – 316.

* 12. Oratio in Scholis theologicis habita ab EDMUNDO CASTELLO S. T. D. et linguae arabicae in academia Cantabrigiensi professore, cum praelectiones suas in secundum Canonis Avicennae librum auspicaretur, quibus via praestruitur ex scriptoribus orientalibus ad clarius ac dilucidius enarrandam Botanologicam S. S. Scripturae partem, opus a nemine adhuc tentatum. Londini 1667. 4to. pagg. 40.

Inscripta est Thomae Adams, civitatis Londinensis senatori, cujus privatis sumtibus brevi antea institutum

tutum fuit in academia Cantabrigiensi munus publice tradendi litteras arabicas, quod tum legitime primus capessivit Castellus. Tota igitur tractatio versatur in commendanda lingua arabica, hac maxime ratione, ut omissis, quae universe dici poterant, singulatim et arabica Avicennae vocabula haud pauca expediantur, et hebraici loci ex arabicis illustrentur. Castellus, Lexici Heptaglotti opere celebris, natus 1606 demum anno 1663. doctrinae suae praemium aliquod tulit, sacrorum antistes factus in tenui et obscuro vico, Higham-Gobion, in Bedfordshire, ubi nunc latet sepulchrum viri de litteris orientalibus praeclare meriti, defuncti anno aetatis sexagesimo octavo. Iterum edita haec oratio in Clarissimorum virorum Orationibus selectis a Jo. Erh. Kappio editis Lipsiae 1722. 8. pag. 55–58.

* 13. Programma, quo arabicae linguae usum amplissimum commendat, et florentissimam in illustri Salana juventutem ad ejusdem studium invitat Johann. Frischmuth, Lingg. Sacr. P. P. Jenae 1667. 4to. pag. 8.

Hackspani, sui olim doctoris, rudimenta arabica sibi explicanda sumsisse, profitetur programmatis auctor.

Cellarii usus Arabismi etymologicus. Cizae. 1678. 4to.

Sic Marsden refert, at separatim editum librum esse vix crediderim. Cellarii Sciagraphia philologiae sacrae, iterum edita 1678. 4to. adjunctum habet Usum Arabismi etymologicum, sive Radices, quae in ebraea lingua hodie desiderantur, ex arabica, aliisque orientalibus linguis restitutas, pag. 47–70.

* 14. Thomae Hyde Oratio de linguae arabicae antiquitate, praestantia et utilitate, habita 18 Martii 169½. Iterum edita Vol. II. pag. 450 — 459.

459. Syntagmatis Dissertationum, quas olim Th. Hyde separatim edidit — a Gregorio Sharpe. Oxonii 1668. 4to.

* 15. Fructus linguae arabicae, dissertatione philologica in Alma Lipsiensi ostendit d VII Decembr. 1692 M. Joh. Dav. Schieferdecker. 4to. plagg. 3. Iterum edita est ab auctore haec dissertatio unacum Nucleo institutionum arabicarum. 1695. 8vo.

Christ. Bened. Michaelis in Historia ling. arabicae pag. 29. „Etiam Pocockius, inquit, de ubertate linguae arabicae peculiarem habuit orationem, ex qua decerpta quaedam videri possint in Schiefferdeckeri diss. de Fructu ling. arab. § 5." De secunda editione dictum hoc putes. In prima non videtur Pocockii oratione, praefixa Carmini Tograi, Oxon. 1661. 8vo. usus esse Schieferdecker. Etenim ad probandam vocum copiam hoc utitur §. 5. quod in Golii Lexico unica vox: infortunium ab Arabibus fere sexagies exprimatur; Pocockii autem asserto non utitur, perhibentis, a grammatico quodam leonis quingentas, serpentis ducentas appellationes diversas fuisse collectas.

Rod. Mart. Meelführeri Panegyricus de utilitate linguae arabicae. Giessae 1697. 4to.

Lelong refert loc. cit. pag. 1194. alibi ne titulus quidem unquam repertus. Habemus autem programma Giessae 1697. 4to. editum, quo Jo. Reinh. Hedinger, tum eloquentiae prof. publ., posthac Sacrorum antistes Stutgardiae, invitat ad audiendam orationem publicam Rod. Mart. Meelführeri de praestantia et usu linguae arabicae *arabice dicturi.* Leguntur quidem in Programmate etiam haec: „quae nunc obscuriora videbuntur, nec auditui pervia, latina posthac versione, quin etiam notis illustrabit" — sed non putem vere editam esse istam orationem.

* 16.

* 16. Alberti Schultens Dissertatio theologico-philologica de utilitate linguae arabicae in interpretanda S. Scriptura, sub praesidio Jo. Braunii publice defensa Groningae die 20. Januar. 1706. (non 1704. ut ipsius Schultensii vetus et regia via hebraizandi pag. 15. typis expressum habet.) 4to.

Primus Schultensianae doctrinae fructus est haec dissertatio academica; eandem exhibent quoque Alb. Schultens Opera minora, Lugd Bat 1764. 4to. pag. 487–510. Auctor, nonnulla praefatus haec scripsit: „Usus autem arabicae linguae tam late diffusus patet, quippe qui ad nullum non eruditionis genus se extendat, ut justum volumen digna ejus argumenti pertractatio requirat; unde ne dissertationis academicae limites excederem, tantum ejusdem in vertenda s. scriptura utilitatem et necessitatem ostendendam mihi elegi, exemplis aliquot luculentis, subsidiis linguae arabicae explicando loca obscuriora et intricatiora, de quorum vero et genuino sensu apud interpretes nondum constat.“ Sequuntur itaque promiscua serie librorum vet. Test. loca complura, ex arabico sermone illustrata, quorum plurima, paucis exceptis, recurrunt in Animadversionibus in Jobum, Ultrajecti 1708. 8. editis, et in Animadversionibus ad varia loca vet. Test. Amstelod. 1709. 8. quae bina opuscula et ipsa partem efficiunt voluminis, inscripti: Alb. Schultens Opera minora. —

* 17. Jo. Abrahami Kromayeri בת מילדת לאם Filia matri obstetricans, h. e de usu linguae arabicae in addiscenda ebraea, et explicanda scriptura s. libelli duo: quorum prior usum illum, praeceptis perspicuis, et exemplis selectis, in genere tradit: posterior seorsim in libro Jobi, ac singulis ejus capitibus, haec ita applicat, ut, praeter restitutionem radicum, et significationum deperditarum, voces et phrases rariores explicentur, adeoque loca diffi-

difficillima, frustra huc usque ab interpretibus tentata, maximam partem expediantur, ut supplementum omnium commentariorum in Jobum hic libellus esse possit, et linguae arabicae ignaris quoque inserviat. Francof. et Lipsiae. Sumtibus haeredum Joh. Grossii. 1707. 4. pagg 230.

Eundem hunc librum, celato vero auctore et ademtis, quae inscriptionem exhibent et praefationem, foliis primis, adjunctum sibi et quasi insertum habet Theoria et praxis linguae arabicae – opera Joh. Christiani Clodii. Lipsiae, 1729. 4.

* 18. De usu linguae arabicae in lectione Rabbinorum dissertationem praeside M. Jo. HAGERO publice exp. Jo. Georg. Kirschnerus. Vitembergae 1717. 4. pagg. 16

Inscriptioni haud respondet tractatio: absolvitur haec commemorandis nonnullis Rabbinorum locis, quibus ad declarandum sermonem ebraicum adhibita est dialectus arabica.

* 19. Jo. CHR. CLODII Schediasma gratulatorium ad Bern. Gualth. Marpergerum de usu linguae arab. etymologico in exegesi sacra. Lipsiae 1724. 4.

Saxius refert, Onomast. P. VI. in Analectis pag. 709. et in Actis Eruditor. Lips. ann. 1730. pag 417. recensentur Jo. Chr. Clodii, P. P. ling. arab., Epistolae duae, quarum altera ad S. R. D. Loescherum, de nominibus Jesu Christi et Mariae arabicis, data fuit. Lips. literis Takkianis, 1729. 4. plagg 4. Epistola ad Loescherum prodierat ann. 1725. Accessit ann. 1729. inscriptio nova, quae utramque complecteretur, redderetque vendibilem.

* 20. ALBERTI SCHULTENS Oratio de linguae arabicae antiquissima origine, intima ac sororia cum lingua hebraea affinitate, nullisque seculis praeflorata

florata puritate, habita quum fasces academicos iterum deponeret Kal. Juniis 1729. Franequerae 1729. 4 pag. 45.

21. Ejusdem Oratio altera de linguae arabicae antiquissima origine, intima -- habita a. d. 20 Jun. 1732. quum ordinariam LL. Orientalium professionem in illustri Batavorum academia, quae Lugduni est, solenni ritu auspicaretur. Lugd. Bat. 1732. 4to. pagg. 28.

Utraque iterum edita est in Schultensii Originibus hebraeis - Lugd. Bat. 1761. 4. pag. 615-648.

* 22. De antiquitate, elegantia, utilitate, linguae arabicae oratio habita Oxonii in schola linguarum, VII Kal. Augusti, 1738. a Thoma Hunt, A. M. ex aula cervina, Linguae Arabicae Professore. Oxonii 1739. 4 pagg. 56.

Gravis atque elegans bonaeque frugis plena recitatio, copiosa cumprimis in utilitate arabicae linguae probanda ex multitudine operum varii argumenti, historici, geographici, mathematici, medici, arabici vel perscriptorum vel ex graeco conversorum.

23. Ant. Noach. Polier Dissertatio philologica de puritate dialecti arabicae, comparatae cum puritate dialecti hebraeae, in relatione ad antediluvianam linguam, praeside Alb. Schultens. Leidae 1739. 4.

Quod auctor probare suscepit, est hoc: Dialectus arabica puriorem et antiquiorem formam linguae antediluvianae distinctius obtinet, quam hebraica. — Iterum edita est haec dissertatio in Sylloge dissertationum philologico-exeget. a diversis auctoribus editarum sub praesidio A. Schultens, J. J. Schultens, et N. G. Schroeder defensarum, P.I. Leidae et Leovardiae, 1772. 4to. p. 237-261.

24. Jo. Ratelband Dissertatio philologica de convenientia admirabili dialecti arabicae cum hebraea in universo linguae ambitu. Praeside A. Schultens. Leidae 1740. 4.

Etiam haec repetita est loc. modo dicto, p. 265 – 328. Capite quinto, extremo, proposita est Korani sura I arabice, eademque hebraice conversa et per singulas voces utriusque sermonis convenientia multis verbis declarata.

* 25. Nic. Guil. Schroederi, A L. M. et Phil. Dr., Programma academicum de antiqua linguae arabicae origine, et hinc fluente intima ejus cum hebraea consanguinitate, quo - commilitones φιλογλωττȣς ad audiendas lectiones in linguas orientales invitat. Marburgi Cattorum. 1743: 4. pagg. 8.

Paucarum quidem paginarum scriptio, at digna quae memoretur ob permagnam, quam deinceps in his litteris consecutus est Schroederus, auctoritatem.

* 26. Caroli Aurivillii Disputatio de usu dialecti arabicae in indagando vocum hebraicarum significatione propria. Upsaliae 1747. 4.

Iterum edita et primo loco posita est, p 1 – 40. in libro inscripto: Caroli Aurivilli, Professoris linguarum Orientalium Upsaliensis, Dissertationes ad sacras literas et philologiam orientalem pertinentes, cum praefatione Jo. Dav. Michaelis. Goetting. 1790. 8. De auctoris vita ex Floderi oratione parentali, Upsal. 1786. habita retulit Michaelis, Nov. Biblioth. P. V. pag. 72 – 88.

* 27. De usu dialectorum orientalium, ac praecipue arabicae, in hebraico codice interpretando, oratio habita Oxonii, in schola linguarum, VII Kalend. Martii, 1748. a Thoma Hunt, S. T. P. Aedis Christi Canonico, linguae hebraicae professore regio, Lin-

Linguae Arabicae Praelectore Laudiano, et R. S. S. Oxonii, 1748. 4. pagg. 34.

Esse exempla, quae prae se ferant: Lugduni Batav. apud Joan. Luzac, 1749 docet Sammlung von alten und neuen theologischen Sachen, auf das Jahr 1749. pag. 275. ubi per errorem dicitur Huntius Cantabrigia evocatus Oxonium. Versatur haec oratio fere omnis in laudanda Ed. Pocockii doctrina, meritisque celebrandis.

* 28. Car. Frid. Bahrdt de usu linguae arabicae ex comparatione cum hebraea. Lips. 1758. 4. pagg. 24.

Leve opusculum, tirone vix dignum dicitur in Götting. Anzeigen von gelehrten Sachen, 1758. pag. 268. sq.

* 29. Invitatio ad lectiones philosophicas et philologicas facta a M. Christiano Henr. Vogel, simul suppeditantur momenta quaedam theologiae studiosum ad discendam linguam arabicam excitantia. Erfordiae, 1758. 4to. pagg. 20.

Vid. loco proxime dicto, pag. 1101.

* 30. Everhardi Scheidii Oratio de fontibus literaturae arabicae apertis in usum disciplinarum latius multo recladendis, habita Harderovici. 1767.

Iterum edita ab auctore unacum ipsius Diss. ad Canticum Hiskiae, Jes 38, 9-20. Lugd Bat. 1769. 8. nec non a Jo. Oelrichs in Belgii literati opusc. histor. philol. theolog. T. I. Bremae 1774. 8.

* 31. De utilitate linguae arabicae in defendendis nonnullis locis τοῦ כתיב specimen primum, auctore M. Just. Frid. Froriep, Lubecens. Lips. 1767. 4. pagg. 27.

Sunt

Sunt nonnisi quinque loca, quorum lectio in textu scripta contra Houbigantium, marginalis lectionis patronum, defenditur petenda ex arabica dialecto significatione, veluti Ezech. xxv. 7. lectio לַבַּז redditur: *in occisionem*, quod arabicum בזז sit *confodere hasta*.

32. M. Jos Friedr. Schelling's Abhandlung von dem Gebrauch der arabischen Sprache zu einer gründlicheren Einsicht in die Hebräische, Stutgart, 1771. 8. pagg. 142.

Vid. Ernesti theolog. Bibliothek, Vol. I. P. 6. pag 564. Michaelis oriental. und exeget. Bibliothek, P. I. p. 123. Illis, qui ad tractandas hasce litteras accedant, maxime proficuum esse hunc librum, recte statuit Ven. Seiler, Bibl. Hermenevtik, Erlang. 1800. pag. 94.

* 33. De utilitate linguae arabicae in studiis theologicis, oratio; habita Oxonii, in schola linguarum, vii. Id. April. 1775. auctore Josepho White, A. M. Collegii Wadhami socio, et linguae arabicae professore Laudiano. Oxonii 1776. 4. pagg. 27.

Summa orationis est haec: in tractandis sacris vet. testamenti scriptis duplicem usum habere linguam arabicam, Criticum non minus quam Exegeticum. Et ille quidem declaratur quibusdam speciminibus sane haud ineptis: hic autem probatur maxime auctoritate atque exemplo cum Judaeorum quorundam, qui quod arabicum sermonem haberent vernaculum, testes omnino graves dici haberique debent, tum aliorum, Pocockii, Bocharti, Celsii, Schultensii, Huntii, Schröderi, virorum utriusque linguae peritissimorum.

* 34. Commentatio de eo quod nimium est circa studium linguam hebraicam ex arabica illustrandi, auctore Jo. Georg. Trendelenburg, Gr. et

OO. LL. PP. Ord. Athenaei Gedanensis. Regiomonti, 1780. 4 pagg. 43.

Tribus sectionibus absolvitur. I. Abutuntur lingua arabica, qui in vocibus hebraeis cum arabicis conferendis ne quoad literas quidem et elementa recte versantur. II. Nimii sunt in studio linguam hebraicam ex arabica illustrandi, qui quamvis vocum collationem quoad elementa bene instituant, tamen vocibus hebraicis plus quam iis inest, ex arabica dialecto tribuunt. III. Nimii sunt, qui arabicam linguam solam conferunt, nihil fere ceteris vetus Test. interpretandi subsidiis tribuunt.

* 35. De usu linguae arabicae in rebus vitae communis, disputatio, praeside J. G. Hasse. Regiomonti, 1791. 4. pagg. 16.

* 36. Dissertatio philologica de necessitate et utilitate linguae arabicae cum reliquis dialectis, auct. Erico Hedendahl. Upsaliae, 1791.

Vid. de utraque Eichhorn Allgemeine Bibliothek. Vol. VIII. P. 4. p. 734.

---

37. Arte para legeramente saber la lingua araviga. Vocabulista aravigo en letra castellana. Granada, 1505. 4.

Sunt duo opera, separatim edita, nec semper conjuncta. Vocabularii bina exempla, quibus Grammatica haud juncta est, habet bibliotheca Imperialis Parisina. Quae Simon Assemani, in Catalogo de' codici manoscritti orientali della biblioteca Naniana, Part. I. in Padova, 1787. 4. p 3. ex Grammatica recitat, extrema verba, non Grammaticae sunt, sed Vocabularii. Tradita illa sunt, eaque accuratius scripta in Specimine bibliothecae Hispano-Majansianae – ex museo Dav. Clementis Hannoverae 1753. 4. p. 40. Significat illis auctor, Petrus de Alcala, ordinis

dinis S. Hieronymi monachus et Ferdinando de Talavera, Archiepiſcopo Granatenſi, a confeſſionibus, opus ſuum ab ſe confectum eſſe Granatae 1501. excudendi autem finem factum in eadem urbe anno 1505. Februarii die 5 in officina Joh. Valera de Salamanca. Et Vocabularium quidem eſt 34 quaternionum, ex Occidentalium uſu diſpoſitorum, qui ſinguli ſunt pagg. 16. praeter ultimum, qui non eſt niſi 12 pagg. Arabica omnia ſunt Caſtilianis litteris reddita; arabicis litteris ع خ ث reſpondent hae: ĉ, ḧ, ءa (impoſitâ figurâ, quae Hamza dicitur), veluti in his.

Diuino o adeuino. Dáꞔib al coráءa. daribīn al coráءa.

Grammaticae juncta eſſe *prima rudimenta doctrinae chriſtianae ad uſum parochorum et catechiſtarum*, qui velint Mauris in regno Granatenſi ad chriſtiana ſacra convertendis operam dare, refert Campománes in Diſcurſo preliminar pag. xvi. ad Diccionario Eſpañol Latino - Arabigo compueſto por Franc. Cañes. Madrid. 1787. fol. Quod ea propter memorare viſum eſt, ne forte extare ejusmodi aliquem Catechismum in Hiſpania ſeorſim editum colligas ex loco libri, inſcripti: Catalogus centuriae librorum manuſcript. et partim impreſſorum, Arab., Perſ., Turc., Graec., Latinorum etc. qua anno 1705. bibliothecam publicam Acad. Upſalienſis auxit — Jo. Gabr. Sparvenfeldius. Upſaliae, 1706. 4. qui locus in Vol. IV. operis, Notices et Extraits des Mſſ. - p. 628 recitatur his verbis: „L'auteur de ce Catalogue assure, que Sparvenfeld possédoit un Catechisme de la religion chretienne, une grammaire et un dictionnaire de la langue arabe, imprimés en Espagne en langue arabe, mais en caracteres gothiques." - Verba ipſa ſunt haec, pag. 3. „linguâ arabicâ, ſed charactere Gotho-Hiſpanico jam olim excudi fecerunt (Chriſtiani) in

Hispania librum praecipua doctrinae Christianae capita, item Lexicon et Grammaticam, continentem, qui inter alios libros rarissimos in bibliotheca Ill. Dn. Sparvenfeldii extat." In hisce quis non videat Petri de Alcala opus illud singulare, sui generis primum atque unicum? Clement, Bibliotheque curieuse historique et critique, T. I. Goetting. 1750. pag. 137. quem testem adhibet Panzerus, Annal. typograph. Vol. VII. 1799. pag. 64. perpauca suppeditat, et fallitur in ipsa libri forma significanda. Audiendus quoque Th. Chr. Tychsen, Neu. Repertor. Part. III. pag. 262.

38. Grammatica Arabica. GUILIELMUS POSTELLUS Lectori. Ne quid nostri consilii ignores candide lector, quum characterum difficultate in sculptis tabulis, multos esse perterritos viderem, quod essent difficiles et male formati, volui loco illorum quaternionum hic inserere grammaticam typis excussam (sic), ut quos difficultate abegerat, facilitate et pulchritudine revocet. Vale. Venaeunt (sic) Parisiis apud Petrum Gromorsum — 4. pagg. 44. absque anni indicio (ann. 1538. f. 1539.)

Verba ad lectorem in fronte libri posita quo sensu accipienda sint, videas in Nouveaux eclaircissements sur la vie et les ouvrages de Guillaume Postel; par le Pere des Billons, de la compagnie de Jesus. à Liege, 1733. 8. pag. 112 sq. Dicta sunt hoc consilio, ut qui alio Postelli libro, inscripto: Linguarum duodecim characteribus differentium Alphabetum — — Paris. mense Martio 1538. 4. uterentur, intelligerunt, Alphabeti partem efficere, ipsique medio inferendam esse hanc grammaticam arabicam. At separatim quoque illa subinde deprehenditur; nam et praefationem suam habet, et est inscripta Joanni Olivario, episcopo Andegavensi. Extremo libri loco posita est, arabice et latine, Dominica Oratio, nec non

Ko-

Korani Sura prima. De typis arabicis fic ftatuit de Guignes, Notices et Extraits – – T I. p. XV. „Quant aux Caractéres arabes, on y aperçoit la naissance et l'imperfection de l'art, et je ne sais si dans un text suivi, il seroit bien facile de les lire tant ils sont defigurés."

39. Alphabetum arabicum cum ifagoge fcribendi legendique arabice auctore M. Jacobo Christmanno Johannisbergenfi. Neapoli Nemetum (Neuftadt an der Hardt) impenfis ac typis Matthaei Harnifch. 1582. 4. pagg. 32.

Jacobi Lelong, Biblioth. S. pag. 1195. funt haec: „Spey (Rutgherii) Alphabetum arabicum, in 4. Neoftad. 1583. Compendium grammaticae arabicae, in 4. Heidelberg. 1583." Confudit quae diftinguenda erant. Et de Rutgero Spey dicendi alius locus erit. De Chriftmanni autem Alphabeto copiofam relationem exhibet D. Jo. Frid. Hirt's Oriental. und exeget. Bibliothek, 3. T. p. 1–13. Vifum eft, ex litteris ad Rectorem caeterosque profeffores Scholae Neuftadianae, addere haec, 1. quod typos, quibus in exprimendis arabicis uteretur, ex ligno fculpi curavit Chriftmannus opera amici fui hospitisque Conr. Marefchali, Bruntrutani. 2. quod profitetur ufum fe effe in difcendis arabicis doctrina Francisci Junii. Sedem vero fuam in palatinatu Rhenano habebat Junius (du Jon) ab anno 1567. ad annum usque 1592. primum in vico Schoenau minifterio facro fungens, deinde Heidelbergae et Neoftadii; hinc Otterburgum miffus, ad inftaurandam novam ecclefiam. Ex Otterburgo gratulatus eft Chriftmanno de Specimine arabico litteris Kal. Apr. 1582. fcriptis, et in ipfo hoc libro, ut mos ferebat faeculi, vulgatis Ipse jam Heidelbergae dum verfaretur ad adornandam unacum Imman. Tremellio novam verfionem librorum vet. teftam. doctrinam fuam arabicam comprobaverat editis duobus opufculis, non

 eam,

eam, qua digna esse videntur, famam adsecutis, inscriptis illis: Sanctorum Apostolorum Acta, ex arabica translatione latine reddita: addita obscurorum aliquot difficiliumque locorum interpretatione: per Franciscum Junium Biturigem. ex bibliotheca illustriss. principis Palatini. MDLXXVIII. apud Joh. Mareschallum, Lugdunensem. — S. Pauli Apostoli ad Corinthios Epistolae duae, ex arabica translatione recens latinae factae per Franc. Junium Biturigem ex bibliotheca illustr. principis Electoris Palatini. ib. eod. Duplex autem utriusque libelli dos est, altera, locorum aliquot difficilium explicatio, altera eaque praestantior, continua lectionis diversae notatio. Est penes nos exemplum libri, quod ipsius Jacobi Christmanni nomen in fronte adscriptum refert, habetque in marginibus calamo adscriptum sermonem arabicum integrum, haustum illum sine dubio ex eodem, quo Junius usus erat, codice Palatino, et scatet permultis cum versionis latinae, tum scholiorum criticorum emendationibus. Adamus in Vitis germanorum Philosophorum refert de Christmanno; cujus ad Jos. Scaligerum epistola de litteris arabicis scripta Heidelbergae 28. Mart. 1585. vulgata est in Petri Burmanni Sylloge Epistolarum - Leidae 1727. 4. Tom. II. p. 318 sq. Junii ipsius de vita sua narrationem habemus, lectu dignissimam, editam primum a Paulo Merula, et repetitam in Opp. Franc. Junii theologicis, Genevae 1607. fol. nec non in Dan. Gerdesii Scrinio antiquario s. Miscellis Groninganis. Tom. I. P. II. 1749. p. 201 - 269. Seorsim edita est Esslingae 1749. 8.

* 40. Introductio in linguam arabicam conscripta a M. Bartholomaeo Radtmanno academiae Francofurtanae professore publico. Francofurti typis exscripsit Andreas Eichorn. Anno ultimi temporis cIↃ IↃ IIxc, 4. pag. 32. praeter praefationem.

Lelong,

Lelong, loc. cit. librum commemoravit his verbis: „Radtmanni (Barth.) introductio in linguam arabicam. Wittenb.“ Poterat rectiora referre ex Catalogo librorum arabicorum, qui additus est Thom. Erpenii Rudimentis - Leidae 1620. 8. ubi haec: „Francofurti. Introductio in linguam Arabicam M. Bartholomaei Radtmanni, anno 1588. cum exercitio lectionis è Psalmo 146. Sed hic usus est characteribus manu à se pictis, satis elegantibus.“ Anni in fronte numerus IIxc perperam positus pro xcII. nam praefatio ad Berthold. a Mandelslovv, de colendis arabicis litteris, scripta est Calend. Novembr. Anno 1592. Refert in ea auctor, usum se esse, praeter institutiones editas, opera hominis Turcici Adrianopolitani, quem ante annos 25 captum in Hungaria et deductum in aulam Brandenburg. Joachimus Fridericus in famulorum numerum receperit, et deinceps sacris christianis initiandum curaverit, novo nomine imposito Pauli Willich. Introductio ipsa non magis, quam Christmanni, ultra elementorum noscendorum et efferendorum tirocinium progreditur. Extremo loco Psalmi 146 versus septem extant arabice, e regione addita pronuntiatione litteris latinis. Arabicae voces ac litterae omnes calamo scriptae ductibus nequaquam ineptis vel inconditis; quod typorum copia tum esset per omnem Germaniam nulla. Sed hoc ipso tempore Italia, quae jam 1514. Fani librum precationum, et Genuae 1516. Psalterium hebr. gr. chald. et arabicum tulit, habebat Romae typographiam Mediceam, quae non pauca volumina ederet arabicis typis elegantissimis perfectissimisque.

41. Alphabetum Arabicum cum licentia Superiorum. Romae. In typographia Medicea. M.D.XCII. 4. pagg. 64.

Pag. 2-31. commemorantur literae singulae, vocales, signa lectionis. Sequitur pag. 31-60 syllabarium

barium arabicum, addita pronuntiandi ratione. Pag. 60 – 64 subjungitur exercitatio lectionis arabicae, et quidem oratio dominica; salutatio angelica; Ps. 112. et 116. Evang. Joh. I. 1 – 9. Praefationis quidem haud quidpiam adest: constat vero, librum editum esse cura Jo. Baptist. Raymundi, Cremonensis, qui, teste Erpenio, Orationes tres – 1621. pag. 74. in Asiam profectus, ibique diu moratus, incitante Gregorio XIII. Pontifice et sumtus faciente Ferdinando Mediceo, Cardinale primum, deinde magno Etruriae duce, typographiam orientalem instituit, eamque conditam primus est moderatus. Videri possit hic liber primus fructus et quasi specimen esse novae typographiae Mediceae. Sed ipsa jam emiserat anno 1592. Quatuor Evangelia, iisdem typis majoribus, qui Alphabeti sunt, expressa. Quadruplicis moduli charactere arabico usa est Medicea typographia. Majoris sculpendi initium factum esse traditur 20 Mart. 1591. Medii, quo initium Evangelii Johannis expressum, 16 Sept. 1591. Minoris, quem refert Geographia Edrisii, 14 Apr. 1592. Minimi, quo editum est Avicennae opus, sculpendi initium fecit 6 Sept. 1586. Robertus Granion, Parisinus. Haec tradidit Caesar Malanima, in Lettera del Canonico Ang. Mar. Bandini sopra i principi e progressi della biblioteca Laurenziana. Firenze, 1773. 12. Unde hausit ven. Adler, quae de Medicea typographia retulit. Kurze Uebersicht seiner biblisch-kritischen Reise nach Rom. 1783. 8. p. 72 sq.

42. Grammatica arabica, dicta *Caphiah*, auctore filio Alhagiabi. Romae in typographia Medicea. 1592. 4. pagg. 96.

Editio est mere arabica, facta, typis majoribus, potissimum ut Orientalibus in usum cederet. Nec tamen exempla desunt, quibus latina inscriptio praefixa est, quam recitavimus. Auctor grammaticae Gemaleddin

leddin Abu Amru – ben Al Hageb Al Takhtazani obiit ann. Hegirae 672. ut refert D'Herbelot, voce Hageb, p. 419. Sed anno Heg. 646. Chr. 1248. Alexandriae in Aegypto obiisse tradit Casiri Biblioth. Escurial. Tom. I. p. 20. et Uri, Biblioth. Bodleis. p. 233 et p. 241. vid. De Rossi Dizionario storicho degli autori arabi più celebri e delle loro opere. Parma, 1807. 4.

43. Grammatica arabica in compendium redacta, quae vocatur *Giarumia*, auctore Mahmeto filio Dauidis Alsanhagii. Romae, in typographia Medicea, 1592. 4. pagg. 12.

Eadem libri ratio, quae proximo loco dicti est. Auctor Abu Abdallah Mohammed ben Daud Al Sanhági natus est ann. Heg. 682. mortuus ann. 723. teste D'Herbelot, voce Sanhagi p. 757. Annum, quo edita sit haec grammatica, 1595. refert Lelong, loc. cit. eundem quoque dicit Steph. Evodius Assemanus, p. 423. Catalog Bibliothecae Mediceae. Florent. 1742. Hoc opus, cujus subinde mentio incidet, ab auctore inter alias occupationes festinantius peractum esse dicit ven. Adler, Biblisch-Kritische Reise, p. 58. Et ipsi usu cognovimus, tradi in eo non pauca, quae minus certa sint, nec nulla quae a vero aliena. Vid. num. 45. 53. 63.

44. Specimen characterum arabicorum officinae Plantinianae Franc. Raphelengii. Lugd. Batav. 1595. 4. pagg. 8.

Ignorat hoc specimen Lelong; quae autem ab ipso referuntur, „Rhaphelengii, Franc. Tabulae in Grammaticam arabicam," alium testem non habent, sed ad illius unius auctoritatem redeunt. Praefationis (p. 2 et 3) sunt haec: Quanto studio semper flagraverim Arabicis typis Chalcographiam nostram illustrandi,

di, teſtes eſſe poſſunt, qui me familiariter norunt: nam cum abhinc multis annis hujus linguae ſtudium amplexus, nihil viderim extare, quod lectores ad id incitaret, aegre ferebam, neminem facultatibus pollentem hanc rem promovere. – Romae quidem, ait Raphelengius, ortam eſſe typographiam elegantiſſimis typis refertam, et opera arabica excuſa, inſignia illa ac magni momenti, cum tanta elegantia, ut ad majorem ornatum nihil addi poſſit – ſed ea ſitim Europaeis adhuc rudibus non explere, quod deſiderentur inſtitutiones grammaticae, atque Lexicon – ſibi igitur viſum eſſe hoc ſpecimen characterum edere, ſed absque punctis, operoſum enim eſſe Arabicis literis ſua puncta applicare, atque opus eſſe multis rebus, quae ad id pertineant. – Pag. 4. conſpicitur alphabetum arabicum. Sequitur pag. 5–8. Pſalmus 50 arabice, at ſine punctis, addita verſione latina inter lineas. Raphelengianae formulae imitari quidem ſtudent Mediceas, ſed multum abeſt, ut earum elegantiam aſſequantur concinnitatemque. vid. num. 48.

45. Tria ſpecimina characterum arabicorum Petri Kirsteni Vratisl. Phil. et Medic. Doctoris, oratio dominica, Pſ. LI. et Corani Sura I. Cum Privilegio. Breslae, typis arabicis ac ſumptibus authoris. 1608. fol. pagg. 12.

Petri Kirsteni Grammatices arabicae liber I. ſive Orthographia et Proſodia arabica. Cum Privilegio. Breslae. Typis arabicis ac ſumptibus authoris. 1608. fol. pagg. 105.

Ejusd. liber ſecundus Grammatices arabicae, ſive Etymologia arabica, ib. 1610. fol. pagg. 41.

Ejusd. liber tertius Grammatices arabicae, ſive Syntaxis arabica. ib. 1610. fol. pagg. 38.

Ter-

Tertius hic Grammaticae liber non eſt niſi Al Giarumia, ex Romana editione repetita, cum latina verſione et copioſis annotationibus grammaticis. vid. num. 43. Erpenius ſcripſit Lutetiae 1611. ad Caſaubonum: „Petrus Kirſtenius nuper reliquos duos Grammaticae ſuae libros evulgavit; qui quales ſint, vis uno verbo dicam? Non merentur legi" caet. Vid. Caſauboni Epiſtolae, inſertis ad easdem Reſponſionibus. Roterod. 1709. fol. p. 662.

46. Ejusdem Decas ſacra canticorum et carminum arabicorum ex aliquot Mstis, cum latina ad verbum interpretatione. Breslae. 1609. 8. pagg. 91.

In hoc opuſculo edendo cum illud maxime ſpectaverit Kirſtenius, ut typorum ſuorum, nunc perfectiorum, ſpecimen exhiberet; illud omnino ad hanc claſſem referendum eſſe putamus.

' Integras librorum inſcriptiones recitat Hirt, Orientał. und exeget. Bibliothek, 3. T. p. 18 ſqq. qui copioſe de illis refert, et de rebus quoque auctoris exponit. In Sueciam migravit Kirſtenius ann. 1636. obiitque Upſaliae 1640. Arabici autem typi, quos ſuis impenſis confici curaverat, admodum ſpectabiles, et Raphelengianis nonnihil praeſtantiores, quanam forte uſi ſint, haud conſtabat, antequam in conſpectum venit Catalogus ille jam memoratus p. .... editus Upſaliae anno 1706. quo viſo, in arabicis quae typis deſcripta exhibet protinus cognovimus Kirſtenianos characteres, et quidem illos, quos refert Schema adjunctum libro, Decas ſacra.

47. كتاب التصريف تأليف الشيخ الامام

Liber Tasriphi compoſitio eſt Senis Alemami. Traditur in eo compendioſa notitia conjugationum verbi arabi-

arabici. Nunc primum ad publicam utilitatem liberalitate S$^{mi.}$ D. N. Pauli V. P. M. Romae impressus. Addita est duplex versio latina, ad verbum altera, et altera ad sensum cum nonnullis non minus brevibus quam necessariis declarationibus. Superiorum permissu. Ex Typographia Medicaea linguarum externarum. Anno 1610. 4. maj. pagg. 119.

Praefixa est Io. Bapt. Raymundi ad Paulum V. epistola. Scripta Romae XVI. Kal. Octob. MDCX. Paulo inscribitur liber, quod ipsi visum esset, magnum illud opus edendorum librorum orientalium, mortuo Gregorio XIII. et Ferdinando ad Hetruriae imperium admoto, intermissam, christianae fidei propagandae studio, in pristinum statum revocare, constituto stipendio, quo labores ministrorum, et studia insignium virorum compensentur, quorum opera et industria necessaria sit, ut orientalium linguarum domicilium patens et cum utilitate publica conservetur. Et cum statutum fuerit, ab iis principiis inchoandum, quae maxime necessaria sint, nempe a grammaticis institutionibus, et Dictionariis linguarum, „animum, inquit Raymundus, illico appuli ad Grammaticam hanc, cui titulus est Tasriphus, ex arabico in Latinum sermonem transferendum, cum ab extremo usque oriente certior factus essem, hanc illic in scholis praelegi, atque iis ediscendam proponi, qui Arabicae linguae elementa percipere student.“ – Arabicus sermo non est continenter descriptus, sed singulis particulis subjungitur versio duplex, primum quae vocem voce reddet, deinde alia minus adstricta, quae sit ad intelligendum facilior. Usus libri unice nunc in eo positus est, ut grammaticae artis voces formulasque arabicis magistris solennes inde queas cognoscere. Auctoris nomen est Acmetis, filii Ali, filii Masudis, cognomento Al-Maududi, saeculo Hegirae octavo clari, teste Steph. Evod. Assemano, Biblioth. Medic.

Cata-

Catalog. p. 498. qui et hoc loco, et alio p. 415. perhibet, editionem Romanam. 1610 factam esse in folio. Similiter Jos. Simon Assemanus, Biblioth. Orient. T. I. p. 592 scripserat: Liber Tasriph – Romae, typis Mediceis 1610 in Folio. At exemplum, quo nos utimur, est formae quidem amplioris, sed singulae chartae sunt paginarum 8.

48. Francisci Raphelengii Lexicon Arabicum. Leidae, ex officina Auctoris. 1613. 4. maj. pagg. 648. et LXVIII.

In Bernh. de Jenisch Commentatione de fatis linguarum orientalium, praemissa novae editioni Lexici Meninskiani, Vienn. 1780. pag. CXI. nota (b) extant haec: „Raphelingii (Franc.) Lexicon arabicum. Leidae 1599. Idem cum observationibus Erpenii auctius ibidem prodiit anno 1610 (sic) in 4°." Videntur haec sumta esse ex Bibliotheca Lelongii, qui tradit: „Raphelingii (Franc.) Lexicon Arabicum in 8°. 1599. Idem cum observationibus Th. Erpenii in 4. Leidae 1613." Sed non dubitamus, cum Brunsio, Goetting. Bibliothek – von Staeudlin, P. IV. 1799. p. 14. commenticiam pronuntiare, quae hic fertur, editionem anni 1599. Certe in Praefatione, scripta Lugduni Bat. Kal. Januar. ann. 1613. nomine Francisci et Justi Raphelengiorum, patre jam 1597. defuncto, haud quidquam est, quod anteriorem aliquam editionem significare possit. Contra vero vix dubitationi locum relinquunt praefationis verba haec: „In eo dum erat (parens, ut de edendo Lexico cogitaret,) gravissima laborabat nervorum imbecillitate, aliisque languoribus ex assiduo studio, quo totam suam vitam fatigaverat, contractis: vixque opus hoc plene transscripserat; cum e vita excedens, nobis ut id in lucem emitteremus injungeret, quod hacteuus impediti, nunc tandem praestamus." Adami etiam, Vit. German. Philosoph. Francof. 1663. p. 425. commemorans, Ra-

phelengium obiisse 20 Jul. 1597. addit: Lexicon illud quindecim ab obitu ipsius annis publici juris factum est. Idem refert Bayle, in Dictionnaire; uterque ex auctoritate Meursii, Athen. Batav. p. 140. Habemus vero etiam testem Erpenium, qui Lutet. Paris. x Kal. Nov. 1611 ad Casaubonum haec scripsit: „Raphelengius Leidae patris sui Dictionarium Arabicum excudit: quod sic satis bonum et copiosum futurum est, sed parum elegantibus typis. Vidi folium ejus XVIII continens partem literae ب: si scivissem id eum in animo habuisse, potuisset longe copiosius et infinite accuratius edi: si quidem alterius laborem cum patris sui conjungi passus esset." Casauboni Epistolae — p. 663. Quem praefatio in Elencho librorum, quibus in concinnando suo lexico usus sit auctor, commemorat Thesaurum linguae arabicae Josephi Scaligeri (nunquam editum), ex apographo, quod Goettingae est in bibliotheca publica, enarravit Th. Chr. Tychsen, Neu. Repertorium, T. III. 1791. pag. 256–280.

Antonidis, Joann. methodica descriptio conjugationum arabicarum perfectarum. Leidae 1613.

Haec quidem tradidit Lelong. Aliud quodpiam libri vestigium nobis haud contigit deprehendere. De Antonide autem nonnihil dicendi occasionem suppeditabit edita ab ipso Pauli Epistola ad Titum. 1612.

49. Grammatica arabica, quinque libris methodice explicata a THOMA ERPENIO, Arabicae, Persicae, et caet. linguarum orientalium in Academia Leidensi professore. Leidae, in officina Raphelengiana, 1613. 4. pagg. 192. Vid. num. 63.

Grammatica haec, quam vere primam in Europa ortam dixeris, non modo novis subinde editionibus est repetita, sed et principatum ita nunquam non tenuit, ut permulti, maxime in Germania, arabicarum litterarum magistri, qui suo nomine institutiones edere vellent,

vellent, Erpenii veftigiis infifterent, atque ab hoc duce vix difcederent. Differunt inter fe exempla primae hujus editionis, non re quidem, fed fpecie tamen. Primo compofita fuere exempla, quae perfecte refponderent formae lexici Raphelengiani, poffentque eodem cum hoc involucro conjungi. Deinde typis in aliam formam translatis confecta funt alia arctioris chartae, quibus feparatim qui vellent uti poffent.

50. كتاب في صناعة النحوية يشتمل علي
خمسة اجزاء للقس جبرايل الصهيوني الهدناني
والشماس يوحنا الحصروني المارونيين

Grammatica arabica Maronitarum, in libros quinque divifa. Authoribus Gabriele Sionita Chaldaicarum, et Arabicarum literarum in Academia Parifienfi profeffore regio, et Joanne Hesronita, Maronitis è Libano, philofophiae, et facrae Theologiae D.D. Nunc primum in lucem edita, munificentia illuftriff. D.D. Francisci Savary de Breves, regis chriftianiffimi à confiliis, et fereniffimi Ducis Andegavenfis ejusdem regis chriftianiff. fratris unici, gubernatoris Lutetiae, ex typographia Savariana. Excudebat Hieron. Blageart etc. 1616. 4. pagg. 48.

Dedicationem libri et praefationem ad lectorem, quae reliquas partes brevi prodituras pollicetur, excipit nova infcriptio, primo arabica, deinde latina haec: Grammaticae Arabicae Maronitarum. Liber primus; in quo traduntur omnia ad rectam legendi rationem pertinentia. – At fubftitit opus in hac prima parte, reliquae nunquam editae. Typi arabici funt minuti illi, quos in Notices et Extraits. – Tom. IV. in margine adhibitos confpicias. Perturbata funt, quae Lelong tradit: „Hesronitae (Joann.) Grammatica Arabica. Eadem ftudio Guill Poftelli, in 8°. Unacum Gabr. Sionita, in 4. Parifiis 1616.“

51. Grammatica arabica, selecta à JOANNE MELCHIORE MADERO. Augustae Vindelicorum ex officina Dav. Franci, 1617. 4. pagg. 24.

Grammatica absolvitur paginis 19. reliquas paginas occupant carmina amicorum. Inter hos Pet. Meyderlinus, Coll. Aug. Ephorus, sympatriotam et amicum integerrimum compellat auctorem; M. Jo. Conr. Goebelius, Pastor et Senior ad Annam Aug. eundem dicit discipulum olim suum Adelbergo-Monasticum. Certum vero est, Meyderlinum, nec non Goebelium, Würtenbergenses fuisse, et hunc quidem scholae Adelbergensis monasticae praeceptorem ann. 1608-1611. Tenemus igitur Joannem Melch. Maderum, Waiblingensem, stipendii nostri theologici alumnum, qui 1614. a. d. 3 Mart. Magistri honores hic capessivit. Augustae Vindel. arabicas illum litteras tradidisse, cognoscas ex brevi ad amicos praefatione, scripta Cal. Nov. 1617. ubi „Accipite, inquit – Compendium: reliqua viva voce dabo. Nam ut sine ea fructum inde quis speret, Delphinum caudâ ligabit. Regula et norma est, ad quam quoties libuerit, aptabitis omnia; non tamen, nisi me praeeunte; ne molestius dediscatis, quam addiscatis. Efficiam, ne frustra sitis.“ – Sed putem eum privatum hominem atque hospitem fuisse Augustae, quapropter haud mirum, effugisse et ipsum et ipsius bina opuscula diligentiam Geo. Wilh. Zapfii, in Augsburg. Bibliothek, 1795. Arabica, si nos quidquam videmus, expressa sunt figuris in ligno sculptis, sed nequaquam horridis illis ineptisve. Vid. num. 6.

52. Historia Josephi Patriarchae, ex Alcorano, arabice. Cum triplici versione latina, et scholiis THOMAE ERPENII, cujus et Alphabetum Arabicum praemittitur. Leidae, ex typographia Erpeniana linguarum orientalium. 1617. 4.

Pagi-

Paginis 17 absolvitur Alphabetum. Quo consilio editum sit, ex praefatione, a. d. 8 Febr. 1617. scripta, intelligitur. „Accipite typorum meorum arabicorum Alphabetum, cum nobilioribus omnibus literarum nexibus et accidentibus; quo felicius non in meae tantum, et Romanae editionis libris, sed et codicibus Arabum, manu exaratis (in quibus haerere vos subinde, ob ignotos literarum ductus et nexus querebamini) versari possitis, quidquid enim ad illorum lectionem potissimum requiritur, id paucis hisce pagellis, non in feliciter mihi videor expressisse. Caetera huc pertinentia, quae pauca non sunt, in Grammatica nostra copiose habetis, et multo copiosius habituri aliquando estis in Thesauro nostro Grammatico.“ De Historia Josephi, h. e. de Korani Sura XII. cui in fine addita quoque prima, disserendi hic non est locus.

53. Grammatica arabica dicta *Giarumia*, et libellus centum Regentium cum versione latina et commentariis Thomae Erpenii. Leidae, ex typographia Erpeniana linguarum orientalium. 1617. 4. pagg. 157.

In praefatione, scripta Cal. Apr. 1617. tertia haec editio post primam Romanam (num. 43.) admodum mendosam, et secundam Kirstenii (num. 45.) in nonnullis locis ex conjectura emendatam, dicitur nunc emendatissime facta esse, ex quatuor correctissimis codicibus mstis., quorum unus solus haberet contextum accurate vocalium figuris insignitum, reliqui tres doctos etiam additos commentarios. Arabicus sermo non est continenter descriptus, sed membratim, singulisque membris addita versio, cum declarationibus grammaticis. In ipso autem limine offendit Erpenius, verba الشهير باجروم, nomini auctoris addita, vertens: celebris in Agjruma, arbitratus, Agjrum esse nomen loci in Mauritania; cum sint illa vertenda: notior

notior nomine Agjrum, h. e. nomen à libro suo nactus Agjrum.

Liber de centum Regentibus, inde a pag. 91. eadem, qua Grammatica, ratione tractatus. Auctoris nomen ignorasse videtur Erpenius, nec non D'Herbelot ipse, Biblioth. Orient. pag. 148. voce Auâmél. Nunc constat, auctorem dici Abd et Kaher Abu Bacr Ben Abd er Rhamen Al Dschordschâni, et scripsisse librum anno Heg. 596. Chr. 1199. Vid. Casiri Biblioth. Escur. Tom. I. p. 23 et 39.

Romae in typographia Medicea arabice et latine editum esse hoc opusculum, tradidit D'Herbelot, loc. cit. nec non Casiri, locc. citt. Certum est, Raimundum ejus edendi spem fecisse, Libri Tasriph, 1610. p. 70. At Erpenius, in praef. ad suam editionem „promisit aliquando, inquit, Jo. Bapt. Raimundus, sed morte praeventus non dedit."

Notandus est alius error, ne cui fraudem faciat. Perhibet Assemanus, Biblioth. Medic. Catalog. p. 432. Kaphiam, Grammaticam, editam fuisse arabice et latine ex versione Thom. Erpenii in 4. Leidae 1617. ac Parisiis 1638. 8. Secutus ille est Lelongium, qui eadem tradidit, voce: Al Hagiabi. At perperam Kaphia dicta est loco Giarumiae; et Parisiis 1638. editus liber ipsum auctorem habet Erpenium. Vid. num. 69.

54. Thomae Erpenii Canones de literarum ا و ي apud Arabes natura et permutatione. Leidae, ex typographia auctoris. 1618. 4. pagg. 15.

Qui Grammaticae lib. I. cap. 5. extant Canones separatim edidit auctor, recognitos, et in elegantem ordinem redactos.

55. Thomae Erpenii Rudimenta linguae arabicae. Accedunt ejusdem praxis grammatica; et con-

consilium de studio arabico feliciter instituendo. Leidae, ex typographia auctoris. 1620. 8. pagg. 184.

Parum inter se differunt Grammatica (num. 49.) et haec Rudimenta; discrepantia omnis in eo posita, quod in his nonnulla membratim omissa; in reliquis mutatio nulla, librorum quoque et capitum ordo utrinque idem. Consilium de studio arabico feliciter instituendo, in itinere, quod subito in Galliam suscipiendum esset, scriptum, paucisque paginis absolutum, praefationis locum occupat, traditque modum, quo in his Rudimentis versandum, ac inde ad alia legenda progrediendum sit. Post pag. 184 succedit caput Corani LXIV. cum versione latina inter lineas subjunctisque declarationibus grammaticis. Ad calcem additus est „Catalogus librorum arabicorum, quibus in absentia subita auctoris publico Academiae nomine in Galliam proficiscentis, pauculos quosdam adjecit, alio characteris genere hic insignitos, G. Coddaeus." Index est eorum, quae tum typis edita exstarent, nec tamen talis, in quo haud quidquam desideretur. Guil Coddaeus erat hoc tempore professor linguae hebraeae chaldaicaeque in academia Lugduno-Batava, cui modo Canones suos inscripserat Erpenius. Vid. num. 60.

Barbati, Josephi, compendium grammaticae arabicae. 1620. fol.

Lelongii unius auctoritate librum ponimus. — Josephus hic auctor est libri, vulgati primum Oxonii ann. 1675. cujus nova editio inscripta est: Historia Jacobitarum, seu Coptorum, in Aegypto, Libya, Nubia, Aethiopia tota, et Cypri insulae parte habitantium, opera Josephi Abudacni, seu Barbati, nati Memphis Aegypti metropoli, cum annotationibus Joannis Nicolai, Antiq quondam in Academia Tubingensi professoris celeberrimi. Vulgavit nunc primum

ex bibliotheca sua Siegebertus Havercampus. Lugd. B. 1740. 8. Vossium si audias, orat. in obitum Th. Erpenii, p. 11, Erpenius Parisiis anno 1609. „praeceptorem nactus est Josephum Barbatum Jacobitam, domo Aegyptium, virum, qui latinas quidem literas a limine vix salutasset, sed cujus operam in addiscenda Arabum lingua minime in postremis haberet.“ At Erpenius ipse in litteris, Lutetiae a. d. x. Kal. Nov. 1611 ad Casaubonum haec de illo scripsit: „Erat non ita pridem Leydae Judaeus quidam Maurus, in literis Hebraicis et Arabicis probe, *ut audio*, versatus: huic, ut ajunt, Arabicae linguae professionem injunxissent Curatores, si latinam linguam calluisset, quod an credere debeam nec ne, incertus sum.“ Vid. Casauboni Epistolae, p. 663. In eorum numero, quos Maderus in Oratione (num. 6.) arabicas litteras quovis modo juvare perhibet, conspicitur „Barbarus, Maurus, Lovaniensis professor arabs.“ In indice civium academicorum Altdorf. deprehenditur „1618. d. 18. Sept. Josephus Abuzacno, Arabs, natus Memphi, seu Al Cayri Aegypti.“ Vid. Will's Geschichte und Beschreibung der Nürnberg. Universität Altdorf. 1795. 8. p. 141. Conf. etiam Adelung, in Zusätze zu Joecher's Lexicon, voce Abudacnus.

56. Institutiones linguae arabicae tribus libris distributae, in quibus uberrime quaecunque ad litteras, dictiones, et orationem attinent, explicantur. Auctore P. Franc. Martelotto Martinensi, Sacerdote, theologo Clericorum regularium minorum, jussu et liberalitate S. D. N. Pauli V. Pont. Max. nunc primum in lucem editae. Romae excudebat Stephanus Paulinus. 1620. 4. pagg. 483.

Inscriptum est opus Paulo V. Pont. O. M. cujus singularem excitandi fovendique linguarum exterarum, cumprimis arabicae, studii voluntatem ubi praedicavit auctor, „quamobrem, inquit, omni diligentia, omnique

nique impensa Clericorum regularium minorum Religio apostolicae sedi summopere addicta, tanta alacritate externarum omnium linguarum studia, et praecipue arabicarum institutionum elucubrationes amplexa est, ut eas quas adhuc nemo completé, et exacte tradiderat, manuducere non dubitarit; ipseque tantum insudarim, ut peractis philosophiae ac theologiae studiis, omnem conatum, omnemque operam contulerim, ut Tuae Beatitudinis mandatis, meae religionis hortatu obtemperarem." – Praefatio indicat rationem Arabum, grammaticam universam describendi in duas partes, نحو et تصريف. Opus ipsum est trium librorum. Primus agit de litteris et elementis seu partibus dictionum; alter, de dictionibus simplicibus seu partibus orationis; et tertius, isque praecipuus, quae in construendo sermone spectanda sint, tradit capp. 30. Libri usus in eo potissimum positus est, ut, qui elementa percepta habeat, possit inde cum artem et rationem, quam arabici magistri ipsi sequuntur in constituendis linguae suae praeceptis, tum peculiares, quibus uti solent, loquendi formulas cognoscere, quae qui cognita non habet, fieri non potest, ut in iis, quae vel ad Korani decreta declaranda vel ad poëtarum carmina illustranda extant, voluminibus versetur expedite et cum successu.

57. Introductio ad grammaticam arabicam autore Abbàte Victorio Scialach, Accurensi Maronita, sacrae philosophiae ac theologiae doctore, in Romano Sapientiae gymnasio Chaldaearum et Arabicarum litterarum lectore. Romae, apud Stephanum Paulinum. 1622. 8. pagg 8. et 26.

Inscriptum est opusculum ill. ac rever. DD sacrae Congregationis de propaganda fide Cardinalibus, a. d. 12 Nov. 1622. nec nisi Alphabetum et quae ad illud spectant exhibet, unacum canticis Mariae et Simeonis.

58. Alphabetum arabicum ad unam tabellam reductum ab Abbate Victorio Scialach Accorensi Maronita. Romae 1624.

Refert Catalogus librorum Jo. Jac. Schultensii. Lugd. Bat. 1780. p. 589. Vid. num. 62.

59. Institutiones linguae arabicae, ex diversis arabum monumentis collectae, et ad quam maximam fieri potuit brevitatem, atque ordinem revocatae, quibus addita est exercitatio grammatica in psalmum 34. Jussu S. D. N. Urbani VIII. Pontif. O. M. et sacrae Congregat. de propag. fide impressae. auctore Petro Metoscita sacerdote Soc. Jesu. Romae apud Steph. Paulinum 1624. 8. p. 16. et 256.

Paulinus, qui typographiam curabat, librum inscripsit Ill. Principi Francisco Card. Barberino. Facta mentione honorifica institutae ad libros in exteris linguis edendos officinae, haec ille: „Quamobrem ipse operam meam lubentissime hujusmodi libris imprimendis contuli semper, et hoc maxime tempore conferam, quo magni patrui Tui Urbani VIII. eximium et singulare studium religionis longissime proferendae non ingratos fore labores meos pollicetur. Cum igitur in libellum inciderim institutionum arabicae linguae, occasionem arripui tanto alacrius, quanto clarius intelligebam, non mediocrem utilitatem, sacris praesertim religiosorum familiis, quibus id onus incumbit, esse allaturam ejus linguae notitiam, quae nationum sane plurimarum usurpatione latissime patet. Autor libelli est Petrus Metoscita Societatis Jesu sacerdos; qui licet in Cypro natus, oriundus tamen è Syria, non prius graece didicit, quam arabice loqui. Atque hunc ille sermonem deinde Romae in collegio Maronitarum (qua ex gente originem ducit) ita constanter excoluit, addita chaldaicae atque hebraicae dictionis peritia, ut ipsos alumnos per annos complu-

res

res instituerct, et in Romano Societatis ejusdem collegio arabicas publice literas professus sit. Nomen Metoscitae habuit a loco natali. Hieron. Dandini, Voyage du Mont Liban. Paris 1685. cap. VII. verba faciens de Maronitis in insula Cypro, commemorat loca 19, quae Maronitae tum tenebant, diciturque primum Metosci, p. 27. Quatuor partibus distributum est opus, 1) de nomine et figura arabicarum litterarum, 2) de partibus orationis, 3) de verbo in genere, 4) de reliquis orationis partibus. Conformata est haec grammatica ad modum, quem arabici magistri sequuntur, sed nec satis completa, nec in omnibus exacta.

Abraham (Echellensis) brevis institutio linguae arabicae. 8. Romae 1628.

Lelong refert, loc. cit. p. 1194. nobis, quod dicamus, non suppetit; viderint alii.

60. Thomae Erpenii rudimenta linguae arabicae. – Editio altera, priore emendatior. Lugd. Bat. 1628. 8. pagg. 172.

Abest ab hac secunda editione Catalogus librorum arabicorum – – num. 55. Reliqua sunt plane eadem. Vid. num. 69.

* 61. Orationis dominicae in lingua arabica analysis grammatica, juxta Th. Erpenii Grammaticam arabicae linguae 1613 – et juxta ejusdem Rudimenta 1620 – et 1628 – conformat? per Joannem Zechendorff, oriental. L. L. cultorem. Absque loco et anno. 4. plagg. 2.

Vid. Hirt. Biblioth. 8 T. pag. 284. Arabici typi sunt rudes, ex ligno sculpti, lectu difficiles.

62. Alphabetum arabicum. Romae ex typographia Congregat. de Propag. Fide. 1631.

Mars-

Marsden refert. Putem in folio aperto, seu ut dici solet formae patentis. Vid. num. 58. 66.

63. Grammatica arabica Agrumia appellata. Cum versione latina ac dilucida expositione, adm. R. P. F. Thomae Obicini Noniensis, dioec. Novariae, ord. Minorum, Theologi, ac linguarum orientalium in collegio S. Petri Montis Aurei, de mandato s. Congreg. fidei propagandae, magistri. Romae, typis s. Congr. de prop. fide. 1631. 8. p. 286.

Quarta haec est ejusdem opusculi editio, vid. num. 43. 45. 53. Praefationis exordium hoc: „Grammaticam hanc – non latinitate tantum donare, sed brevi quoque commentario illustrare volui: tum quia usitatissima ac familiarissima cunctis Arabum scholis est, tum quia ut brevissima ac elegantissima, ipsis etiam philomusis Arabicis grata semper extitit. Quam quidem, dum vasta me tenerent Orientis spatia, viva ut ajunt voce a peritissimis hujus idiomatis praeceptoribus, juxta verum ipsius sensum, multoties audivi, ac assiduo studio hausi. Eamque nunc summa diligentia puram, nitidamque a quamplurimis mstis codicibus extrahere, ac genuinam ipsius interpretationem a multis quoque doctissimis ejus expositoribus exceptam, in lucem edere, ac publicae utilitati tradere curavi." – Contextus arabicus membratim descriptus, addita singulis membris primo versione latina, deinde expositione editoris, multo quam Erpenii copiosiore. Est autem Thomas Obicinus haud alius, quam qui diverso nonnihil nomine dicitur Thomas a Novaria; quod ignoravit doctiss. Meyer: Geschichte der Schrifterklärung, 3. Bd. Goetting. 1804. p. 22. Praesto est liber, inscriptus: Thesaurus arabico - syro - latinus R. P. F. Thomae a Novaria, Ord. Minorum, Theologi, ac linguarum Orient. in collegio S. Petri Montis aurei, de mandato s. Congr. fidei prop. Magistri. Romae 1636. 8. Neque vero thesaurus est, sed verius nomenclator, non quidem ordine alphabetico, sed

sed per materias dispositus. Verus auctor est Elias Barsinaeus, Metropolita Sobae seu Nesibis, undecimo saeculo clarus, vid. Biblioth. Mediceae Catalog. p 420. ubi haec: „Addita latina interpretatione edidit, suppresso licet Eliae nomine, F. Thomas a Novaria, in 8. anno Christi 1636." Quae iisdem verbis repetita legas Bibliothecae Vaticanae codd. mst. Catalog. Tomo III. Romae 1759. fol. p. 412. At non erat cur *edidisse* librum diceretur Thomas. Etenim epistolam ad Ant Barbarinum, Card. et Congreg. de prop. fide praefectum praefixit Achilles Venerius, ejusdem s. Congregationis Agens, qua haec scripsit: „Cum Thesaurus Arabico-Syro-Latinus, opus quondam R P. Thomae a Novaria, viri utique hac nostra tempestate linguarum orientalium, ac praecipue arabicae, longe peritissimi, inter sacrae fidei propagandae Congregationis codices, quorum mihi cura demandata est, obscurus, nudus, et ignotus delitesceret: indignum sane judicavi, ut tanti viri memoria simul cum vita fungeretur, qui dum in ejus compositionem incumberet, summum diem obiit, antequam expoliretur et perficeretur. Unde occasionem nactus, cuidam discipulorum praelibati Patris defuncti, qui et ipse ex orientis finibus, ejusdemque linguae palaestra nuper rediit, expoliendum perficiendumque tradidi, ac dein, ex mandato s. Congregationis publicae utilitati prelo excudi curavi." Sed negligentissime facta est editio; tam illa deformata est, mendisque typographicis obruta, ut non possit non indignationem excitare usurpantis.

64. Thesaurus linguae arabicae quem Antonius Giggeius Mediolanensis, S. Theol., et Collegii Ambrosiani Doctor ex monumentis Arabum manuscriptis, et impressis bibliothecae Ambrosianae eruit, concinnavit, latini juris fecit, ac in IV Volumina distribuit. Auspiciis, et liberalitate aeternae memo-

memoriae Federici Borromaei Cardinalis, et Archiepisc. Mediol. ejusdem bibliothecae, et Collegii Ambrosiani institutoris. Mediolani ex Ambrosiani Collegii typographia. 1632. fol. Binae in quavis pagina columnae numeris distinctae. Vol. I. est col. 1428. II. 1518. III. 1676. IV. 1470. Praefationem excipiunt Addita et Correcta, foll. 10.

Cum brevi et ea permodesta praefatione defunctus sit auctor; haud multa nobis de hoc opere dicenda in promtu sunt. Qui de eo paucis retulit, in Baumgartens Nachrichten von merkwürdigen Büchern, T. VI. p. 16. Arabum lexica, unde hoc derivatum sit, magno numero commemorata esse affirmat. At neque multi fontes dicti sunt, neque omnes satis diserte, ut agnosci queant. Recitabimus praefationis verba: „quicquid Gieuhari, Hosein, Auctores libri Camus, et Tacrib Helmilgharaib, et Ectari variis voluminibus dispersum continent, hoc uno libro congestum habeas. His praeterea accesserunt Bizauites, Gelali, et alii multi quorum commentariis usus sum, ne aliquid labori deesset." Proxime sequuntur haec: „Prolegomena vero et prolixam historiam auctorum Arabum quibus usus sum hoc loco praetermisi, peculiari namque Opusculo reservata sunt." Opusculum hoc deinceps in lucem editum fuisse haud constat. Utimur libro, inscripto: Petri Pauli Boschae, Bibliothecarii, ex sodalitio sacerdotum oblatorum, de origine, et statu Bibliothecae Ambrosianae Hemidecas (id vero est: libri quinque) Mediolani, 1672. 4. quem iterum edidit van der Aa in Graeviano Thesauro Antiquitatum et Historiarum Italiae, T. IX. P. VI. Giggeii passim, ut ferebat res ipsa, mentio facta, sed ne annum quidem, quo ille obiit, definite tradidit Boscha. Pag. 141. (ad ann. 1632. in quem incidit Thesauri arabici editio), ubi dictum, superesse ejusdem Giggeii volumen Gazae Persicae titulo, et Chaldaici

daici quoque sermonis institutiones paratas fuisse, proxime legenda haec: „His lucubrationibus typographi imminebant, cum mors fefellit consilium hominis, frustrata etiam spem Pontificis Maximi; etenim Urbanus Octavus earum linguarum scientiam in Collegium propagandae Fidei optans inducere, invitaverat mercede maxima Gigaeum jam comparantem se ad iter, ac obsequentem Pontificis imperio. Hic fuit exitus viri doctissimi, qui aetatem suam omnem addixerat sermonis peregrini studio, ac summo labore consecutus, tradiderat ratione facili ad discendum."

65. Dictionarium latino arabicum Davidis regis quo singulae ab eo usurpatae dictiones ita enunciantur, ut concordantiam psalmorum constituant, et grammaticam ac dictionaria latino-arabica suppleant: labore et diligentia J. B. Duval, regii linguarum orientalium interpretis. Parisiis. Excudebat Ant. Vitray ling. or. typographus regius, sumptibus auctoris. 1632. 4. pagg. 208.

Dictionarium est latino-arabicum, a quo absunt arabicae voces dicendique formulae omnes. Scilicet artificium omne in eo positum, ut ex Psalmorum editione arabico-latina, Romae 1614 et 1619. 4 latinae voces dictionesque omnes excerptae, alphabetico ordine constituerentur, addito singulis psalmi et versus, quo extant, numero. — Itaque primum locum occupat De utilitate hujus Dictionarii proemium, pagg. 7. Excipit hoc Consilium arabicae linguae studiosis pro faciliori modo utendi Dictionario hoc Davidis regis, pagg. 2. „Qui recte itaque, inquit auctor, nostro hoc labore ac industria uti noverit, facilius reperiat quaecunque elegerit vocabula pro componenda epistola, vel etiam oratione integra .... Qua autem methodo id fieri possit (ut nos qui tam mirabile commentum ostentamus, etiam comiter ostendamus) finximus epistolam Davidis regis manu propria Bersabeae scri-

scriptam, qua ei suos amores modeste detegit, dignitatem regiam tuetur, ac ut scripto respondeat, suadet. Ne itaque, eâ qua debuit reverentia, regias epistolas non accepisse aut videatur, aut argui possit Bersabea, fictam quoque ipsius nomine manuque exaratam, ac Davidi regi inscriptam damus, qua se timide excusat, et alias pulchriores se regis gratia magis dignas insinuat, tandemque se ab optimo principe nihil, quod non factu honestum sit expectare debere confidenter ostendit." – Sequuntur ipsae epistolae. Regiae initium hoc:

Pulchritudo [49,12.] tua placuit [24,13.] mihi [5,3.] prae pulchritudine [44,3.] omnium [19,3.] mulierum [127,3.]. Arabica versio prodit haec:

حُسْنُكِ أَرْضَانِي عَلَى حُسْنِ جَمِيعِ ٱلنِّسَاءِ.

Dictionarium ipsum, p. 1 – 179 excipit supplementum dictionarii regis e laudationibus quae Davidicis psalmis annexae, p. 181 – 203. Accedunt Notae compendiariae observatae in Dictionario pag. 205 – 208. Ultimo loco veniunt Indices. Iidem illi sunt, quos in exemplo Psalterii arabico-latini Romae 1614. Viennensi deprehendit Alterus, teste Rosenmüllero, Handbuch für die Literatur der biblischen Kritik und Exegese, T. III. p. 51. Obiit Jo. Bapt. du Val anno 1634. Vid. Colomesii Gallia Orientalis. – Hagae Comitis 1665. 4. p. 161. Videtur singularis ingenii homo fuisse, qui rebus singularibus infrequentibusque maxime delectaretur.

66. Alphabetum arabicum. Romae 1633. 12.

Sic Marsden refert, p 77 inter anonyma opera. At Celsius, Biblioth. Bremensis Novae, Class. IV. p. 426. „Ex typographeo S. Congregat. de Propag. Fide apud Zachariam Dominicum Acsamitek a Kronenfeld Alphabetum arabicum 1633 in folio aperto." Catalogus librorum qui ex typographio S. Congr. de

P.F.

P. F. variis linguis prodierunt, Romae 1773. editus à Jo. Christ. Amadutio, tum praeside typographiae S. Congr. de P. F in praefatione ab Amadutio scripta pag. 4. haec offert: Conduxit Leo Allatius anno 1655. pro re typographica exsequenda Zachariam Domin. Acsamitekium a Kronenfeld Boëmum Pragensem, tunc temporis Impressorum omnium, qui Romae erant, celeberrimum, atque ab eo habemus anno 1667. Elenchum librorum sive typis, sive impensis S. Congr. de P F. impressorum, quem recusum offendes in Tractatu de nervis rerum gerendarum Romae ecclesiae, qui praefigitur libro altero (sic) sane calumnioso, et invidiae pleno Dorothei Asciani, sive Matthiae Zimmermannii, cui titulus: Montes Pietatis Romanenses etc. Lipsiae 1670. p. 527 ad 533.

67. Fabrica overo Dittionario della lingua volgare arabica, et italiana, copioso de voci, et locutioni, con osservare la frase dell' una et dell' altra lingua. Raccolto dal P. Fra Domenico Germano de Silesia, dell' Ordine de Min. Osserv. Riformati sacerdote della provintia Romana. Romae ex typograph. S. Congr. de P. F. 1636. 4. pagg. 102.

Inscriptio fallax; Dictionarii haud quidpiam exhibet liber; Grammatica est, et quasi prolusio et praecursio Dictionarii, brevi post editi, ann. 1639. fol. Praefationis, latine scriptae, hoc exordium: „Fabricam linguae Arabicae hactenus incognitam nullibi, producturus in sennam, quae quidem, quemadmodum in praesentiarum est in vulgari stilo, ita quidem grammaticali opificio luculenter dextre quibat expoliri: Existimabam perpetrare operae pretium, si saltem, veluti per transennam, hunc exiguum tractatum, qui (Introduttorio manuale della lingua Arabica volgare) intitulatur, praemitterem, quo structuram vastiorem, quae adhuc vagit in cunis propugnarem.

rem." Et primâ quoque pagina haec inscriptio cernitur: Introduttorio manuale dellá lingua Arabica volgare, diviso in tre parti, ò trattati. — Igitur non erat, cur Marsden, post traditum titulum: Fabrica overo Dittionario .... Rom. 1636. 4. poneret (quamquam praefixo signo † quod significat librum sibi haud visum) etiam hunc titulum: † Ej. Introductorio della lingua arabica volgare. P. F. Romae 1636. 4. Etiam Lelong lapsus, qui titulo recte tradito addit: in folio. Vid. num. 71.

68. Thomae Erpenii Grammatica arabica, ab auctore emendata et aucta. Cui accedunt Locmanni fabulae et adagia quaedam Arabum, ab eodem auctore cum Latina versione pridem edita; at nunc vocalibus et notis orthographicis illustrata. Lugd. Bat. apud Joann. Maire. 1636. 4. pagg. 171. (num. 49.). Sunt exempla, quae habent: Amstelodami, typis Joannis Jansonii. 1636. et in extremo folio: Lugduni Batavorum, excudebat Wilhelmus Christiani, typis Joannis Jansonii. 1636.

Secundam hanc editionem ab Antonio Deusing, Med. et Mathemat professore academiae Groning. curatam esse, Celsius in Historia (Biblioth Bremensis novae Class. IV. p. 409.) refert ex Effig. et Vitis Professorum Groningens. p. 214. Praefatio typographi nomine scripta; lubet ex ea recitare haec: „Editionis prioris exemplar nacti, in quo Autor ipse, quaecunque longior usus et ratio mutanda suaserant, mutasset, quae addenda addidisset, quae tollenda sustulisset, ejus copiam omnibus Arabicae linguae studiosis faciendam duximus. Exercitationis autem loco Locmanni fabulas, et adagia quaedam Arabum, ab eodem auctore cum versione latina atque notis jam pridem edita, additis nunc insuper Vocalibus et notis Orthographicis, in tyronum majorem usum adjecimus."

69.

69. Thomae Erpenii rudimenta linguae arabicae. Accedunt ejusdem praxis grammatica; et consilium de studio Arabico feliciter instituendo. Lutetiae Parisiorum, sumptibus societatis typographicae librorum officii ecclesiastici, jussu Regis constitutae. 1638. 8. In fine: Parisiis excudebat Antonius Vitray. pagg 184.

Est repetita editio secunda (num. 60.) adhibitis Savarianis typis praestantissimis. Credibile est, typographicas operas moderatum esse Gabr. Sionitam; etenim in Consilio ... nomen Val. Schindleri editum est: Scindleri.

70. Specimen arabicum quo exhibentur aliquot scripta arabica partim in prosa, partim ligata oratione composita. jam primum in Germania edita, versione latina donata, analysi grammatica expedita, notisque necessariis illustrata. – omnia è cura M. Johannis Fabrici Dantiscani. Rostochl. 1638. 4. p. 235.

Extant in hoc libro 1. Dissertatio El-Herir (h. e. Haririi Concessus primus) p. 1–72. 2. Carmen Abi El-Ula p. 73–150. 3. Carmen Iben Phered p. 151–159. 4. Judicium de soluto dicendi genere Arabum proprio. 5. Coronis de poësi Arabum. Hisce accessit index vocum latinus. Haud pauca passim perperam tradita, veluti p. 1. Hariri dicitur vixisse circu annum Christi 450. p. 73 in inscriptione carminis Abi'l Olae editum: dixit – في مذهب المريخ in Secta Saturni, pro المديح, modo laudationis. At duo praecipua capita, primum et secundum, ab ipso Golio postmodum edita sunt

71. Fabrica linguae arabicae cum interpretatione latina, et Italica, accommodata ad usum linguae vulgaris, et scripturalis, authore P. F. Dominico Germano, de Silesia, Ord. Min. de Ob-

Obseru. Reform. Prov. Romanae, et in Conventu S. Petri, Montis Aurei, linguarum orientalium lectore. Romae, typis S. Congr. de P. F. 1639. (In numero MDCCXXXIX, in Baumgartens Nachrichten T. VII. p. 404 erratum est, repetitum in Hirt's Bibliothek, T. III. p. 51).

Dictionarium pag. 1 – 1082. sequitur ordinem Italicarum vocum; italica, quibus latina adjuncta sunt, partem paginae dextram occupant, sinistram arabica. Adest tamen index primo arabicus, deinde etiam, qui in Baumgartenii exemplo defuisse videtur, latinus. Praefatio eadem non modo italice et latine, sed arabice etiam scripta. Eam excipiunt Regulae seu Obseruationes generales pro recto usu libri, italice primum, deinde latine. Sequitur introductio brevis ad lectionem sermonis arabici, scripta iterum italice, latine, immo etiam arabice. In calce positum immane agmen mendorum typographicorum. In conficiendo opere auctor, Thoma a Novaria magistro usus, et quatuor annorum spatio ipse in Oriente versatus, id potissimum spectasse se profitetur, ut Missionarios orientales juvaret in comparanda linguae arabicae copia ad sermones cum indigenis habendos: cui consilio num bene illud respondeat, judicent alii. Celsii, in Histor. ling et erudit. Arab. p. 426 loc. cit. haec sunt verba: (Ex typographeo S. Congr. de P. F. habemus) „Fabricam L. Ar. cum interp. Itala, Aut. Fr. Dominico Germano de Silesia 1639. fol. Fabrica piccola della lingua Arabica Volgare e Italiana del Menedemo (putem: Medelimo) autore 1636. 4.“ At Fabrica piccola certe non est nisi illa, de qua dictum num. 67.

Jo. Christoph. Wagenseil, in praefat. ad Tela ignea Satanae, Altdorf. 1681. 4. verbis: „Parat nunc Romae novam Alcorani translationem latinam,

ac

ac Confutationem illi adjunget P. Marracci" - subjecit haec: „Offenderam inter peregrinandum, eidem huic operi gnaviter incumbentem, Fr. Dominicum Germanum de Silesia, ord. Minor. de observ. reform. editione Lexici, quod Fabricam linguae arabicae appellavit, non inglorium; sed qui fortasse illi labori est immortuus, tam gravis aetate erat, et senio propemodum confectus, cum illi loquerer." Conf. quoque idem Sota, p. 1101.

72. Breves arabicae linguae institutiones R. P. PHILIPPI GUADAGNOLI Clerici regul. minorum Procuratoris generalis. Romae e typogr. S. Congr. de P. F. excudebat Joseph David Luna, Maronita. 1642. fol. pagg. 349.

Ex praefatione lubet haec recitare: „Complures prodiere in lucem arabicae linguae institutiones, sed non universa congruae locutionis singulae suscepere docenda, sed per partes; ut Tasrif (num. 47.) conjugationes verborum duntaxat, Caphia (num 42.) compendiosam brevitatem obscuritati conjunctam: super omnes autem copiosius noster P. Franciscus Martelottus (num. 56.) omnia est complexus, sed methodus philosophica quandam induxit prolixitatem. At nemo adhuc de metro doctrinam tradiderat: nec usum quemdam non spernendum Orientalium, grammaticae regulis adversantem, annotaverat. Propterea has nostras institutiones, quanta licuit brevitate, collegimus, ut ab aliis praetermissa recenseremus: praecipue rationem et usum scribendi, cum sine vocalibus totae offeruntur obtutui consonantes, quod est frequentissimum. Et satis necessarium erat advertere, cum Sacra Biblia jam nunc arabico idiomate hic cudantur, sub felicibus S. D. N. Urbani papae VIII. imperiis et auspiciis." – In opere ipso agitur 1) de iis, quae sunt ad legendum et scribendum necessaria, 2) de partibus orationis, 3) de syntaxi, 4) de prosodia.

Acce-

Accedunt varia, ex genere poëtico: Carmen, cujus auctor fertur Ali; fpecimina Corani, ex 5 capitibus; alia, quorum auctor dicitur Ali; verfus cujusdem Gabrielis Maronitae, in laudem S. Trinitatis; verfus Sibyllini, quorum initiales litterae hanc fententiam efficiunt: Jefus Chriftus Dei Filius Servator Cruce, arabice converfi hac ratione, ut ex primis litteris prodeat eadem fententia. (Latinos exhibet Guadagnoli Apologia pro chriftiana religione. Rom. 1631. 4. p. 513. arabicos ejusd. pro chriftiana religione Refponfio arabica, Rom. 1637. 4. p. 1041). De Guadagnolo vid. Niceron's Nachrichten - von S. J. Baumgarten. VII. T. 1753. p. 333 fq.

* 73. Ravii, Christ. de fcribendo lexico arabico differtatio. Ultrajecti 1643. 4.

Refert Lelong, et Catalogus librorum Jo. Jac. Schultenfii, Lugd. Bat. 1780. p. 529. num. 3520. et p. 530. num. 3530.

* 74. Fides et leges Mohammaedis exhibitae ex Alkorani manufcripto duplici, praemiffis inftitutionibus arabicis auctore Theodorico Hackspan, ling. fanct. profeffore. Altdorfl. 1646. 4. plagg. 13.

Quod in hac infcriptione primum habet locum, non eft nifi acceffio: in libro ipfo primarium locum obtinent inftitutiones grammaticae, et eae quidem haud contemnendae. Ut ne deeffet materia exercitationis, addita funt felecta ex Korano loca, cum verfione latina inter lineas. „Vifum eft, lector benevole, inquit auctor, fubjungere talia exempla, quae faciunt ad analyfin, ut nec dubio fit locus de punctis accuratiffime adjectis; et praeter hunc ufum tibi conftet liquido, quae tandem fit illa fides, qui mores, quibus maxima fere orbis habitati pars mifere decepta, Chriftianos defpicit, atque ex omni occafione fatum Impe-

Imperatori, Regibus, Principibus; servitutem Rebus publicis minatur." – Typi arabici, ab omnibus aliis quos vidimus diversi, sunt quidem satis distincti, sed facti ex designatione haud admodum concinna. Hackspanii cura illos paratos esse, ac ejusdem manum referre, perhibet Jo. Mich. Lang in Diss. de Speciminibus – in edendo Alcorano arabico. Altdorf. 1704. p. 21. 23. Et tum quidem delitescebant Norimbergae.

* 75. Electa arabica h. e. characterum arabicorum typographiae Fincelianae specimen in gratiam linguae cultorum editum. Wittebergae 1649. 4. plag. 1.

Editionem curavit Jo. Ern. Gerhardus. Singulae paginae duas tresve lineas arabicas exhibent, cum versione latina, et quidem sententias paucis vocibus absolutas, veluti: Initium sapientiae Timor Domini.

76. Linguae arabicae σκιαγραφία, in gratiam φιλανατολικογλώττων edita Wittebergae e typographia LL. orientalium Jobi Wilhelmi Fincelii. 1650. 4. plagg. 3.

Edidit idem M. Jo. Ern. Gerhardus, Coll. Phil. Adj. cujus nomen praefationi (Wittenberg. d. XVIII Febr. ann. 1650.) subscriptum. Praefationem excipit specimen Lexici Harmonici. Grammatica finem habet pagina 15. ubi haec: „Syntaxis cum Hebraeorum Syntaxi fere coincidit." Lelong idem opusculum bis, mutato nomine, refert: Fincelii, Jo. Guill. Compendium linguae arabicae. 4. 1650. Gerhardi, Jo. Ern. Sciagraphia linguae arabicae. 4. Erfurti 1650.

* 77. Introductio brevis ad linguae arabicae rectam lectionem, qua insimul exhibetur specimen characterum arabicorum e chalcographeo Jobi Wilhelmi Fincelii

Wittebergensium, in gratiam linguae hujus tyronum adornata ab ANDREA SENNERTO, P. P. 1650. 4. plag. 1.

Sunt exempla, quae adjunctum habent Compendium linguae arabicae. Verum hoc Gerhardi est, quod modo descripsimus, non Sennerti.

78. Arabicae linguae novae, et methodicae institutiones, non ad vulgaris duntaxat idiomatis, sed etiam ad grammaticae doctrinalis intelligentiam, per annotationes in capitum appendicibus suffixas, accomodatae. Authore F. ANTONIO AB AQUILA ord. Min. S. Francisci strict. Obser. Theologo, atque in Collegio S. Petri montis aurei à S. Congreg de Prop. Fide arabicae linguae deputato Lectore. Opus tum omnibus arabicae linguae studiosis, tum potissimum apostolicis viris, per Asiam et Africam fidem propagaturis, utile et necessarium. Romae, typis S. Congr. de P. F. 1650. 8. pagg. 678.

Praefatio ad lectorem haec habet. „Arabici idiomatis grammaticae, huc usque in lucem editae, adeo prolixae et difficiles sunt, ut absque magno labore, temporisque diuturnitate addisci vix possint; atque adeo multi meliorem huc usque in tradendis hujusmodi institutionibus methodum desiderarint. Quare haec omnia mature perpendens, cum utriusque idiomatis studio viginti annorum spatio operam dedissem (quorum decem cum S. Congreg. propag. fidei jussu in orientalibus regionibus in animarum salutem curandam consumpsissem) has breves institutiones componere decrevi." – Methodicas illas dicit auctor, at nobis nec distincte satis nec bene distribute scriptae esse videntur.

79. JACOBI GOLII Lexico arabico-latinum, contextum ex probatioribus orientis lexicographis, accedit index copiosissimus, qui lexici latino arabici vicem explere possit. Lugduni Bat. typis Elsevirio-rum.

rum. proſtant Amſtelodami apud Johannem Janſſonium. (in aliis: proſtant Roterodami apud Arnoldum Laers). 1653. fol.

Quemadmodum Giggejus (num. 64.) Phiruzabadium, ita Gieuharium Golius maxime ſecutus eſt, nec tamen inconſultis aliis fontibus compluribus. Et ad expeditum uſum omnino convenientius eſt Golianum opus Giggeiano; unde factum eſſe videtur, ut hoc pauciores emtores haberet: exempla enim venalia etiam nunc praeſto eſſe putem in Collegio Ambroſiano Mediolani. Honorifice quidem Golius in praefatione ſua commemorat Theſaurum Giggeii, nec vero ipſe videtur aliquam illius rationem habuiſſe. Editum enim opus reſpicienti accidere non poterat, quod Golio accidit, ut permultas, non modo ſingulas voces, ſed radices etiam cum omni propagine, non videret, et juſto loco referre negligeret. Multa igitur in ſerie ipſa deſunt, et comparent demum in Appendice, col. 2775-2922. Quae res nonnunquam intelligentiori etiam fraudi fuit: veluti Jo. Dav. Michaelis (Verſuch über die ſiebenzig Wochen Daniels. 1771. 8. p. 43.) negavit, verbo חתך uti linguam arabicam; quod Golium conſulenti verbum ſuo loco, quo ipſe illud requireret, ſe non offerret: at in Appendice deprehenditur, et fuit a Giggeo juſta ſerie collocatum. Accedit illud quoque incommodum, quod per univerſum opus haud pauca ſint minus emendate edita. „David Clodius, celeberrimus Gigenſium profeſſor, curam geſſit Lexici arabici a clariſſ. Golio conſcripti et in fol. editi" verba ſunt Jo. Conr. Zeltneri, p. 45 libri, cujus exempla alia inſcripta ſunt: Correctorum in typographiis eruditorum centuria, ſpeciminis loco collecta. Norinberg. 1716 alia ſic: Theatrum virorum eruditorum, qui ſpeciatim typographiis laudabilem operam praeſtiterunt. Norimberg. 1720. 8. Illud unde ſumtum ſit, nobis haud conſtat, a Go-

lio ipso nulla Clodii mentione facta. Nec potest non vanum esse, siquidem Clodius ille natus est demum anno 1644. vid. Grundlage zu einer Hessischen Gelehrten- und Schriftsteller-Geschichte, von Strieder, 2. Bd. 1782. p. 226. qui tamen et ipse illud ex Zeltneri libro refert p. 232. In praefatione autem haec extant: „Caeterum de opera mea ac labore aequanimiter sentias rogo, benigne Lector, quamquam lente is processisse videatur, multas per caussas, tum privatas, tum publicas, saepe interruptus; ceu tumultuario tamen modo quodam plerumque deproperatum fuisse.“ – De nova eaque auctiore operis sui editione consilium se agitare, jam mense Octobr. ann. 1654. significavit Golius Ed. Pocockio in litteris, quarum summam refert Twells in Pocockii Vita, p. 63. praemissa ejusdem Operibus Theologicis. Lond. 1740. fol.

Constat ex Commercio epistolico Uffenbachiano, quod Jo. Ge. Schelhorn edidit 1753 sq. 8. partibus quinque, Uffenbachium nactum fuisse exemplum libri, ab ipso Golio sua manu emendatum, auctumque accessionibus, (vid. illius litterae ad Jo. Andr. Danzium, p. 295. Part. II.) et inde, illo haud invito, Joh. Henr. Majum, filium, Giessensem, (P. I. p. 172. 176. 179.) in suum exemplum derivasse, quae essent a Golio mutata atque addita. (ib. p. 339. 371.) Maji liber quanam forte usus sit, incertum: vidimus librorum indicem, inscriptum: „Bibliotheca Münsteriana seu Catalogus librorum – – welche für baar Geld in dem Heilbronnischen Buchladen durch Straub verkauft werden. Heilbronnae, 1747.“ In quo p 3. haec: „Golii Lexicon arabicum. notas msptas. ex Bibl. Uffenbachiana J. H. May adjecit. Lugd. Bat. 1653. 15 fl.“ Illud Golianum vero exemplum a Carolo Würtembergiae Duce multo aere redemtum Francofurti ad Moenum, honorificam nunc sedem habet in bibliotheca regia Stutgardiae. Folio in fronte addito

dito inscripta sunt haec: „Hocce Golii Lexicon emi Lugduni Batavorum à Joh. Vivie Bibliopolà Senę, qui ipsius Golii manu correctum, illisque annotationibus, quae in margine leguntur, auctum, et à se in Librorum Golii venditione (seu ut vulgo dicunt Auctione) olim coemptum et huc usque asservatum fuisse asserebat. Lugduni Batav. d. 16. Jan. 1711. Z. C. ab Uffenbach mpria. Ejus copiam feci Viro Celeb. atque Doctiss. J. Henr. Majo Fil. qui passim in scriptis suis elegantiss. mentionem facit. Vid. Observatt. Sacr. Tom. III. p. 13 sq. 136." Golii ipsius manu scripta esse, quae calamo exarata cernuntur in hoc libro, nobis quidem, eam ex autographis ejusdem epistolis, quae penes nos sunt, cognitam habentibus perspectum est atque exploratum. Liceat igitur nostram de libro sententiam exponere.

Anteriores libri chartae, usque ad col. 52. calami vestigia nulla habent, iterum intacta omnia col. 172–207. col. 1428–1459. et col. 2771 usque ad finem. In reliquis liturae, emendationes, accessiones haud paucae. Scriptio tantum abest ut sit satis elegans, quod affirmavit Uffenbach in litteris ad Danzium, loc. cit. p. 296. ut potius obscura et perplexa dicenda sit, quae difficulter intelligatur. Emendationes potissimum versantur in notandis lapsibus vel scribentis vel typos componentis. Accessiones magni aestimandae, sed sunt illae, perpaucis exceptis, editae in Appendice. Et Majo quidem hoc non videtur in mentem venisse. Etenim Observatt. sacr. libr. III. p. 13 editionis secundae, 1727. 8. haec tradit: „Monile ex gemmis consertum ea voce (חרוז) denotari, lingua docet Arabica. Namque *charzon* Veneris non modo concham, ut Golius notat, sed omnes res, quae inter se conjunctae ordine atque connexae sunt, designat, ut margaritas, sphaerulas vitreas, globulos rosarum, quemadmodum ex Giou-

Gieuharidis diversis locis ad Lexici sui proprium exemplum Golius ipse observavit. Frui illo licuit mihi beneficio Generosissimi Uffenbachii, cui iste thesaurus contigit." Quae Golius col. 696 voc. خرز Coll. calamo adscripsit, haec sunt: „quaecunque res inter se ordine conjungi solent; ut margaritae, sphaerulae vitreae, etc. et *ita dicuntur* res ejus formae sive σφαγίδες (sic) aut similia, quibus viros capiunt et ad amores alliciunt faeminae, ut philtra sunt. *Vide Gi.* in خشم potius quibus conchis suspensis avertitur oculus malignus, amuletum, quod inprimis pueris et puellis, etiam equis et camelis de collo suspenditur contra oculi maligni noxam. Vid. Ca. in ودع et Ca. in الخشل." Summam rei dedit, Append. col. 2809. his verbis: خرز sphaerula vitrea *et* res omnis similis: pec. quae appenditur corpori ad avertendam maligni oculi noxam. *Gi.* — Quod autem attinet ad Maji „globulos rosarum," Golius vere scripsit haec: „خرزات التسبيح, globuli rosarii. *Gi.* in سبح." Hoc neglexit in Appendicem referre; adest enim suo loco تسبيح, rosario ad precandum usus fuit. Altero loco, p. 146. Maji verba sunt: „De altero Arabum themate *gada* notandum, non modo significare illud liberalem esse et beneficum, sed etiam largiter terram rigare pluvia, ut Golius ipse in notis MSS. ad Lexicon suum ex Camuso notavit." Golius col. 552. verbis Effusus in lachrymas fuit *oculus Ca.* adscripsit haec: „Trans. et largiter *terram* rigavit *pluvia eca. Ca.* in غدق." Has ipsas voces vide editas in Append. col. 2795.

Nobis igitur de hoc libro Galiano sic videtur. Certum est, non esse ejusmodi exemplum, quod inde ab

ab abfoluta editione auctor quotidiano ufu tereret atque, ut res et occafio ferret, expoliret. Inter edendum ftatim acceffere, calamo quae funt expreffa. Golii enim lexicon, qui probe cognitum habuerit, perfuaderi fibi haud patietur, univerfum opus ante elaboratum fuiffe, quam typis illud defcribendi initium fieret. Sed ut procederent operae typographicae, auctor quoque in confcribendo progrediebatur. Itaque, quotiescunque fe offerret in fontibus, unde omnia hauriebantur, aliquid antea non obfervatum, in charta jam excufa fuo illud loco adfcripfit auctor, ut in Appendicem, fi quid in excufo minus rectum confpiceretur, notavit ut in Corrigendorum indicem poffet referri: quamquam et in Appendice et in Indice plura funt, calamo non adfcripta. Ex hujusmodi chartis recognitis contextum eft, de quo agimus, volumen, receptis etiam, ubi recognitae fe fubduxiffent, chartis aliis iisque intactis. Folium fignatum Z2 (col. 340 - 344) excufum, at lituris et mutationibus totum opertum, rejectum igitur eft et aliter excufum. Folium quoque, fignatum Cc, excufum quidem, fed in multis ab illo, quod in vulgatis exemplis cernitur, diverfum. Folio, fignato Tt, fuperne adfcriptum „hoc folium mutandum," fed mutatum non fuiffe, comprobat vulgatum exemplum, quod in omnibus mendis typographicis cum illo confpirat.

Sane igitur non eft, ut permultum adjumenti ex hoc volumine Goliano petere poffit, qui novam lexici editionem parare voluerit; quod ut tandem aliquando eveniat, non poffunt non, quicunque litteris arabicis bene cupiunt, in votis habere. Optabile vero et hoc, ut qui ad iftam operam accefferit, in promtu habeat arabicos fontes ipfos, faltim Gieuharii et Firuzabadii opera, ex quibus Golianum lexicon fubinde fit emendandum. Rem uno loco declarabimus. Golii, col. 400. haec funt: „تَهَّا Fut. O. i. q. عَقَلَ, in-

intelligens fuit. *Ca.*" At decipi ſe paſſus eſt Golius negligentiore ſui codicis ſcriptione عقل pro غفل. In noſtro libro diſtincte cernitur تها كسلا غفل. Igitur تها eſt, Inconſiderate aliquid fecit.

80. Matthiae Wasmuth, Holſati, Grammatica arabica, ſingulari facilitate, tamque ſuccincte et perſpicue praecepta linguae complexa, ut menſtruo ſpatio, pauculas in dies horas impendens, proprio Marte in ea penetrare, et feliciter memoria comprehendere queat. Praemiſſa eſt paraeneſis de linguae arabicae utilitate, ac praeſentis operis inſtituto. Omnia in gratiam φιλαραβων, proque excitando frequentiore nobiliſſimae linguae cultu et amore. Eruditi poſſunt judicare, rudes diſcere, ſcioli neutrum. Amſtelodami, 1654. 4. pagg. 20 et 78.

Expoſita linguae arabicae utilitate more vulgato, quo theologiae maxime, at jurisprudentiae etiam, medicinae, philoſophiae inſervire probatur, auctor repugnat opinioni de linguae permagna difficultate, negans eam uſu experturum eſſe, qui grammatica utatur recte diſpoſita. Sed nec ab Erpenio putat „ea ubique felicitate, tamque brevi ac perſpicuo tenore, quam tradi commode queant," tradita eſſe arabici ſermonis praecepta. Igitur, ait, „haec inſtituti noſtri praeſentis ratio eſt, ut eâ praeceptorum facilitate frequentius excitare annitamur Arabiſmi ſtudium, qua non tantum minimo temporis impendio, ſed nec tam neceſſario requiſita viva praeceptoris operâ, (quorum ſat raram, dextre et fideliter in his literis verſantium, copiam eſſe, quotidie experitur orbis literatus), libere pateat utiliſſimae linguae aditus." Senſertum eſſe, quo primo ad has litteras auſpice et ductore ipſe uſus ſit, profitetur Wasmuth.

81. Arabicae linguae tyrocinium, id eſt Thomae Erpenii grammatica arabica; cum varia praxi-

praxios materia, cujus elenchum verſa dabit pagella. Lugduni Batavorum. 1656. 4. pagg. 172 et 282.

Editio anni 1636 (num. 68.) repetita; commendabilis maxime ab acceſſionibus, quae curanti eam Jacobo Golio debentur. Sunt: Adagiorum arab. centuriae III. – Poëtarum ſententiae LIX. – Korani capita duo, XXXI et LXI. – Conſeſſus primus Haririi. – Carmen Abul-Olae. – Patriarchae Antiocheni, Eliae III. qui floruit circa annum Chr. 1180. homilia de nativitate Chriſti. Et haec quidem cum interpretatione latina et ſcholiis; arabice tantum addita ſunt: Arabum ſententiae 232. aliae ſolutis, aliae ligatis verbis – Korani caput XXXII. – Abul-Olae carmen aliud.

Refert Jo. Henr. Hottinger, in Promtuario ſ. bibliotheca orientali, Heidelberg. 1658. 4. p. 62. „Explicatio feſti nativitatis, facta a parte ſancto, Catholico, Patriarcha Elia III. cognomento Ibn Hadithio, prodiit antehac et latine et arabice ſeparatim; nunc textum cum verſione dedit celeb. D. Golius, mantiſſam Grammat. Erpen. recens editae, p. 249."

82. Arabismus, h. e. praecepta arabicae linguae, in harmonia ad Ebraea, eademque univerſalia, nec non Chaldaeo-Syra, (ſeorſum antehac edita illa ab autore) conſcripta, exemplis ſufficientibusque confirmata illuſtrataque. Acceſſit in fine Compendium lexici arabici, radicum et vocum notabiliorum prae caeterisque maxime uſitatarum, in gratiam tyronum. Autore Andrea Sennerto, P. P. in acad. VVitteberg. Wittebergae, 1658. 4. pagg. 90 et 91–166.

„Diu bene eſt, inquit in praefatione auctor, decennium integrum ferme, haec quando promiſi arabicae praecepta linguae: iterum iterumque eadem interim in Collegiis privatis deſcripta varie ſunt ab audi-

tori-

toribus meis. Caeterum promissis quo minus stare potuerim hactenus, typorum heic loci arabicorum fecit defectus: aliud praeterea certe nihil. Nunc cum meliores praesentibus (displicere enim in multis adhuc eccur diffitear?) fata non concesserint, diutius premere illa plurimis de caussis consultum minus duxi."

Compendium Lexici Arabico-latini verba potissimum refert, nec nisi in prima conjugatione: nomina comparent pauciora, particulae nullae. Saxius, Onomast Vol. V. p. 23. inter Sennerti libros refert Compendium Lexici arabici, Witteberg 1666. 4. Et Bohnius, in Progr de fatis studii linguarum orientalium inter Europaeos, Jenae, 1769. 4. p. 37. commemorat etiam Grammaticae editionem alteram, factam Witteb. 1666. 4. Prodiit omnino Witteb. 1666. Grammatica orientalis eademque harmonica auct. Andr. Sennerto, atque haec et Arabismum refert et Compendium Lexici arabici. Sed neutrum denuo excusum, nec alterutrum separatim editum. Nonnisi praefatio recusa, addito anno 1666.

83. Isagoge in linguam arabicam ad ductum Thomae Erpenii et Maronitarum, e monte Libano, Gabrielis Sionitae et Joannis Hesronitae, etc. facta 1678. 4. pagg. 22.

Nulla vel typographi vel auctoris mentio facta, forte quod fere speciminis loco esset et paucis exemplaribus absolveretur haec editio. At brevi alia secuta. Conspiciuntur hic arabici typi, antehac non visi, iidem quibus abhinc uti solebant typographiae in Germania.

84. Isagoge in linguam arabicam ad ductum praestantissimorum Grammaticorum recognita et aucta a Christophoro Cellario. Cizae sumtibus Jo. Bielckii exscripsit Fr. Hetstedius, 1686, 4. pagg. 70.

Haud

Haud multum a priori differt haec nova editio, et ipsa praefatione destituta, est tamen illâ luculentior atque etiam nonnihil uberior. Cellarius tum fungebatur munere rectoris scholae Cizensis, ab anno 1676 usque ad annum 1688. Vid. Christ. Cellarii Differtatt. academm. varii argumenti in summam redactae cura et studio Jo. Ge. Walchii, qui et dissertationem de auctoris vita et scriptis adjecit, Lipsiae, 1712. 8. In Commentatione de fatis linguarum orientalium (auctore Bernh. de Jenisch) p. CXXVIII. secunda haec editio prodiisse dicitur anno 1786, mendose, ex lapsu operarum.

85. Flores grammaticales arabici idiomatis, collecti ex optimis quibuscunque grammaticis, nec non plurimis Arabum monumentis, et ad quam maximam fieri potuit brevitatem, atque ordinem revocati: studio et labore Fr. Agapiti à Valle Flemmarum ordinis Minorum S. Francisci reformatorum, provinciae Tridentinae, in seminario Patavino lectoris. Opus omnibus arabicae linguae studiosis perutile, et necessarium: cui accedit in fine praxis grammaticalis, et exercitium pro lectione vulgari. Patavii, 1687. ex typographia Seminarii opera Augustini Candiani. 4. pagg. 344 et 32.

Copiose de hoc libro refert Hirt, Orient. und exeget. Bibliothek, VII. p. 26-38. Unum est quod addimus. Dedicavit auctor librum Gregorio Barbadico, Cardinali et episcopo Patavino, usus praeter alia his verbis: „Ne quid hac in re litteraria undequaque perficienda deesset, in eum finem, ingentibus impensis, elegantem quidem typographiam ex quibusvis nedum Latinorum atque Graecorum, verum et Orientalium fere omnium characteribus ornatam, excitasti, ut egregia linguarum quoque orientalium gymnasia et studia, hactenus apud multos neglecta, erigeres, quemadmodum maximo omnium applausu nunc

nunc florescunt." Editus est proximo anno, 1688, Paduae liber arabicus, suo loco commemorandus, qui complurium Asiae linguarum specimina typographica refert. Barbadicus igitur est, cujus munificentiae ea debentur.

86 Nucleus institutionum arabicarum enucleatus, variis linguae ornamentis atque praeceptis dialecti Turcicae illustratus. Accedunt necessarii indices rerum ac verborum, ut Lexici instar haberi possit. Adcurante M. J Dav. Schieferdeckero, Weissenfelsensi. Lipsiae apud auctorem. Cizae excudit Mel. Hucho. 1695. 8. pagg. 188.

Auctoris verba sunt in praefatione: „Quare haud ingratum tibi facere credimus, si praecepta, multis abhinc annis a Th. Erpenio conscripta et Jac. Golio recognita denuo in lucem prodire curemus, ea tamen ratione, ut omnia, quantum fieri potuit, in gyrum quasi sint contracta, absque ulla obfuscatione, quod prae se ferunt luminis, immutatis plurimis in locis praedictorum autorum verbis, adjectisque variis subinde scitu dignissimis."

Adjunctum est nonnisi Cap. I. Korani, quod typorum inopia vetaret ampliorem sermonem arabicum exhibere. – Pertinet quoque ad hanc grammaticam ejusdem auctoris dissertatio inscripta: Fructus linguae arabicae, auctior nunc edita 1695. (num. 15.)

87. Brevis institutio linguae arabicae; D. Joh. Henr. Maji hebraicae, chaldaicae, syriacae, samaritanae ac aethiopicae harmonica. Accedit glossarium arabicum cum reliquis Orientis linguis harmonicum, in IV Geneseos capita priora et tres praecipuas Alcorani suratas; opera Justi Helffrichi Happelii. Francof. ad Moenum, 1707. 4. pagg. 75.

Lelong haec habet: „Happelii, J. H. grammatica arabica cum glossario arabico harmonico. Francof.

cof. 1707. 4. Maii, Jo. Henr. brevis inſtitutio linguae arabicae. Francof. 1707. 4. „Unum eundemque librum duplici ille nomine commemorat. Alcorani Suratae tres, quarum fit mentio, ſunt I. XII. et LXIV. editae antea ab Erpenio. (Vid. num. 52. et 55.)

88. Alphabetum arabicum. Romae, typis Congr. de Propag. Fid. 1715. 8.

Marsden memorat, nec non Catalogus uterque, Romae editus, ann. 1773. et 1782. (num. 58. 62. 66.).

89. Elementa linguae arabicae in quibus omnia ad ſolidam hujus linguae cognitiônem neceſſaria paradigmata exhibentur. Accedunt textus aliquot arabici et juſtae analyſeos exemplum, cum praefatione Hermanni von der Hardt, academiae Juliae Senioris et Praepoſiti Mariaberg. Auctore Joh. Godofredo Lackemacher. Helmſtadii, 1718. 4. pagg. 88.

Discentem juvare poteſt haec grammatica, ſi haereat in forma quadam minus obvia verbi imperfecti: quamcunque enim requiſiverit, expreſſam deprehendet. Grammaticae additum, arabice et latine, 1) Geneſ. cap. I. 2) Matth. cap. II. 3) Korani cap. XV.

90. M. Henrici Gottlieb Reimi, facult. philoſoph. Jenenſ. Adjuncti مفتح العروبة h. e. clavis linguae arabicae; inſtitutionem ejus methodo maximam partem Danziana ita in compendio tradens, ut cuncta innotescere poſſint ſcientifice, anomaliis analogiae reſtitutis; exemplis probata, auctoris obſervationibus, ut et ſchematibus maxime neceſſariis, nec non verborum tam perfectorum quam imperfectorum paradigmatibus illuſtrata. Jenae, 1718. 8. pagg. 118.

Mirum

Mirum quam imperite in rebus maxime obviis versatus sit Grammaticus. Veluti pag. 1 de voce Giesma haec habet: „Haud invenio aliam, a qua commodius derivari posset haec vox, radicem, quam جعس unde nomen جعسوس, brevis statura, despectus." – Et pag. 36 vocis Wesla origo dicitur posita in radice وسل, *accessit, it. furtim cepit abegitve* – Arabici typi male compositi, facies libri universa decoris etque ornatus omnis expers. Sunt exempla, quae prae se ferunt: Editio II. Jenae 1751. Sed haec ad fucum faciendum.

* 91. الراي في تمام اللغة العربية واللتينية لغولي Consilium de supplemento lexici arabico-latini Goliani, cum specimine Spicilegii propositum a Joanne Hagero, Phil. et AA. LL. Magistro, Vitemberg. 1719. 4. pagg. 16.

In praefatione de Golii Lexico sic statuit auctor: – „sed multa supersunt, quae sese ipsius studio subtraxerunt. Inserendae enim veniunt voces vel plane novae, vel novae adductarum significationes, vel novae etiam constructiones." Exhibentur p. 5 sq. additis etiam, unde petita sint, fontibus, triplicis illius generis specimina. Extremo loco, p. 16 haec: „Tandem necessarium duco, ut idiotismi, adagia etc sedulo annotentur, et e contrario copia ista synonymorum latinorum, qua Golius usus est, omittatur. De singulis brevi fusius agam. Interim L. B. vale, mihique fave." – De consilii successu haud quidpiam constat.

92. مدارس العربي Gymnasium arabicum in quo tres priores Davidis odae cum versione latina, et notis critico-analyticis, in usum φιλολογούντων, exhibentur a Jo. Christ. Wichmannshausen, lin-

linguarum orientalium Prof. publ. Wittenbergae 1724. 4. pagg. 128.

Librum. ſibi haud viſum Marsden refert inter ſubſidia grammatica, neque id male. Materia ipſa quidem ex ſacro codice ſumta, at tractatio omnis ita inſtituta, ut tirones habeant, quo ſe exerceant in praeceptis grammaticis.

93. Lexicon arabico - turcicum. Conſtantinopoli. 1728. fol. 2 Voll.

Marsden haec tradit
primò in catalogo chronologico:

† Dictionarium arabico - turcicum Ovankuli. Conſtantinop. 1728. 2 Voll. fol.

> Dictionarium, ſ. Lexicon arab. AL SAHAL (ſic) dictum, in compendium redactum, et turcice explicatum, a Mohammede filio Muſtaphae Vanenſe. Jauharius. Conſtant. 1728. fol.

deinde in catalogo auctorum, p. 30.

> Jauharius. Dictionarium, ſeu Lexicon arab. AL SAHAL (ſic) dictum, in compendium redactum, et Turcice explicatum, a Mohammede filio Muſtaphae Vanenſe. Conſtant. 1728. fol.

atque iterum, p. 46.

> Muſtapha (Mohammed) El Vany. Lougat ul Van Kouli, id eſt, Dictionarium Van-Kouli, ex Arabico, Turcice factum. Conſtantin. 1729. (ſic) fol. 2 Voll.

Unum eſt idemque opus, quod quadruplici modo memoratur, et eſt quidem Gjeuharii Lexicon arabicum, inſcriptum صحاح اللغة, Sahah ſ. Sehah Allogath, integritas linguae, addita ſingulis vocibus ſignifica-

nificatione turcica. Turcice qui vertit, et quidem hanc rationem fecutus, ut loca grammaticorum poëtarumque, quorum auctoritate ufus eft Gjeuharius, non verteret, nec tamen ipfa omitteret, eft Muhammed fil. Muftapha Al-Wâni, h. e. oriundus ex urbe Wân in Armenia. Conftantinopoli cum publica auctoritate inftituta effet typographia, (conf. Letteratura turchesca dell'Abate Giambatifta Toderini, in Venezia. 1787. 8. Part. III. et Tableau general de l'empire Othoman - par Muradgea d'Ohsson, Paris 1787. fol. Tom. I. vel Litteratur der Türken, aus dem Italiänifchen des Herrn Abbé Toderini. Mit Zufätzen und Anmerkungen von Ph. W. G. Hausleutner. Königsberg 1790. 8. Part. II. p 163. et p. 309.) qui ftrenuus erat in adminiftrando negotio, Ibrahim efendi, ortu Hungarus at Muhammedis doctrinam amplexus, haud imprudenter initium fecit ab illo Dictionario. Abfolutum eft opus anno Heg. 1141. Chr. 1728. duobus tomis fol. Prior eft pagg. 666. et fubfiftit in littera ط, pofterior abfolvitur pagg. 755. Infcriptus eft liber كتاب ترجمة الصحاح الجوهري et communiter adpellatur لغة وان قولي, Logath Wân Kûli; eft vero Wân Kûli fervus Wanenfis. Integrum nequit dici exemplum, nifi Tom. I. praemiffa habeat folia 12. numeris paginarum haud notata, quibus exhibetur praefatio editoris, Ibrahimi; edictum Sultani de inftituenda typographia turcica; Fetwa Muftii, i. e. refponfum feu fententia fummi antiftitis; approbationes Doctorum; laus Gjeuharii auctoris, et Wanenfis interpretis; tabula librorum capitumque: Tom. II. accedunt folia 5. quibus Errata fignificantur et Praetermiffa. Exempla typis defcripta fuere 1000. Pretium fingulis conftitutum eft numorum 35. qui Piafter dicuntur: quod fane haud immodicum dicendum, fi librorum calamo exaratorum pretia reputaveris.

ris. Novimus ex commercio litterario Jo. Dav. Michaelis, Th. 2. p. 38.) exemplum Lexici arabici, dicti Kamûs, pro bibliotheca regia Hafnienſi emtum eſſe anno 1761. Conſtantinopoli pretio 100 piaſtrorum. Et Jac. Dallaway, in libro: Conſtantinople ancient and modern – edito Londini 1797. 4. (verſion. German. Chemnitii 1800. 8. p. 83.) negat, volumen in folio calamo ſcriptum, etiamſi ornamentis careat omnibus, minori pretio comparari poſſe quam 15–20 libr. Sterling.

* 94. مختصر النحو العربي ſive Compendium grammaticae arabicae unacum appendice de vulgari hodierna dialecto arabica et duobus capitibus verſionis arabicae Geneſeos editum a Joh. Christiano Clodio Profeſſore linguae arabicae. Lipſiae typis Takkii. 4. pagg. 32 et 12.

Compendium abſolvitur capp. VII. Appendix cum dialecto vulgari ſubjectos habet Dialogos III. Poſtremo loco additus quoque Pſalmus XI. arabice, ſine punctis. Praefationis p. 5. ext. jubet auctor litterarum ſtudioſos Programma invitatorium ad praelectiones arabicas, ante annum, et quod excurrit, a ſe editum, attente perlegere. Profeſſor arabicarum litterarum Lipſienſis conſtitutus eſt ann. 1723. ut extat in Actis Erudit. Lipſienſ. 1730. p. 419. vel rectius 1724 ut refert Jo. Dan. Schulze, Abriſs einer Geſchichte der Leipziger Univerſität im Lauf des achtzehnten Jahrhunderts, Leipz. 1802. 8. p. 82. Programma, de Germanorum in LL. OO. meritis, quo orationem publicam capeſſendi muneris cauſa habendam indixit, habendasque praelectiones ſignificavit, prodiit anno 1727. exeunte. Eratque Clodius adeo intentus ſuae provinciae, ut litteris ſupplicibus ad Electorem 26 Apr. 1728. ſcriptis peteret, Georgium Chriſt. Kehr, Lectorem LL. OO., arceri a traden-

dis litteris orientalibus, his fere usus verbis: ne auditoribus, qui non sint perquam frequentes, ab se avocatis, sibi penitus fame sit pereundum, et neuter habeat quo vitam sustentet („dergestalt ich gänzlich crepiren undt einer neben dem andern verderben würde"). Vid. Schulzii loc. cit. p. 82.

95. Theoria et Praxis linguae arabicae h. e. grammatica arabica, continens I. Fundamenta ejus linguae, succincta methodo tradita, adjectis arabum grammaticorum terminis technicis. II. Dialogos tres, in vulgari hodierna dialecto arabica, quibus differentia illius ab erudita ostenditur. III. Duo capita Geneseos, a celebri Judaeorum magistro R. Saadia arabice versa. IV. Praefationem, qua de linguae arab. usu in exegesi sacra, in theologiae Muhammedicae cognitione, in historia et geographia, aliisque disciplinis; disseritur. V. Accessit analysis libri Hiobi, qua usus linguae arabicae, per singula capita, uberius monstratur, opera et studio Jo. Christ. Clodii, P. P. linguae arabicae in academia Lipsiensi. Lipsiae, apud heredes Grossii, 1729. 4. pagg. 46 et 230.

Quae num. I-IV. significantur, sunt eadem prorsus, quae Compendium exhibet, denuo tamen excusa; addita passim in margine nova notatione. At quae num. V. accessit, Analysis libri Jobi, p. 5-230. non est Clodii opus, sed Kromayeri, (num. 15.) bibliopolae, ut videtur, astutia alieno nomini subditum, ne quae vendita non essent exempla obsolescerent. Dissimulat tem praefatio Clodii, eadem quae in Compendio extat, hic repetita: sed prodit fraudem singulis plagulis in primae faciei imo margine repetita formula: Krom. de Lingu. Arab.

Inscriptionem libri non eandem referunt Acta Eruditor. Lips. ann. 1730. p. 376. hanc: Theoria et praxis linguae arabicae, seu Compendium Gramma-

maticum, VII. Capitibus abfolutum, in quo fimul Praefatio, ufum illius monftrans, et tria colloquia, appendici de vulgari Arabum dialecto adjecta, cum duobus Capitibus (Genefeos) arabice verfis continentur. Cui ufus linguae arabicae in Jobo explicando, et Caput vigefimum fecundun Alcorani de Peregrinatione facra, notis illuftratum acceffit, opera et ftudio Jo. Chrift. Clodii, P. P. lingu. arab. Lipfiae, apud her. Groffii, 1729. 4. Qui de libro retulit, haec fignificavit: „Ufus linguae arabicae, ab alio quodam viro docto editus, acceffit, quem, bibliopolae precibus commotus, ei adjungi paffus eft Clodius, quamquam fingulas illius opiniones fuas minime faciat." Separatim exftat Excerptum Alcoranicum de Peregrinatione facra h. e. Caput vigefimum fecundum Alcorani variantibus lectionibus ex MSC. commentatore Beidavio et notis felectis illuftratum à J. C. Clodio P. P. L. Arab. in ufum auditorum ceu fupplementum Grammaticae arabicae. Lipfiae 1730. 4. litteris Takkianis. pagg. 16.

Obiit Clodius 23 Jan. 1745. De morofo hominis ingenio vid. Jo. Chrift. Wolf, in litteris ad La-Croze, Thefauri Epiftolici Lacroziani Tom. II. 1743. p. 205 et p. 216. et maxime Reiske, Lebensbefchreibung, p. 116.

96. Prima rudimenta linguae arabicae publicavit in ufum fcholae fuae Jo. Henr. Callenberg, phil. prof. publ. Halae 1729. 8.

Eft nonnifi octo pagellarum.

* 97. Colloquia arabica idiomatis vulgaris fub ductu b. Sal. Negri Damasceni olim compofuit jamque in ufum fcholae fuae vulgavit Jo. Henr. Callenberg, phil. prof. publ. Halae 1729. 8. pagg. 8. — Colloquia arabica idiomatis vulgaris, Particula II.

 Halae

Ea eſt opuſculi brevitas, ut Alphabeti nomine venire poſſit. Auctorem habet Joſ. Simonium Aſſemanum, teſte Catalogo Romae 1773.

100. Rudimenta linguae arabicae auctore Thoma Erpenio. Florilegium ſententiarum arabicarum ut et Clavim dialectorum, ac praeſertim Arabicae, adjecit ALB. SCHULTENS. Lugd. Bat. 1733. 4. pagg. 374. (num. 108.).

Rudimentorum editio haec quarta eſt. Clavis ſeorſim edendae ſpem fecit. Alb. Jac. Arnoldi, nunc Theol. prof. primar. Marburg. (zur Exegetik und Kritik des Alten Teſt. Erſter Beytrag. 1781. 8. pag. 61). Dignum ſane Alb. Schultenſii ex filia nepote haud degenere conſilium. Hebraicarum litterarum ſtudio qui velit arabicas jungere, nequit absque gravi incommodo carere hac clavi dialectorum.

101. EMONIS LUCII VRIEMOET ling. or. P. P. Arabismus; exhibens Grammaticam arabicam novam, et monumenta quaedam arabica, cum notis miſcellaneis et gloſſario arabico-latino. In uſum ſtudioſae juventutis, omniumque qui vel proprio Marte in hiſce ſtudiis ſe exercere cupiunt. Franequerae, 1733. 4. pagg. 196 et 56.

Grammatica haec ad methodum Altingianae hebraeae delineata eſt, et cum brevitate conjunctas habet paſſim novas obſervationes, ex Korano ductas. Eſt autem in pretio maxime ob adjuncta ſermonis arabici ſpecimina, quae ſunt haec: Alcorani cap. 86. et 110. ad exercitium legendi, arabice tantum; cap. 32. 67. et 75. arabice et latine. Vita, res geſtae et inſtituta Mohammedis, de Abul Pharagii hiſt. Dynaſt. edita a Pocockio, p. 108–127. Confeſſio fidei Mohammedica, ex MSto. Aſſertio religionis Mohammedicae, prout eam ipſi ejus aſſeclae inſtituunt ex locis V. et

N.

N. Test. ex MSto. bibliothecae Ultrajectinae, p. 130–149. Loca quaedam Vet. et Nov. Testamenti, pag. 150–160. Eloquentiae specimen ex Harii Consess. II. et Carmen ex Consess. I. Carmen Ibn Phered, a Fabricio antea editum. Annotationes miscellaneae pag. 169–196. ad Corani loca illa pertinent. Glossarium minus quam par erat copiosum.

102. Thomae Erpenii Grammatica arabica cum fabulis Locmanni etc. accedunt Excerpta Anthologiae veterum Arabiae poetarum quae inscribitur Hamasa Abi Temmam ex MSS. bibliothecae Academ. Batavae edita; conversa, et notis illustrata ab Alb. Schultens. Praefatio imaginariam linguam, scripturam, et lineam sanctam Judaeorum confutat. Lugduni Bat. apud Sam. Luchtmans et filium, academiae typographos. 1748. 4. pagg. CLXXII. et 603. praeter indices. (num. 101.).

Primaria voluminis pars, pag. 1–301. complectens grammaticam, fabulas, et sententias centum, repetita est, ne verbo quidem addito vel mutato, ex editione Golii ann. 1656. (num. 81.). Quae nova accessere, Praefatio et Excerpta ex Hamasa, sunt quidem bonae frugis, ut Schultensiana omnia: sed separatim haec edi debebant; haud enim multum conjunctionis est arabicae grammaticae cum Judaeorum de suae linguae sanctitate commento, et a lectis Lokmani fabulis ad tractanda Hamasae carmina transitus est sane perquam difficilis. Haec atque alia, veluti nimium in Schultensio captandae Originis seu primae significationis verbi studium, notavit haud irreverenter, qui de opere referret in Actis Eruditor. mense Decembr. ann. 1748. pag. 689–704, Jo. Jac. Reiske. Acerbissime tulit hanc censuram Schultensius, ediditque

Epistolam primam ad F. O. Menckenium, in qua nupera recensio Grammaticae Erpen. cum prae-

praefat. et acceffionibus ex Hamafa, fub examen devocatur. Lugdun. Batav. 1749. 4. pagg. 140.

Scripta eft fupra modum vehementer atque imperiofe. Verum cum in defendendis locis fingulis carminum Hamafae editorum multa exhibeat perite et fcienter dicta; cognitam eam habeat par eft, qui poëmata illa velit exacte intelligere, vel enarrare aliis.

* 103. Epiftolae quaedam et particula prima Agrumiae ejusque commentariorum arabice et latine editae notisque illuftratae a CHRISTIANO SCHNABEL, R. S. R. (hoc eft: Rectore Scholae Roefchildenfis) Amftelodami (in fine: Lugduni Bat. ex typographia Eliae Luzac, junioris.) 1755. 4. maj. plagg. 6.

Epiftolae funt decem. Veraene fint an fictae, et, fi verae, quod vix dubitamus, unde fumtae, editori vifum haud eft fignificare lectoribus. Ne Grammaticae quidem additique Commentarii fontem voluit alios resciscere, nonnifi haec prodens: Parifiis fe msta. quaedam arabica perluftrantem incidiffe forte in Agrumiam, et quia videret commentariis arabicis illuftratam, omni qua poffet celeritate exaraviffe, ea ductum opinione, Arabem arabicae linguae meliorem effe interpretem, quam peregrinum; non ignoraffe fe, Agrumiam antea lucem vidiffe (immo quatuor editiones praegreffae, num. 43. 45. 53. 63.) fed fibi eam videre haud contigiffe; auctorem nominari Seid Abbâs Azheri. – Ex codice Parif. biblioth. regiae Num. 1042. et Num. 1085. fuam editionem feciffe Schnabelium, affirmavit B. N. Krohn in Catalogo bibliothecae fuae, Hamburg. 1796. 8. pag. 170. fed alia auctoritate videtur non ufus effe nifi ea, quod in Bibliotheque orientale par D'Herbelot, voce Giaroumiah, tradita funt haec: Ce livre est dans la bibliotheque du Roy no. 1042. mst. Et ibidem: Il y a dans la bibliotheque du Roy no. 1085. un commentaire

taire du Seid Abbas Azheri sur la même Grammaire. — Caeterum editio perquam inconcinne facta, fermonem arabicum exhibet promifcue et continenter defcriptum, nullo modo diftinctis, quae Giarumiae ipfius funt, verbis a verbis commentarii, ut ea uti non posfit nifi qui fit in lingua exercitatus.

Secuta eft continuatio Agrumiae ejusque commentariorum arabice et latine editae notisque illusftratae a Christ. Schnabel R. S. R. Amftelaedami 1756. à p. 14 usque p. 85.

* 104. Lexicon arabico - turcicum. Conftantinopoli 1758. fol. Tomi II.

Editionem primam anni 1728. (num. 93.) repetitam effe, teftis eft, poft Toderinum (Litteratur der Türken, P. II. p. 181. coll. p. 291.) etiam Muradgea d'Ohsson (ib. p. 317.) et Bern. de Jenifch in litteris ad amicum de Murr, a. d. 21 Januar. 1785. fcriptis affirmavit, a fe fubinde pofteriorem editionem cum priore collatam fuiffe, fed illam minus effe emendatam. Vid. von Murr, Journal zur KunftGefchichte und zur allgem. Litteratur, P. 14. 1787. Mirum eft, eundem Bern. de Jenifch in fua de fatis linguarum orientalium Commentatione, edita Viennae 1780. pag. LXXXI. fcripfiffe haec: „Typographia turcica triftem poft fata Ibrahimi Efendi nacta eft viciffitudinem, ut characteribus adhucdum fuperftitibus quidem, (z) at fatali temporum iniquitate in recondito aliquo urbis angulo delitefcentibus, nullus ipfius jam hodie ufus exiftat;" additis notâ (z) verbis: In fpecialem hujus rei notitiam anno 1774. devenimus, dum Conftantinopoli moraremur. — Ignoravit igitur, quod Toderinum haud effugit, defuncto Ibrahimo Efendi alium Ibrahimum fucceffiffe, qui coeptum opus, ut temporis ratio ferret, perfequeretur.

In Intelligenzblatt der Allgem. Litteratur-Zeitung num. 39. anni 1803. exſtat „Typograph. Ueberſicht der türkiſchen Litteratur," ubi haec: „Eben jetzt wird das arabiſch-türkiſche Wörterbuch des Wanculi, das durch ſeine Seltenheit ſehr vertheuert worden war, wieder neu aufgelegt." Sed vere perfectam eſſe tertiam editionem, non habemus compertum.

105. Fundamenta linguae arabicae in uſum auditorii Hafnienſis, Auctore Jo. Christiano Kallio, L. L. O. O. P. P. O. Hafniae 1760. 4. maj. pagg. 36.

Ex praefatione placet haec referre: „Noſtris quidem civibus non diſpliciturам eſſe grammaticam hanc, ſperare poſſim; praeſertim ſi verum eſt, quod a viris nonnullis rei litterariae noſtrae peritioribus accepi, primam eam eſſe, quae in Dania lucem vidit. Qua tamen occaſione non reticendum mihi eſt, aliquot abhinc annis Chriſt. Schnabelium, qui plurima cum laude ſcholam Roeskildenſem regit, e Mstis Pariſienſibus Agrumiam cum Arabum commentariis et latina verſione publicaſſe, opuſculum profecto non contemnendum, quodque editoris ſui, auditoris olim noſtri, peritiam linguae arabicae inſigniter probat. At nec in Dania noſtra doctus labor iſte, ſed apud Batavos prodiit, et praelectionibus academicis, ad tradenda linguae fundamenta, non valde commodus eſt, ac praeterea exemplaria ejus et rariora et cariora ſunt, quam ut iis uti in ſcholis meis poſſim. — Erpenium, at mutato nonnihil tractationis ordine, ſequutus ſum tantum non ubique. Nam princeps in arte hac merito ſuo etiamnum vir iſte, atque auctor quaſi claſſicus, cenſetur. Documento eſt quod magnus in hisce litteris vir et qui profecto prae multis aliis potuiſſet grammaticam arabicam ipſe artifex peritiſſimus condere,

re, Alb. Schultens, Erpenianam illam plus vice ſimplice curaverit recudi."

106 Thomae Erpenii Grammatica arabica cum fabulis Lokmani etc. accedunt Excerpta — — edita, converſa et notis illuſtrata ab ALBERTO SCHULTENS. Editio ſecunda cum Indice locupletiore. Lugduni Bat. apud Samuelem et Joannem Luchtmans, Academiae typographos. 1767. 4. pagg CXXXII. et 603. praeter Indices. (Vid num. 102.).

Etſi ea eſt inter utramque editionem ſimilitudo, ut non pagina modo paginae, ſed linea etiam lineae reſpondeat; vere tamen novam eſſe hanc editionem compertum habemus ex facta utriusque comparatione. Sed qui eam curavit nescio quis ne quidem emendavit, quae emendanda eſſe agnoverat ipſe Schultenſius. Repetit nova editio مِن بَني pag. 354. lin. 6. quod monente cenſore Lipſienſe p. 698. et Schultenſio concedente p. 94. debebat eſſe مِن باقي. — Repetit p. 440. — حَلَّلْتَها الي, Cenſor dedit pag. 701. حَلَّلْتَها لي, licitum fecerunt illud mihi gladii; Schultenſii verba, Epiſtolae p. 108. ſunt: „concedere nullus dubitem." — Servat p. 516. lin. 1. فيوتها, quod Cenſori p. 702. „grande vitium typographicum" dictum, pro قيوذها, agnoscente Schultenſio p. 122. — Servat quoque p. 548. lin. 6. أرجل, quod cenſente illo p. 703. mendoſum, pro أرحل, Schultenſio haud diffitente p. 134.

107. JACOBI SCHEIDII Glôſſarium arabico-latinum manuale maximam partem e Lexico Goliano ex-

excerptum. Lugduni Bat. 1769. 4. maj. pagg. 223. (Vid. num. 126.).

Tirocinium et dicitur in praefatione, et vere est hoc glossarium, a Jacobo Scheidio juvene, auctore et duce Eberhardo fratre, collectum, dum in editis quibusdam arabicis scriptis perlegendis se exerceret, quorum indicem praefixit. In his igitur solis, veluti Lokmani fabulis, Excerptis Hamasae al. versatur et se continet Glossarium, modice profuturum illi, qui vel Korani, vel Abulpharagii, vel Haririi cognoscendi periculum fecerit. Neque id magnopere culpandum, quod sit certi et circumscripti argumenti. Sed haud inique illud reprehenderis, quod ne ei quidem, quod erat propositum, faciat satis. Etenim in notis, Excerptis Hamasae subjectis, permulta sunt eaque parum obvia, maxime grammatici usus vocabula, quibus quod respondeat non offert Glossarium. Neo utentem juvare potest voci addita mentio loci ubi extat, veluti „أبيّ[5] Magnanimus. Excerpt. Ham.“ aut „أتى[12] venit *cum eo i. e.* adduxit. *Ali.*“ Immo qui Hamasae Excerpta legit, vel Carmina Ali, in indice, utrobique addito, paginam quoque loci distincte expressam potest cognoscere. Neque vero emtores libro deerant, quod arabicarum litterarum studiosis alius non suppeteret. Jo. Dav. Michaelis in eo erat 1786, ut novam libri editionem Goettingae suscipiendam foveret ipse et commendaret: sed omissum est consilium, quod aliam eamque legitimam editionem haud defuturam esse brevi intelligeretur. Vid. Neue Oriental. und Exeget. Bibliothek. P. I. p. 224. et P. IV. pag. 52.

108. Rudimenta linguae arabicae auctore Thoma Erpenio. Florilegium Sententiarum arabicarum

ut

ut et Clavim Dialectorum ac praefertim Arabicae adjecit Alb. Schultens. Edit. altera, aucta indicibus. Lugduni Bat. 1770. 4. pagg. 374. praeter Indices. (num. 100.).

Vere nova eft haec editio, etiamfi priorem fic refert, ut pagina paginae refpondeat. Indices, qui acceflerunt, funt perquam copiofi.

109. Joan. Frider. Hirtii – inftitutiones arabicae linguae. adjecta eft Chreftomathia arabica. Jenae 1770. 8. pagg. 562.

Grammatica ad methodum Danzianam conformata. Chreftomathia non exhibet, quod non antehac fuiffet editum, praeter (pag. 516–536.) fpecimen Commentarii Ebn Nobatah ad Epiftolium Ibn Walidi, cum verfione et notis communicatum humaniffime a Reiskio.

110. Erpenii Arabifche Grammatik, abgekürzt, vollftändiger und leichter gemacht, von Johann David Michaelis, nebft den Anfang einer Arabifchen Chreftomathie, aus Schultens Anhang zur Erpenifchen Grammatik. Göttingen, 1771. 8. pagg. CXII. 148. 136.

Mirum eft, cum conftitutum haberet Michaelis, eadem edere, quae effent unacum Erpenii Grammatica a Schultenfio edita, fieri potuiffe, ut vel non videret vel repudiaret Sententias centum arabicas, in Schultenfii editione medio loco inter Lokmani fabulas et Excerpta Hamáfae collocatas, quae aditum ad Hamáfam, nunc etiam, demta verfione latina, multo difficiliorem, non quidem complanare poffint, at tamen nonnihil adjuvare. Sunt vero repetita etiam verba, mendofe antea exfcripta, veluti p. 60. lin. 5. فجذف pro فخذف, pag. 84. lin. 8. هذه pro هنا, p. 121. Nota 2. غلييط pro غليط, pag. 127. Nota

Nota 1. pro ابزاكى reponendum erat بزاكى, imperante versione latina, editum autem est ابزاكى; et quae sunt hujus generis alia. Servata sunt في ارجل; من بني; حلّلتها الي; (vid. num 106.) – Qui multis de libro retulit in Allgem. Deutsch. Biblioth. Vol. 16. P. I. 1772. p. 158-173. inhaesit maxime Praefationi, quae separatim quoque vendita est, inscripta: Vom arabischen Geschmack, sonderlich in der poëtischen und historischen Schreibart.

* 111. Instituições da lingua arabiga compostas por Fr. Antonio Baptista, religioso da Provincia da Terceira Ordem de S. Francisco de Portugal, e Professor da mesma lingua no convento de N. Senhora de Jesus de Lisboa, para uso das escolas da mesma Congregaçãs. Lisboa, 1774. 8. pagg. VIII. et 370. (Vid. num. 134.).

* 112. D. Joan. Frid. Hirtii Anthologia arabica complexum variorum textuum arabicorum selectorum, partim ineditorum, sistens. Adjectae sunt versio latina et adnotationes. Jenae 1774. 8. p. 308.

Abstinendum tironibus, nisi magistro utantur, ab hoc libro: provectioribus eo facere potest, ut se exerceant in judicando emendandoque. Scatet enim mendis, non quidem typographi culpa, sed editoris, non oscitantia, sed imperitia ortis, qui, quod satis haud esset, ab aliis edita denuo typis describenda curare, sed sumeret sibi vel illustrando vel meliora tradendo auctoritatem et famam in hoc genere litterarum captare, rem gessit admodum infeliciter. Primum classis primae specimen, inscriptum: Compendiolum vitae Muhammedis, ex Abul-pharagii historia dynastiarum, edita ab Ed. Pocockio, descriptum est, additis a novo editore vocalibus. Habes p. 2. lin. 9. أوصي أبنه أبي

أبي طالب pro أبي طالب, p. 7. lin. ult. يونونه pro يونونه a rad. أدي, p. 10. lin. antep. بعث بها pro بعث بها, p. 11. lin. 3. توفيت pro توفيت pass. pag. 11. lin. 5. وقد أدعي pro وقد أدعي, ib. lin. 7. المنزلة pro المنزلة. – Textum quoque Pocockii emendare gestiens, lectionem ولم يحتنج p. 8. mutavit in يحتاج, non videns, vocem لم requirere apocopatum futurum يحتنج. – Unicum addimus. Pockius edidit

وفي هذه السنة، وعك عليه السلام ومرض . . .

et latine reddidit: Porro hoc anno febricula correptus Mohammedes aegrotavit . . . . At noster p. 17. aliter: „in isto etiam anno febri extenuata est apud illum valetudo, ut aegrotaret" – Scilicet السلام *valetudo* est, et عليه *apud illum!* Haud cognitam habuit tritissimam formulam illam, عليه السلام quae indicto etiam Mohammedis prophetae nomine locum obtinet. Talia non vidit, qui de libro multis retulit in Anhang zum 13–24. Bande der Allgem. Deutschen Bibliothek, zweyte Abtheilung, p. 725–730. – Quae liber exhibet primum edita, pag. 174–231. Reiskio debentur. „Et ista, inquit Hirtius in Praefatione, plane immutata, ficut ab amico charissimo ad me olim sunt transmissa, manserunt." Sunt, praeter Gjeriri carmen unicum, XIV Excerpta ex Hamâsa.

113.

113. Grammatica arabigo - española, vulgar, y literal. Con on diccionario arabigo - español, en que se ponen las voces mas usuales para una conversacion familiar, con el Texto de la Doctrina Christiana en el idioma arabigo, por Fray Francisco Cañes, Religioso Francisco descalzo de la provincia de San Juan Baptista, Missionero apostolico en el Asia, Lector de lengua arabe, Guardian, y Cura que ha sido del convento de San Juan Baptista en Judéa, y del colegio de Padres Misioneros Españoles de tierra sancta, en la ciudad de Damasco. Con licencia del Consejo. Madrid. 1775. 4. maj. (Vid. num. 127.).

Missionariis ut inserviat, Grammaticam hanc edidit auctor, ipse missionarii opera multorum annorum spatio defunctus. Absolvitur pag. 144. Sequitur p. 145 – 272. Dictionarium manuale, non litterarum ordine, sed juxta materias, digestum, articulis sive capitibus LX. et quidem 1. de Deo rebusque divinis. 2. de sanctissima Maria. 9 de vestitu et ornatu mulierum. 24. de rebus ad scribendum pertinentibus. 55. de arboribus et fruticibus. 56. de leguminibus. 57. de floribus. 58. de avibus. 59. de feris. 60. de vocibus bestiarum aviumque. – Doctrina christiana, mere arabica, est pagg. XVII.

114. Abu Nasri Ismaelis Ebn Hammad Al-Gievharii Farabiensis purioris sermonis arabici Thesaurus, vulgo dictus Liber Sehah, sive lexicon arabicum. Particula I. e codicibus manuscriptis summa fide edidit ac versione latina instruxit Everhardus Scheidius. Hardervici Gelrorum, typis arabicis editoris. 4. maj.

Praefatio, qua initium se facere, et quidem suis sumtibus, typis describendi contextus arabici Gievhariani cum versione latina significavit Scheidius, scri-

pta

pta est Id. Majis 1774. Et coeptum est negotium haud cunctanter; chartarum aliquot specimen passim cum aliis communicatum, laudatum consilium in Götting. Anzeigen 1774. p. 136. At quâ alia Scheidii opera, etiam hoc forte usum est. „Ne primum quidem caput perfectum, sed substitit p. 179. et pagina proxima haec editoris verba posita: „Consilium nobis fuerat, benevole Lector, Particulam hanc Gievharii nostri primam, ante biennium, et quod excurrit, inchoatam, eo usque extendere, ut omnes Stirpes, in Elif mobili terminatae, eadem comprehenderentur; deinde etiam epimetri instar, alia quaedam excerpta, cum varietate lectionis MSS. Codicum, ad calcem subjungere. Sed cum typographus Academiae nostrae, compluribus aliis negotiis curisque districtus, per integros jam sex menses, opus hoc tantum non prorsus deserere coactus fuisset, nosque facile intelligeremus, longas adhuc moras fore, imo ad ea, quae de una litera Elif superessent, cum apparatu suo, typis describenda, ea ratione vix triennium ipsi suffecturum: longe satius duximus, impressas has viginti quinque plagulas, speciminis loco quanto ocius edere, et qua par est modestia, benigno Literati orbis judicio, Philarabumque usui submittere. Ceterum, quam Lexicographo huic principi Arabico semel obstrinximus, fidem sanctissime praestare conabimur: dummodo editionis fortius urguendae occasio nobis non desit, Clementissimoque Numini vitam viresque praebere placuerit, ad laborem huncce totum, (qui, ferventibus operis, bina ad minimum triave, lustra sibi deposcat), strenue profligandum atque absolvendum: quod ut facere mihi liceat, votorum meorum summa est. Scripsi prid. Kal. Decembr. cIↃCCLXXVI."

Nihil autem praeterea accessisse, certum est. De conditione atque usu libri qui plura cognoscere velit, vid. Goetting. Anzeig. 1782. p. 102 sq. Ipsius autem Gieu-

Gieuhariani operis quae ſit forma et ſtructura, dudum poterat cognitum eſſe ex compluribus Alb. Schultenſii libris, haud pauca ejus loca, eaque integra, paſſim exhibentibus.

Marsden refert, praemiſſo nomine Eb. Scheidii: Al-Gieuharii Farabienſis purioris ſermonis arabici Theſaurus, vulgo dictus liber Sehah. ſ. Lexicon arab. cum verſ. lat. et Chreſtomathia arabica, primis lineis inſtitutionum grammaticarum Appendicis loco ſubjuncta. Harderovici Gelr. 1774. 4. Haec inſcriptio, nobis alibi non reperta, ſi ſit a Scheidio profecta, innuit, voluiſſe eum aliquanto latius patere coeptum opus, ut praeter Lexicon complecteretur quoque et Chreſtomathiam et Grammaticam.

115. A Grammar of the arabick language, in which the rules are illuſtrated by authorities from the beſt Writers; principally for the ſervice of the honourable Eaſt India Company. By John Richardson, Eſq. F. S. A. of the middle temple, and of Wadham College, Oxford. London, 1776. 4. pagg. XII. et 211.

In quinque libros diſtributum eſt opus: 1. de orthographia ſ. lectione, 2. de nomine, 3. de verbo, 4. de particulis, 5. de ſyntaxi. Guilielmi Jones Grammaticam Perſicae linguae ſibi propoſitam habuiſſe profeſſus eſt in praefatione ſua auctor, cujus et perſpicuitatem imitaretur, et methodum, praeceptis grammaticis addendi, ad probandum vel illuſtrandum, loca ex probatis auctoribus petita, quod illa mitiget moleſtiam cum linguae tirocinio conjunctam, quod exercitationem cum praeceptis conjungat, et quod diſcentem ducat paullatim ad optimorum ſcriptorum ingenium cognoſcendum. Nobis hoc ſpeciem magis utilitatis habere videtur, quam utilitatem veram. Linguae, quae cognita ſit, grammatica opportune utatur

 iſta

ista methodo. At Arabicae rudis, si libr. 2. cap. 1. de Nomine, in ipso limite, ubi de Articulo agitur, conspiciat dicta poëtarum, reddita quidem anglice, sed ne vocalibus quidem instructa, possitne existimare, sibi talia dicta esse, quae nequidquam valet cognoscere, si vel magistro utatur haud imperito? Enimvero in Syntaxi demum suo loco collocata sunt ejusmodi dicta classica; et sunt sane cum cura et judicio selecta, ut argumento etiam suo comprobare se debeant lectori. Extremo loco, p. 200 – 209. editum est, arabice et anglice, Specimen sumtum ex Narrationibus, quae sunt inscriptae Noctes. Est Nox CLXII et CLXIII. inscripta: Al Naschar, tonsoris frater quinto loco natus. Gallica versio, at minus illa legitima, extat in Les Mille et Une nuits, contes Arabes, traduits en Francois, par M Galland. Nouvelle edition corrigée. a Paris 1745. Tom. III. p. 48 sq.

116. M. Wilh. Fried. Hezel's erleichterte arabische Grammatik, nebst einer kurzen arab. Chrestomathie, zur Uebung im Lesen und Uebersetzen. Jena, bey Felix Fickelscherr. 1776. 8. plagg. 11.

Relatum est de libro in Allgem. Deutsch. Biblioth. T. 31. P. 2. pag. 558 – 562. Chrestomathia exhibet Proverbia quaedam, loca ex Abu'l Pharagio et Elmacino, fabulas VIII. Lokmani, Koranica nonnulla, et excerpta ex Kazvino et Damirio, quae suppeditavit Hierozoicon Bocharti. Est penes nos Chrestomathiae arabicae, quam Jo. Ernestus Faber, professor Jenensis, mortuus 1774. apud Fickelscherrium typis describi curaverat, initium, p. 1 – 88. vid. Hirt's Bibliothek, P. VIII. p. 362 sq. Inter hanc et Hezelianam singularis intercedit similitudo. Quotquot in illa ex Bocharti Hierozoico selecta sunt loca, eadem in hac, ordine etiam servato, proposita.

W. F.

W. F. Hezel's nöthige Verbesserungen und Zusätze zu seiner erleichterten arabischen Grammatik. Jena, 1780. 8.

117. Khalphiny Sagit. Alphabet et Syllabarium in the Arabic and Russian characters, for the use of the Usbeck Tartars. Moscow, 1778. 4.

Refert Marsden in suo Catalogo.

118. Primae lineae institutionum ad fundamenta dialecti arabicae, sive specimen grammaticae arabicae, ad intimam antiquissimae hujus dialecti, cum hebraea lingua, demonstrandam harmoniam, secundum paragraphos elegantissimae grammaticae hebraeae Schroederianae, descriptum. Lugd. Bat. 1779. 4 maj. pagg. 140.

Everhardi Scheidii est haec grammatica, inchoata tantum, non absoluta, quae plerorumque copiosi paratique auctoris operum est ratio. Subsistit ad §. LXXXV. Schroeder. Institut. nec ultra Sectionem VI. de verbis progreditur. Tradit vero etiam talia, quae exquisitiora sunt et rarius observata.

119. Ueber die verschiedenen Mundarten der arabischen Sprache, von Joh. Gottfr. Eichhorn. Leipzig, 1779. 8. pagg. 72.

Tractatio haec praefixa est libro, inscripto: Herrn John Richardson's Abhandlung über Sprachen, Litteratur und Gebräuche morgenländischer Völker, nach der neuen Ausgabe aus dem Englischen übersetzt von Friedr. Federau. Leipzig, 1779. sed non desunt exempla separatim edita. Summam rei, non indicto auctore, in suam Grammaticam recepit Michaelis, capite ultimo.

120. Johann David Michaelis Arabische Grammatik, nebst einer arabischen Chrestoma-

 thie,

thie, und Abhandlung vom arabischen Geschmack, sonderlich in der poëtischen und historischen Schreibart. Zweite, umgearbeitete und vermehrte Ausgabe. Göttingen, 1781. 8. pagg. 8. CXII. 256. et 136. (num. 110.).

Quam antehac Erpenii Grammaticam dixerat, suam nunc fecit suoque nomini vindicavit Michaelis, quod nunc multo auctior esset et tantum non alia. Accesserunt sane multa: at in his plurima, quae a praeceptis linguae tradendis haud inique abesse possint. Contra desiderantur etiam in nova editione, quae vere ad grammaticam pertinebant. Veluti de usu et significatione Conjugationum haud pauca, eaque perutilia tradi poterant, repetenda ex Allgem. Deutsch. Bibliothek, Vol. XXXI. P. 2. p. 559 sq. ubi quae extant sunt procul dubio Jo. Bernh. Köhleri, mortui Basileae 3 Apr. 1802. vel Reiskii potius, a quo ille ea acceperat. Chrestomathia penitus eadem: menda, quae notavimus, etiam hic repetita: praeterea supersunt errata alia, quae omnino erant tollenda. Praefatio nova spem fecit secundae partis chrestomathiae, proximo tempore secuturae, at non respondit eventus. Digna est quae conferatur de hoc libro relatio in Anhang zu dem 37. bis 52. Bande der allgem. deutschen Biblioth. zweite Abtheilung, p. 805–813.

* 121. Dissertatio academica de pronuntiatione linguae arabicae ejusque usu, quam praeside Matth. Norberg obtulit auctor et respondens Nicolaus Sinius, Scanus, in academia Carolina Londini Gothorum. 18 Decembr. 1783. Havniae. 4. pagg. 33.

Pronuntiatio, quae traditur, ea est, qua Meccae incolae utuntur, quae praestantissima habeatur et antiquissima. Vocalium certis signis scriptarum ratio pror-

prorſus nulla habita. „Singulae, inquit p. 8. auctor, litterae viginti et octo ſuum ſonum in ſe habent, pro natura earum et conſuetudine loquentium variae mutationi obnoxium, ita ut alphabetum arabicum inſtar ſyllabici (ſeu ſyllabarii) ſit habendum. Vocales igitur certis figuris expreſſae apud Arabes non dantur. In libris quidem ſeparatim ſcriptae comparent. Hoc vero, ex ſententia ipſorum Arabum, ingenio Grammaticorum eſt tribuendum.“ – Ut ne ſpecimen deeſſet, Korani caput I. arabicis primo, deinde latinis litteris deſcriptum acceſſit.

122. Wilhelm Friedrich Hezel's – Anweiſung zur Arabiſchen Sprache bey Ermangelung alles mündlichen Unterrichts, nach des Verfaſſers erleicht. arabiſchen Grammatik und Chreſtomathie. Th. I. Leipzig, 1784. pagg. 268. – Th. II., welchr ein Gloſſarium über die oben erklärten auserleſenen arabiſchen Texte enthält. 1785. pagg. 142. 8.

Parum commendavit librum, qui de eo retulit in Allgem deutſch. Biblioth. 69. Bd. 2. St. p. 557. Nonnulla emendata videas in relatione, quae extat in Allgem. Literat. Zeitung, 1785. Num. 25.

123. Lexicon linguae arabicae in Coranum, Haririum et vitam Timuri, auctore Johanne Willmet (primum anno 1794. litterarum orientalium prof. ord. Hardervici, nunc inde ab anno 1804. Amſtelodami in illuſtri Athenaeo.) Roterodami. 1784. 4. pagg. XVI. et 824.

Relationes de hoc libro exſtant in Allgem. Litterat. Zeitung, 1785. Num. 65. in Götting. Anzeigen, 1785. 61. St. et in J. D. Michaelis Neuen oriental. und exeget. Biblioth. Th. I. 1786. Sed haec parum ſtudioſa: multo ſtudioſior illa, quae eſt ab alio Goettingenſe profecta. – Marsdenii Catalogus refert: „Willmet, Jo. Lexicon ling. arab. in Coranum, Haririum et

et vitam Timuri. London, 1777. 4. Rotterodami, 1784. 4." in quibus, quid ſit illud: „London. 1777" nos non aſſequimur. Forte Roterodamenſi librario ſocius acceſſit quidam Londinenſis, qui primas operis chartas typis deſcriptas tanquam ſpecimen ad excitandos emtores diſtribueret.

* 124. Caphiae reſolutio grammatica, auctore Zini Zadeh. Conſtantinopoli, 1786. pagg. 748. 4. min. ſeu 8.

Quod aperienti volumen primo ſe offert, eſt ſignificatio, imperante Sultano Abd et Hamid, filio Sultani Ahmed, Summus Vezir cum eſſet Juſoph Paſcha, et Muphthi, Ahmed Efendi Muphthi Zadeh, opus hoc typis excuſum eſſe Conſtantinopoli anno Hegirae 1200 (qui coepit 3 Nov. 1785.) ſuntque verba per lineas ita diſtributa, ut Dedicationis, quam nos dicimus, formam referre videantur. Sequuntur cenſurae et approbationes, nec non فهرست, ſeu index argumenti. Praemiſſis hiſce, foliis 7, conſpicitur p. 2. inſcriptio brevis haec,

اعراب الكافية لزيني زادي

In praefatione dicit auctor, حسين بن احمد الشهير بزيني زادي opus ſuum ſe feciſſe munus, تحفة, Sultano Muſtapha, filio Sultani Ahmed, fil. Sultani Mohammed. In Epilogo perhibet, a ſe perfectum illud eſſe anno Heg. 1168. (coepit 17 Octobr. 1754). Celeb. De-Roſſi, in *Dizionario ſtoricho*, p. 86. voce Hageb (Ebn), quod auctoris Caphiae nomen eſt, „Caphia, inquit, in lucem edita eſt Romae 1592. in typographia Medicea, in 4. et Conſtantinopoli 1786. in eadem forma, habetque haec ultima editio adjunctum commentarium, ſeu Syntaxin auctore Zemini Zade." – Eadem antehac tradiderat Toderini, qui typographiam adiit, cum excudendi libri ini-

initium factum esset, Letteratura turchesca, Tom. III. p. 332 sq. seu Literatur der Türken, T. II. p. 307 sq. At contextus Caphiae continuus non deprehenditur in hoc volumine, sed vocabulorum, quibus ille constat, omnium a primo usque ad extremum unumquodque singulatim positum, haud uno excepto, singulisque subjungitur الاعراب, h. e. nostro dicendi more fere grammatica analysis. Etenim quod arabicis litteratoribus dicitur اعراب, est ejusmodi textus tractandi ratio, quae neutiquam spectat ad sensum, معنى, declarandum, sed omnis versatur in rebus grammaticis, in formis vocum, in nominum casibus, in temporibus et modis verborum, in relatione vocis ad aliam, caet. Opere qui uti velit, grammaticorum loquendi formulas familiares sibi habeat necesse est. Typi hebetes sunt et usu detriti.

* 125. Dissertatio academica de gente et lingua Maroccana, praeside Matth. Norberg, auctore et respond. MICH. B. NOLLEROTH. Lundae, 1787. 4. pagg. 20.

De lingua quae hic tradita sunt, paucis absolvuntur, et sunt repetita ex Hoest Efterretninger om Marokos og Fes. 1779. Nachrichten von Marokos und Fes. 1781. 4.

126. JACOBI SCHEIDII Glossarium arabico-latinum manuale maximam partem e Lexico Goliano excerptum. Editio altera. Lugduni Bat. 1787. 4. maj. pagg. 286. (Vid. num. 107.)

Praefatio nova his paucis verbis absolvitur: „Alteri huic editioni inserta sunt ea, quae repetita lectio Scriptorum supra laudatorum novaque totius libelli cum Lexico Goliano collatio nobis suppeditarunt.“ Auctior itaque est haec nova editio, sed quae in

id prima jure poterant desiderari, ab hac quoque absunt.

* 127. Diccionario Español Latino-Arabigo en que siguiendo el diccionario abreviado de la Academia se ponen las correspondencias latinas y arabes, para facilitar el estudio de la lengua arábiga á los misioneros, y á los que viajaren ó contratan en Africa y Levante. compuesto por el P. Fr. Francisco Cañes religioso Franzisco-descalzo de la provincia de S. Juan Bautista, su Ex-definidor, misionero y lector que fue de Arabe en el colegio de Damasco, individuo de la academia de la Historia. dedicado al Rey nuestro Señor. Tomo primero A-D. Madrid 1787. en la imprenta de Don Antonio Sancha. fol. min. p. 593. Tom. II. E-O. pagg 554. Tom. III. P-Z. pagg. 632. (Vid. num. 113.)

Relatio de hoc opere exstat in Eichhornii Allgem. Biblioth. Vol. 5. p. 299-307. Unum est, quod notamus. Prologum auctoris qui excipit, Discursus praeliminaris de utilitate linguae Arabicae p. VII-XXXV, auctor est *Campománes*, haud incelebris; idem dicitur universi operis edendi supremam gessisse curam.

* 128. Ensayos sobre la Gramática y Poética de los Arabes que ofrecen al público exámen, el Padre Fr. Patricio de la Torre, monge professo del esclarecido órden de S. Gerónimo en el real monasterio del Escurial, y Don Miguel Garcia Asensio, Abogado del ilustre colegio de esta corte, los dias y del mes de Julio a las de la mañana, en los reales estudios de San Isidro, asistidos de su maestro el Doctor Don Mariano Pizzi, Catedratico de lengua arabigo-erudita en ellos. Precede un discurso sobre la necessidad y utilidad de este idioma. Dedicanse al Rey nuestro Señor. Madrid 1787. en la im-

impressa de Don Antonio de Sancha. 4. major. pagg. 88.

Qui de libro retulit in Allgem. Literatur-Zeitung, Num. 200. 1789. mirifice erravit, tradens, non esse nisi prolusionem praemissam ampliori operi edendo ab auctoribus, opitulante ipsorum magistro; proponi delineationem arabicae grammaticae, quam praelectionibus suis declaraturus sit Ascensio, Advocatus. — Est vero liber ad disputandi exercitium propositus a praeside et auctore, D. Mariano Pizzi, linguae arabicae professore regio, respondentibus duobus auditoribus, quorum alter de la Torre, monachus Hieronymianus, alter Asensio, causidicus. Et sunt duo specimina; primum p. 81 – 85. grammaticam omnem, secundum p. 86 – 88. orationem et poëticam complectitur, alterum Monacho defendendum, alterum Advocato. Ille paratus erat, interrogantibus non modo respondere ad quaestiones grammaticas, sed et Korani caput II. interpretari. Hic sustinebat, Tograi carmen et Arabschiadae historiam Timuri ipsum tentantibus expedire. Praesidis verba sunt p. 86. – „ut conspicuum fiat omnibus, in tradenda arabica lingua in hoc Collegio Regio rationem haberi voluntatis supremi Domini, nec putari satis esse, si unum illud, minus perfectum et male traditum, compendium grammaticae Erpenianae exponatur, vel trivialis fabularum Lokmani versio absolvatur; modo professori non desint discipuli ingenio et constantia praediti, (quales raro obtingant, ob praemiorum absentiam et penuriam librorum); illos autem exerceri in vertendis et intelligendis auctoribus omnibus, quorum copia fieri possit.“ –

Quae praemissa est Commentatio de necessitate et utilitate linguae arabicae, tradit nonnisi quae vulgata sunt atque ab aliis dicta; arabica etiam loca, quibus utitur auctor, omnia sunt ex editis libris repetita.

tita. Pag. 69. §. X. haec legas: „Absque studio linguae arabicae haud queas progressus facere in Theologia: necessitatem illius jam demonstrarunt Bochart, Pocock, Inkelman, Schultens, Hunt, White, Golio, Wasmuth, Hottinger, aliique viri insignes.“ – „El sapientissimo Krombel“ p. 73. est Jo. Abr. Kromayer, recitantur ejus verba, quae extant p. 10. in libro inscripto: Filia matri obstetricans (vid. num. 17.).

„Los reales Estudios de San Isidro“ nosse qui velit, videat Gemälde von Madrid von Christian August Fischer. Berlin, 1802. p. 234. Dicitur illo nomine Schola Regia, profligatis Jesuitis in ipsorum Collegio, conservatis reditibus, instituta atque aperta 1770. Professores habet XIV. in eorum numero est qui hebraicas litteras doceat, alius, qui arabicas.

„Fray Patricio de la Torre“ 1790. erat arabicarum litterarum professor in monasterio Escurialensi, cum bibliothecam ibi adiret Franc. von Dombay. Vid. Geschichte der Mauritanischen Könige – P. I. Agram, 1794. Praefat. p. XXXI. Asensio nunc est prof. litterarum. arab. in collegio dicto Estudios reales.

129. Vestigios da lingua Arabica em Portugal, ou Lexicon etymologico das palavras, e nomes Portuguezes, que tem origem Arabica, composto por ordem da Academia real das Sciencias de Lisboa, por Fr. João de Sousa, Correspondente de Numero da mesma Sociedade, e interprete de S. Magestade para a lingua Arabica. Lisboa na officina da Academia real das Sciencias. 1789. 4. min. pagg. 160. (Num. 134.).

Vid. Eichhorn's Allgem. Biblioth. 5. Bd. 2. St. pag. 307. Placet speciminis nonnihil transcribere. „Aduana الديوان *Addiuan*. Casa, ou lugar, onde se ajuntaõ os Ministros, e Administradores do Fa-

Fazendo Real para cobrar os Direitos, e tratar das causas Civis. Tambem significa Conselho, ou ajuntamento dos Ministros do Estado; donde os Francezes, e Italianos deduzem o nome Aduane, e Laduana por Alfandega. Deriva-se do verbo دان *dâna* escrever cousas publicas; fazer assento do que se passa; ajuntar, ou collegir escriptos; julgar, diffinir qualquer negocio." Arabica expressa sunt typis elegantibus.

130. Brevis, clara, facilis ac jucunda, non solum arabicam linguam sed etiam hodiernam persicam addiscendi methodus. Auctore ANTONIO VIEYRA, LL. Hisp. ac Ital. prof. regio. etc. Londini, 1789. 4. pagg. 615.

Nulla in hoc libro praecepta grammatica; absolvitur Glossariis etymologicis quinque, latino, italico, hispanico, anglico, gallico. Lubet ex Latino nonnulla referre: „*Aequus* ab ar. *irak* recte justéque fecit. *Aetas* ab ar. *edd*. certus numerus. *Aetna* ab ar. aton. fornax. *Alchymia* ab ar. *Kimia* et hoc a *Kami* texit, celavit. *Ars* ab *arz* terra, quia ejus cultio omnium prima fuit. *Capio* a celt. *cap*, quod extat in arab. *caf* manus, quia manibus capimus. *Cogito* ab ar. *hog* intellectus. *Clotho* ab ar. *calat* collegit. *Cuprum* forte ab ar. *safr*." Vid. Gotha. gelehrte Zeit. an. 1791. ausländ. Litterat. p. 361. Anton. Vieyra, natus in Portugallia ann. 1712. post varios casus et rerum discrimina multa tandem Dublinii consedit, ibique missis sacris Romano-Catholicis in Collegio reg. professor ling. Hispan. et Italicae factus obiit 1797. Conf. Intelligenzbl. der Allgem. Literatur-Zeitung 1800. Num. 78.

131. Compendium grammaticae arabicae ad indolem linguarum orientalium et ad usus rudimentorum conformatum cum progymnasmatibus lectionis ara-

arabicae ex historia ortus ac progressus literarum inter arabes decerptis Chrestomathiae arabicae a se editae jungendum elaboravit Henr. Eberh. Gottlob Paulus, lingg. orient. prof. publ. ordin. Jenae 1790. 8. pagg. 114.

Commendare operam suam studuit auctor dilucida brevitate, ordine in melius mutato, formas primo cuique obtutui in tabulis conspicue exhibendo, multa, quae Lexicis relinquenda sint, rescindendo, alia vero v. c. Syntaxeos leges, supplendo. – Progymnasmata quidem haud quidquam referunt, quod non esset antehac editum, sed sunt illa judiciose selecta et cognitu perquam digna. De Chrestomathia, cujus in inscriptione mentio facta, alio loco dicendum. Vid. Götting. Anzeigen. 1790. p. 707. Allgem. Literat. Zeitung. 1790. Num. 266. Allgem. deutsch. Biblioth. 116. Bd. 1794. p. 582.

132. Neue arabische Anthologie, oder auserlesene Sammlung seltener und grossentheils erst neu aus Handschriften ausgehobener Stücke aus verschiedenen Fächern der arabischen Litteratur. Eine Fortsetzung des Elementarbuchs für die arabische Sprache und Litteratur, die Sprache in doppeltem Gesichtspunkt, als Sprache der Schrift und als Sprache des Lebens betrachtet. Benebst einer Voreinleitung, einem Anhang für die Kenner der persischen Litteratur, und einem (arab.) Glossarium. Von S. F. G. Wahl, Doktor der Philosophie – Leipzig, 1791. 8. pagg. XVI. 224. 328. (Halae, typis J. C. Hendelii).

Qui legendis arabicis exercitati sint, deprehendunt in hoc volumine nonnulla, quae arrideant, complura, antehac vulgata, quibus ipsi commode careant: imperitioribus abstinendum a libro, nisi accedat institutio magistri, qui promiscuae ac confusae copiae delectum faciat. Conf. quae relata sunt Allgem. Lite-

Literat. Zeitung, 1791. No. 332. ubi col. 541. loco zum erstenmal legendum, zum drittenmal, et 542. pro der Grübler leg. der Geübtere. Vid. quoque Götting. Anzeig. 1791. p. 2073. et Eichorn's Allgem. Biblioth. VIII. Bd. 4. St. (1798.) p. 723–720. *).

133. Olai Gerhardi Tychsen Elementale arabicum sistens linguae arab. elementa, catalecta maximam partem anecdota, et glossarium. Rostochii 1792. 8. pagg. XVI. et 184.

Modico volumine multa comprehensa sunt aestimatione digna et singularia. Conf. Allgem. Literat. Zeitung. 1792. Num. 233. ubi qui de libro retulit haud pauca emendavit expediitque. Posthac Tychsenius ipse, cum Elementale Syriacum 1793. ederet, adjunxit foliis quinque quae corrigenda sint et addenda in arabico Elementali, quae caveat ne sibi desint qui libro velit cum fructu uti.

134. Compendio da grammatica arabiga, abbreviado, claro, e mais facil para a intelligencia, e ensino da mesma lingua, collegido dos melhores grammaticos pelo P. Fr. Joaõ de Sousa, religioso da Congregaçaõ da Terceira ordem da Penitencia de Portugal, Professor, Secretario e Interprete da dita lingua, e Socio da Academia Real das Sciencias de Lisboa. Lisboa, na offic. da Acad. real das Scienc. anno 1795. con licença de su Mageſtade. 8. pagg. 155.

In Praefatione refert auctor, Reginae decreto cum fuerit Ordini suo novum munus, publice docendi arabicas litteras, traditum, sibique, ut primus illo fungeretur, demandatum, non potuisse se non discentibus prospicere edenda Grammatica, quod Erpenianae inter Lusitanos copia nulla, et alia domestica, non

*) Hoc loco substitit Marsden, Catalog. p. 98.

non minus probanda, edita 1772. a P. Antonio Baptista, suae Congregationis Socio, et ipsa infrequentior esset. Erpenianae haud dissimilis haec Grammatica, et ipsa in quinque libros distributa, modo ordine non nihil mutato de nomine prius agit cap. 2. quam de verbo, cap. 3. Libro quinto, qui de Syntaxi agit capp. 10. haud parum est Erpeniana uberior.

135. Erpenii Grammaticam arabicam unacum Fabulis Lokmani et Glossario edidit Salvat. M. Morso, prof. Panormitanus, in usum auditorum, Panormi 1796. 8.

Vid. Neuester Zustand der Insel Sicilien von P. J. Rehfues. Th. I. Tubing. 1807. 8. p. 215.

136. Arabische Sprachlehre, etwas vollständiger ausgearbeitet von Johann Jahn, Dr. der Philosophie und Theologie, k. k. Prof. der oriental. Sprachen auf der Universität zu Wien. Wien, 1796. 8. pagg. 284.

Copiosa sane est haec grammatica, nec desiderari quidpiam patitur, tradit quoque passim haud pauca minus vulgata et parum obvia, quae infrequentioris usus sunt: verum provectioribus magis commendanda illa esse videtur, quam principium disciplinae capessentibus. Mentio libri facta est in Eichhorn's Biblioth. VIII. Bd. 4. St. p. 719. et Allgem. Literat. Zeitung. 1797. Num. 123.

137. Kurze Anleitung zur Auffindung der Stammbuchstaben in der arabischen Sprache, verfasst von Johann Sigismund Wittich, Medic. Cand. und Pract. in Wittenberg. Wittenberg, absque anni indicio. 8. pagg. 28.

Tironum usui aptata haec institutio, nec vero novi quidpiam artificii tradit, quod non sit aliis grammaticae institutionis libris commune.

138. Arabisches Elementar- und Lese-Buch, mit einem vollständigen Wortregister von Ernst Friedrich Karl Rosenmüller, Prof. der arab. Sprache auf der Universität zu Leipzig. 1799. 8. pagg. XXII. 74. et 397.

Grammaticam pagg. 74. commendat brevitas accommodata consilio. Specimina ad legendum proposita, utriusque et soluti et ligati sermonis, omnia quidem excepto uno pag. 12-14. ex editis libris sumta, sed curate et prudenter selecta; quod vero omnia, perpaucis locis exceptis, instructa sint vocalibus, forte probabitur non omnibus. Index vocabulorum, pag. 137-397. satisfacit utentibus; poterat etiam paucioribus chartis comprehendi.

139. Grammatica linguae Mauro-Arabicae juxta vernaculi idiomatis usum, accessit vocabularium Latino-Mauro-Arabicum. opera et studio Francisci de Dombay, Caes. reg. linguarum orientalium interpretis. Vindobonae 1800. 4. pagg. 136.

Arabicus sermo in Mauritiana, quo vulgus uti solet, quantopere differat a legitimo, constare poterat ex libro: Nachrichten von Marokos und Fes — von Georg Höst. Copenhag. 1781. 4. Qui hujus libri nullam vel rationem vel cognitionem habuisse videtur auctor grammaticae, uberius illud discrimen exponit capitibus X. in quorum numero duo sunt, Nonum: de Methodo, secundum quam magistri in Mauritania Tingitana prima lectionis et scripturae arabicae elementa, itemque Alcoranum pueris tradunt, et Decimum: de reliquis scientiarum apud Mauros generibus, quae aliena ab hoc loco dici possint. Vocabularium, p. 51-136. impediti est usus, alphabetico ordine nuspiam servato, nisi loco extremo, qui inscriptus est: Verba in vulgari idiomate maxime usitata. At quae hic enumerantur verba, non sunt vulgari

gari idiomati propria, sed omnia bene arabica, ubicunque et ore et scriptis usitata. Relatum est de libro in Eichhorn's Allgem. Biblioth. X. Bd. 2. St. p. 256–268. et Num. 48. der Revision der Literatur in den drey letzten Quinquennien des 18ten Jahrhunderts.

140. Exercices de lecture d'Arabe littéral, à l'usage de ceux qui commencent l'etude de cétte langue. à Alexandrie, de l'imprimerie orientale et française. An VI. 4. min. pagg. 12.

Sunt loca Korani sic typis descripta, ut singulis arabicis vocibus subsint eaedem latinis litteris redditae. Extrema pagina extat formula, qua Moslemi excitantur ad preces faciendas. Haec his vocibus expressa: all*a*ho akb*a*ro la el*a*ho ella'll*a*ho oua mohammed*onn* resoulo 'llah*i*. Quae infimo loco cernuntur litterae J. J. M. significant editorem Jo. Jos. Marcel. Ejusdem opera eodem tempore ibidem prodiit

Alphabet Arabe, Turk et Persan, à l'usage de l'imprimerie orientale et française. An. VI. 4. min. p. 16.

141. Vocabulaire français-arabe, contenant les mots principaux et d'un usage plus journalier. au Kaire, de l'imprimerie nationale. An VII. de la république française. 8. min. p. 80.

Advenis ut usui esset vocabularium, erat sane abstinendum à typis arabicis, nihilque non gallicis, ut fieri poterat, reddendum. Placet nonnihil speciminis transcribere, ut intelligatur, in Aegypto arabica quomodo sonent usu vulgari.

Un Ouahhèd. *Deux* Tenin. Etenin. *Trois* Telat. Telatèh. *Quatre* Arbuâ. *Cinq*. Qrams. Qramsi. *Eau* Moyè. *Vent*. Ribh. *Homme* Reguel. *Mâle* Dekr. *Vieillard*. Chaib. Cheiqr. *Donnez-moi du pain.* Aâti-ni grobz. *Parlez-vous arabe?* Betetkellem b-il-

b - il - aârâbi? *Je parle un peu* Beatkellem choyé choyé.

142. Fables de Loqman, surnommé le Sage. Edition Arabe, accompagnée d'une Traduction française, et précedée d'une Notice sur ce célébre Fabuliste. au Kaire, de l'imprimerie nationale. An VIII. (1799.) 4. min.

Retulit de hoc libro in Allgem. Literat. Zeitung, Ann. 1801. Num. 18. qui tum in nave bellica adversum Alexandriam, nomine Tigris et praefecto Sidney Smith insigne, versabatur, clariss. de Hammer; et copiosius retulit, qui nunc principatum tenet in litteris cum arabicis, tum aliis, Silvestre de Sacy, in Magasin Encycloped. Num. 23. Ann. X. p. 353 - 364. Et hic quidem, quamquam nonnisi unum librum manuscr. qui Lokmani fabulas, et quidem praeter XXXVII. editas, alias quatuor, refert, reperiit, in Bibliotheca nationali, tamen ex hoc uno codice, eoque non optimo, haud unius loci lectionem meliorem commemoravit. Editionem curavit *Jo. Jos. Marcel.* Exstat in postremae fabulae, tricesimae septimae, pagina altera, arabice hoc: Cairi excusum in typographia Francica arabica علي بن يوحنا يوسف, مرسل Praefect. typograph. anno 1214. Heg. h. e. anno VIII. ab ortu Reipubl. Francicae.

Fables de Loqman, surnommé le Sage; traduites de l'Arabe, et précedées d'une Notice sur ce célébre Fabuliste: par *J. J. Marcel.* Seconde edition, augmentée de quatre Fables inédites. à Paris, de l'imprimerie de la Republique. An XI = 1803. 12. p. 154.

Quae nondum editae sunt quatuor fabulae, exstant et in codice Bibliothecae nationalis et in alio,

 quem

quem ex Aegypto tulit Marcel. Nova editio passim in Versione et Notis castigatior est prima. Caeterum ex nova praefatione intelligimus, editionem Kahirensem non Gallis modo, sed Arabibus etiam in Aegypto, Gallicam linguam cognoscere cupientibus, probatam fuisse et cum fructu adhibitam.

143. Idem Jo. Jos. Marcel initium fecit Kahirae excudendi typis Reipubl. Grammaticam arabicam, quantum novimus ab ipso conscriptam, sed absolvere eam per temporis rationes haud potuit. Descriptae vero typis exstant plagulae XX. in 4. min. at ne tractationis quidem de Nomine et Pronomine finis factus. Interspersi sunt loci ex Giarumia; Arabica omnia descripta typis splendidis Parisinis. Arabicae voces omnes, haud una excepta, sunt quoque gallicis litteris expressae, quod facere poterat ad imitandum, in Aegypto qui moris est, enuntiandi modum. Veluti p. 16. haec extant: Fy yôm 16 min chahar wentouz, senèt 7 min iqâmèt êl-gemhour êl-fransâouy, yâny, fy yôm 29 min chahar ramaddân, senét 1213 hegiryèt. *Le 16.e jour du mois de ventôse, an 7 de la fondation de la republique française, c'est-à-dire, le 29.e jour du mois de ramadan, an 1213 de l'hégire.* Hoc ipso die videtur haec charta typographicis operis ad exprimendum tradita fuisse.

144. Dictionnaire abrégé François-Arabe, à l'usage de ceux qui se destinent au Commerce du Levant; par J. F. Ruphy. à Paris, de l'imprimerie de la république. An X (1802. V. St.) 4. maj. pagg. 227.

Hoc quoque opus, de quo vid. Allgem. Literat. Zeitung 1802. Num. 333., dici potest fructus expeditionis Aegyptiacae; excudi enim coeptum est, cum Gallicae copiae tenerent Aegyptum, nec eandem sibi eripi

eripi passurae viderentur. Sed non putaverimus, illis quibus scriptum esse perhibetur satisfacturum esse hoc Dictionarium. Caeterum splendide illud excusum, curante P. D. Duboy-Laverne, Typographiae Reip. praefecto. Obiit haud multo post funestissimo casu, memoriamque viri probi et de litteris etiam haud immeriti commendavit benevolentissimus Silvestre de Sacy, Magasin encyclop. année VIII. Tome 4. pag. 183 sqq.

145. Arabische Chrestomathie, herausgegeben von Johann Jahn, Dr. der Philos. und Theologie, k. k. Professor der oriental. Sprachen, der Einleit. ins A. T. der bibl. Archäol. und der Dogm. auf der Universität zu Wien. Viennae, 1802. 8. pagg. 280.

Lexicon arabico-latinum Chrestomathiae Arabicae accommodatum a Johanne Jahn. – ib. eod. 8. pagg. 490.

Quod de hoc opere dictum exstat in Allg. Liter. Zeitung 1802. Num. 333. nostrum facimus, hoc unum addentes, locum p. 230. Chrestomathiae citatum ex libro Jo. Dav. Michaelis على الالسن pag. 139. vere cerni dicta pagina 139. libri inscripti: De l'influence des opinions sur le langage et du langage sur les opinions. à Breme, 1762. 8. De utroque Jahniano opere retulit etiam, officiose et humanitec magis quam severe, vir summus, Silvestre de Sacy, Mag. Encyclop. année VIII. tome 4. p. 305-328.

146. Öfningar i Arabiskan utgifna af Anders Svanborg, ord. Adjunkt i Grekiska och Österländska Spraken vid K. Akademien i Upsala. (h. e. Exercitia arabica —) Upsala, 1802. 4. pagg. 56.

Apparent haec: I. p. 1 – 37. Lokmanni fabulae XXXVII. II. p. 34 – 39. fententiae morales 35. III. p. 40 – 44. Korani cap. LV. IV. p. 45 - 46. Carmen Tograi (octies antehac typis defcriptum), omnia vocalibus inftructa et Suecice converfa. Primum hoc eft ex hoc genere in Suecia fcriptum: Celfios habuit Suecia, Aurivillios, aliosque arabicarum litterarum cultores, fed quo tirones uterentur librum antehac non tulit. Editor fe Vocabularium quoque et brevem Grammaticam additurum effe fignificavit in praefatione fcripta Upfaliae 1 Jun. 1802.

147. Développemens des principes de la langue Arabe Moderne, suivis d'un recueil de phrases, de traductions interlinéaires, de proverbes arabes, et d'un Essai de Calligraphie orientale, avec onze Planches, par Auguste F. J. Herbin. Paris. Baudouin, Imprimeur de l'Institut nationel. Floréal an XI. (Mai 1803.) pagg. 254. in 4.maj. Nec defunt exempla in Folio.

Grammatica tribus partibus abfolvitur; praemiffa introductione pars I. agit de orthographia p. 5 – 20. II. de elocutione p. 21 – 126. III. de fyntaxi, p. 127 – 134. Sequuntur p. 135 – 150. formulae loquendi promiscuae, nulli ordini adftrictae, p. 151 – 189. fabulae Lokmanni I – XIX. ita difpofitae, ut alternis paginis exhibeatur primo arabicus textus cum verfione gallica, deinde textus gallicis litteris redditus cum verfione verbis adftricta inter lineas pofita, fubjectis notis grammaticis, p. 190 - 197. quaedam loca ex Abulfedae Aegypto, eadem ratione tractata, p. 199 – 220. proverbia, arabice et gallice. Pretium libri auget fpecimen Calligraphiae orientalis pag. 221 – 250. cui acceffere tabulae X. exhibentes varia genera fcripturae, perficae etiam et turcicae, nec non ea quibus

bus in fcribendo uti folent orientales; adeft quoque infcriptio libri mere arabica, aeri affabre incifa. Adhibiti funt typi arabici, quales parat Haafius Bafileae.

Volumen hoc dicitur prima pars Inftitutionis Arabismi recentioris; proxime fecutura venditantur Selecta ex Narrationibus, quae Noctes dicuntur, aliisque ejusdem generis nondum editis, unacum variis carminibus et colloquiis, nec non Dictionarium arabico-francicum et francico-arabicum, novis omnia typis arabicis excudenda. Et de Calligraphia orientali paratum auctor habebat opus, ducentarum circiter tabularum, fpecimina omnis generis exhibentium. Sed obiit ille Parifiis, 31 Dec. 1806. anno vitae 22 nondum abfoluto. Vid. Intelligenzblatt zur Leipziger neuen Litter. Zeitung. 9. St. 25 Febr. 1807.

148. Opus grammaticum editum in India Orientali, Calcuttae, Vol. I. 1802. Vol. II. 1803. Quart. min. infcriptum arabice et anglice.

Arabica infcriptio haec:

هذه مجموعة الكتب المتداولة لدرس النحو
قد اجتهد تصحيحها وصونها عن الغلط والسهو
وهي مجلدان
المجلد الاول
مشتمل علي المائة وشرحها والمصباح

„Haec collectio fcriptorum, quae frequentantur in docenda grammatica, diligenter curata, ut fit pura et immunis a mendo et negligentia, eftque duorum volumi-

minum, Volumen primum complectitur Centum, et Expofitionem et Lucernam."

Anglica: An entire et correct edition of the five Books upon Arabic Grammar, which, together with the principles of Inflection in the Arabic language, form the first part of classical education throughout all the Seminaries of Asia. Carefully collated with the most ancient and accurate manuscripts which could be found in India, and now for the first time offered to the European world from the press. By Lieutenant J. Baillie, Professor of Arabic, &c. in the College of Fort William. In two Volumes.

Non funt *quinque* libri, ut haec infcriptio vendidat, fed nonnifi *quatuor*, qui infunt duobus voluminibus. 1. Centum Regentia, pag. 11. funt vere eadem, quae vulgavit Erpenius (num. 53.), nec tamen absque discrepantia; fub initium auctor fignificatus, Al Scheich Abd ol Kaher ben Abd er Rahman Al Dfchordfchâni, fub finem exftant nonnulla, quae fuo exemplo deeffe Erpenius fufpicatus eft. 2. Expofitio, الشرح, pag. 1-65. quemnam auctorem habeat, proditum non eft. 3. Lucerna, المصباح, pag. 1-97. partium eft quinque. Duo opufcula grammatica, hoc nomine infcripta, deprehendimus inter codices Bodlejanos, alterum cod. MCXLIII. pag. 241. Catalogi refert auctorem Borhaneddin Almotarezi Alchowarezmi, alterum cod. MCLXXVI. pag. 246. dicitur auctoris Abu Becr Al Giorgiani. Quod typis defcriptum eft opufculum مصباح, certe non eft quale confecit Abu Becr, hic ipfe enim in ejus prologo commemoratus, nomine Abu Becr . . . . . Georgiani, et praedicatur magnopere.

Volu-

Volumen II. pag. 172. abſolvitur unico libro, هداية النحو, Introductio in doctrinam Grammaticam. Auctoris in prologo verba ſunt haec: Compendium hoc quod attinet, congeſſi in illud quae ſunt praecipua Grammaticae . . . . et quidem juxta ordinem Caphiae . . . . et nominavi opus meum هداية النحو . . . idque diſpoſui ſic, ut praecedant prolegomena et ſequantur ſectiones tres.

Significavit editor Anglus, in brevi ad Vol. II. praefatione, editurum ſe volumine III. Caphiam et ſelecta ex probatiſſimis auctoribus arabicis capita; et IV. etiam volumine acturum de quinque illis opuſculis claſſicis, et de auctore Caphiae nec non de Lucernae auctore relaturum. Celeb. De-Roſſi, in Dizionario p. 87. perhibet prodiiſſe volumen III. ſecutus relationem Francicam in Journal de la littérature étrangère, quod diarium edi coepit Pariſiis anno 1801. Relatio haec Francica, num. 5. anni 1806. p. 239. fumta eſſe videtur ex Intelligenzblatt der (Halliſchen) Allgem. Literat. Zeitung, Num. 75. 28. Maj. 1806. Haec Halenſis relatio perhibet, volumen III. inter Edita commemorari in plagula Ephemeridum vulgata Calcuttae, 27. Jul. 1803. Pariſienſis autem relatio aſſerit volumen III. editum eſſe menſe Martio 1803. At vero illa brevis praefatio ad vol. II. qua dicitur fore ut in lucem prodeat volumen III. exeunte anno, ipſa ſcripta eſt „March. 1, 1803." –

Certum tamen, tertium etiam volumen brevi poſt editum fuiſſe. Teſtem habemus librum inſcriptum: The Bibliographical Miſcellany; or, Supplement to the bibliographical Dictionary. Vol. I. Lond., 1806. 8. in quo p. 269. haec ſunt tradita: Three volumes are publiſhed. – The third contains the Káfeea, with an Appendix of forty-one pages in proſe and verse.

verse. The fourth will contain a translation of the general contents of the third volume, with a short account of the five original works contained in the three preceding volumes, with a biographical sketch of the authors of the Káfeea and Mesbáh. All these works are chiefly on the Arabic Syntax, and in the printed copies nothing but the Arabic text is contained. Of all the publications on this department of literature, these are the most useful and important.

149. معرب الاظهار لزيني زاده

Mo'rib al idhâr, auctore Zini Zadeh. Scudari, 1803. 4. pagg. 326.

Inſcriptionem hanc brevem exhibet pagina 2. Quid ſit مُعرب, ſupra ſignificatum (num. 124). Ut اعراب nomen eſt actionis, ita مُعرب agentis. Praefationis haec ſunt: Dicit Hosein ben Ahmed, vulgo Zini Zadeh, cum perutilis ſit liber اظهار الاسرار, Declaratio arcanorum, cujus auctor eſt Scheich Mohammed al Barcowi, rogarunt me quidam fratres et amici, ut ſcriberem ſuper eum اعرابًا, et annui illis fretus ope Dei, nominavique opus meum حل اسرار الاخبار علي اعراب اظهار الاسرار h. e. Vulgatio reconditorum bonorum quae fit reſolutione declarationis arcanorum. – Grammatici argumenti eſt opuſculum (رسالة) dictum Idhâr al Asrâr; vocabulorum, quibus conſtat, omnium unumquodque ſingulatim ponitur, ſingulisque ſubjicitur الاعراب, eadem ratione

quae

quae est libri editi anno 1786. Peroratio anctoris Zini Zadeh in utroque iisdem formulis concepta. Postrema paginae, et quidem in paginae ora, significatum, absolutum fuisse opus anno Hegirae 1152. (coepit 29. Mart. 1739). Extremo loco leguntur haec: Typis excusus est hic liber ad exemplum ipsius auctoris manu exaratum in officina nova in urbe Scudar, et curam gessit Abdo'r Rhaman Almoderris praefectus rei typographicae ab imperio sublimi Othmanico, anno Heg. 1218. (coepit 21. Apr. 1803).

شرح الاظهار, Scudari, 1804. 4.

Inscriptio nulla. Limen occupat فهرست الكتاب, Index, p. 1–5. Scriptura procedit p. 2–267. In prologo auctor nomen profitetur hoc, مصطفي ابن حمزه. Magnopere praedicat opusculum اظهار الاسرار. Rogatum se ait ab amicis, ut ipsis scriberet ejus explanationem, شرح, primo deprecatum esse negotium cui parem se non reputaret, at subinde tentatum promisisse, si Deus amissis duobus natis filium ipsi largitus fuerit, negotium suscipere: et obtigisse sibi a Deo filium, atque etiam alterum, se igitur accessisse ad opus, idque ad finem perductum nominasse نتايج الافكار, Soboles curarum, in votis se habere, ut prosit cum natis duobus, tum studiosis universe. Titulum igitur integrum hunc dicas,

نتايج الافكار في شرح الاظهار

شرح dicitur scriptum, quod versatur maxime in usu vocum et sermonis sensu declarando. Veluti ad vocem

cem وبعد dicitur اي بعد الفراغ عن البسملة والحمدلة والتصلية والواو اما . . . sensum vocis esse hunc: post dictam formulam bismillah, et post absolutam laudationem Dei, et professionem Prophetae, praefixum Vav esse vel initiale positum pro اما, vel copulans caet. Etiam margini inscripta scholia haud pauca arbitramur a commentatore profecta. Pag. 4. mos ille solennis, nulli non scripto praemittendi formulam Bismillah, derivatur inde quod Propheta dixisse fertur: omne negotium quod quis curat, nisi incipiatur in nomine Dei et cum Dei laude, caret eventu. Pag. 58. in textu nominantur bini Achphaschii; in margine exstant haec: binorum al Achphaschiorum alter Saïd ben Mos'adah, antistes, Grammaticus, auctor praestantium operum, vulgo dictus Abu'l Hasan, et hic est medius, in Grammatica magistro usus Sibaujeh, et eminentior etiam hoc factus; alter est Ali ben Soleiman ben al Phadl, hic non intentus scientiae grammaticae, nec de ea quidquam commentatus, est minor: et al Achschaph major est al Chalâb Abd et Hamid ben Abd et Madschid, hoc magistro usi sunt Sibaujeh et Abu Obeidah (Grammaticorum principes). — Extremo loco auctor significat, absolvisse se opus suum anno Hegirae 1085. (coepit 27. Mart. 1674). Typographi est hoc: perfecta est impressio hujus libri in officina typographica summi Imperii Othmanici solertia Abd er Rahman Efendi, Moderris et praefecti typographiae anno Heg. 1219. (coepit 10. Apr. 1804).

150. Foersta Grunderna i Arabiska Spraket utgifna af Anders Svanborg. Upsala, 1804. 4. pagg. 58.

Opu-

Opusculum absolvitur capitibus quinque; quintum, de Syntaxi, paginas tres vix excedit.

151. Volumen in 4. excusum Scudari 1805. quod complectitur duo opuscula de Centum Regentibus, العوامل.

I. Inscriptio nulla. In introitu auctorem se profitetur al Scheich Mostapha ibn Ibrahim. Hic librum, quem commentario شرح expediendum sibi sumserit, nominat

كتاب مسمى بعوامل الجديد النحوي للشيخ المعروف بالبركوي

h. e. librum dictum Awámel novum grammaticalem auctore al Scheich dicto al Barcowi. Sed commentario dicit Mostapha se nomen fecisse تحفة الاخوان, Munus pro fratribus. Haud vero significat, quo anno absolutus a se fuerit commentarius. Opusculum est pagg. 88. Extremo loco haec exstant: absoluta est impressio hujus libri arte Abd er Rhaman, Moderris et praefecti officinae typograph. anno 1220. (coepit 30. Mart. 1805).

II. Alterum opusculum, p. 2–118. etiam destitutum inscriptione. Prologi haec sunt: فيقول حسين بن احمد الشهير بزيني زاده قد كنت اعربت العوامل الجديد وسميته بتعليق الفواصل على اعراب العوامل h. e. dicit Hosein ben Ahmed communiter dictus Zini Zadeh, analysin grammaticam confeci libro Regentium novo, eamque nominari Suspensio Praestantium. – Et hic quidem Zini Zadeh signi-

ſignificavit in fine operis, abſolutum illud a ſe eſſe anno Heg 1144. (coepit 24. Jan. 1731). Impreſſio dicitur abſoluta anno Heg. 1220.

Opuſculum de Centum Regentibus, quod in hoc volumine accommodatam ſibi habet et Expoſitionem et Analyſin, novum dicitur, eſtque diverſum, at putem nonniſi forma et ordine, ab eo quod olim Erpenius edidit et nuper Baillie. Vocabula, in utraque tractione ſingulatim poſita ſi colligas contexasque, prodit initii contextus ſermo hic:

وبعد فاعلم انه لا بد لكل طالب معرفة الاعراب
من معرفة ماية شيء ستون منها تسمي عاملا
وثلثون تسمي معمولا وعشرة تسمي عملا واعرابا
فابين لك باذن الله هذه الثلثة وغيره

152. نخبه وهبي, h. e. Delectus, auctore Wahbi Efendi. Scudari anno Heg. 1220. Chr. 1805. 8. pagg. 134.

Gloſſarium arabico turcicum, cujus conformatio et materia multis enarrata eſt in (Hall.) Allgem. Literatur-Zeitung, anno 1806. Num. 169.

153. Chreſtomathie Arabe, ou extraits de divers écrivains Arabes, tant en proſe qu'en vers, à l'usage des élèves de l'école ſpéciale des langues Orientales vivantes; par A. J. Silvestre de Sacy. Tome I, contenant le texte Arabe. à Paris, de l'imprimerie impériale. 1806. 8. pagg. 587. Tome II, première partie de la traduction. Pagg. 643. Tome III, seconde partie de la traduction. Pagg. 565.

Opus

Opus maximopere, nec vero ultra quam fas erat, laudatum et celebratum ab omnibus qui de eo referrent; vid. Götting. gel. Anzeigen, 1807. pag. 1393. Neue theolog. Annalen, 1807. p. 931. Heidelberg. Jahrbücher der Literatur, 1808. XI. H. p. 331. Si quis fuerit qui requirat nonnihil, quod videatur sibi minus probare se posse, non deprehendet nisi forte hoc, ut nimia bonorum copia laborare librum perhibeat, quae obruat fere utentes atque etiam perturbet ea propter, quod qui loco perfunctus sibi videtur, tamen in Additionibus haud pauca conspiciat illi adjungenda. Tironibus videri possit minus accommodatum quam exercitatioribus. Verum qui peruti illo noverit, non poterit non et permagnam utilitatem inde percipere et voluptatem eximiam. Inter omnes, quos enumeravimus, libros non est hunc qui posset et rerum delectu et copia lectionis aequiparare, nec erit unquam qui antecellat.

154. التحفة السنية في علم العربية

Grammaire Arabe à l'usage des élèves de l'école spéciale des langues Orientales vivantes; avec figures. Par A. J. Silvestre de Sacy. Première partie. à Paris, de l'imprimerie imperiale. 1810. 8. pagg. 434. cum tabulis VIII. Scripturas aeri incisas exhibentibus. Seconde partie. pagg. 473.

Arabica libri inscriptio haud dubie ex auctoris mente significat Munus Sonniticum, السُنِّيَّة, h. e. tale, quod non sit ex commentis opinationibusque conflatum, sed traditorum a magistris linguae arabicae praeceptorum auctoritatem habeat: quo sensu Grammatica Persico-Turcica ab auctore sua inscripta est Tohfat at Sonnijah – ut refert D'Herbelot p. 892. Nosmet, nostro sensu uti si licuerit, dixerimus, enun-

enuntiandam eſſe vocem iſtam السنية, eſt enim profecto Munus eminens, excelſum, pretioſum; opus amplum, perfectum, exquiſitiſſimis obſervationibus repletum. Copia nunc demum facta Syntaxeos arabicae, qua luculentiorem magisque elaboratam deſideraverit nemo, nemo perfecerit. Eſt ſane quod gratuleris aevo de binis iſtis praeſtantiſſimis operibus, qualia prius nullum protuliſſe una omnium non poterit non eſſe ſententia.

CLAS-

CLASSIS II.

Hiſtorica.



II. Hiſtorica.

Georgius, vulgo Elmacinus, الشيخ المكين جرجس, gente Aegyptius, natus eſt anno Hegirae 620. Chriſti 1223. et publico munere Scriptoris, كاتب, functus, a chriſtianis tamen ſacris nunquam alienatus, obiit Damasci a. H. 672. Chr. 1273. Auctor eſt *Hiſtoriae* inde ab orbe condito usque ad quartum Aegypti regem Malec Addáher Bibars, qui regnum occupavit a. H. 658. Chr. 1259. certe Bodleianus codex, in Catalogo Oxonii 1787. edito p. 160. num. DCCXV. eo usque progreditur, alio ibid. p. 163. num. DCCXXXV. ultra tertium regem non procedente. Altera pars, quae verſatur in rebus ante Muhammedem geſtis, inedita eſt, at haud pauca ex illa paſſim recitavit J. H. Hottinger, in Smegmate; in Hiſtoria orientali; in Hiſtoria eccleſiaſtica. Alteram *Thomas Erpenius* edidit, inſcriptam:

155. تاريخ المسلمين من محمد الى الدولة الاتابكية — id eſt, Hiſtoria Saracenica, qua res geſtae Muslimorum, inde a Muhammede primo Imperii et Religionis Muslimícae auctore, usque ad initium imperii Atabacaei, per XLIX imperatorum ſucceſſionem fideliſſime explicantur. Inſertis etiam paſſim Chriſtianorum rebus in Orientis potiſſimum eccleſiis eodem tempore geſtis. Arabice olim exarata à Georgio Elmacino fil. Abuljaferi Elamidi f. Abulmacaremi f. Abultibi. Et Latine reddita opera

ac ſtudio Thomae Erpenii. Accedit et Roderici Ximenez, Archiepiſcopi Toletani, Hiſtoria Arabum, longe accuratius, quam ante, e manuſcripto codice expreſſa. Lugduni Batavorum, ex typographia Erpeniana linguarum orientalium. 1625. fol. pagg. 300. et 39.

Codice Erpenius uſus eſt, teſte Hottingero, Promtuarii, ſive Bibliothecae Orientalis, Heidelberg. 1658. 4. p. 76. qui tum eſſet Heidelbergenſis bibliothecae, et usque ad annum Heg. 573. Chriſti 1177. procederet. Sed edita pars ultra ann. 512. Chr. 1118. haud progreditur, quoniam Erpenius morte interceptus 13. Nov. 1624. reliqua perficere haud poterat: quare factum eſt, ut praefandi officio fungeretur Jacobus Golius. Reliquum quod eſt, necdum publici juris factum, *tertia* pars Elmacini dicitur in Ven. Pauli Memorabilien, P. I. num. VII.

Prodiit eadem Hiſtoria ſimul *latine tantum:* Hiſtoria Saracenica, qua res geſtae Muſlimorum inde a Muhammede Arabe, usque ad initium imperii Atabacaei – – latine reddita opera et ſtudio Thomae Erpenii. Accedit et Roderici Ximenez – – Lugduni Bat. 1625. 4. pagg. 372 et 75.

156. Extat alia editio, form. octav. plagg. 38. *pure arabica*, atque ab omni aliena voce tam ſtudioſe intacta, ut in ipſius Orientis uſus adornata videri poſſit. Inſcriptio arabica eadem, quae eſt editionis arabico latinae. Praefixa libro eſt epiſtola arabica, a Jac. Golio haud dubie ſcripta, ad Lancelotum Andrews, eccleſiae Wincheſtrienſis in Anglia epiſcopum, virum magna et eruditionis, etiam in orientalibus litteris, et benevolentiae fama conſpicuum, qui obiit menſe Sept. 1626. vid. Britiſh Plutarch. London 1791. 8. Vol. 3. p. 75–83. Adelung, Zuſätze zu Joechers Lexicon, voce Andreas (Lancelot). Extrema epiſtolae

lae verba haec : Scriptum in urbe Leida, quam Deus custodiat, ultimo mensis Martii MDCXXV. ab incarnatione filii Dei, a vidua Thomae Erpenii b. mem. ejusque liberis patre orbis.

Anglica libri versio Londini 1626. prodiisse dicitur in Catalogo impressorum librorum Bibliothecae Bodleianae, cura Th. Hyde, Oxon. 1674. fol. pag. 226. voce Elmacinus.

Gallica conversio sic inscripta : L'histoire Mahometane, ou les quarante-neuf Chalifes du Macine divisez en trois livres, contenant un abregé chronologique de l'histoire Mussulmane en general, depuis Mahomet jusques au regne des Francois en la terresaincte, nouvellement traduit d'Arabe en Francois; auec un sommaire de l'histoire des Mussulmans ou Sarrazins en Espagne, extrait de Rodrigue Ximenes, Archeuesque de Tolede, et verifié sur le Macine. Le tout par Mre Pierre Vattier, conseiller et medecin de Mons. le Duc d'Orleans. premiére edition. a Monseign. le Cardinal. à Paris. M. DC. LVII. 4. p. 332.

Elmacino parum tribuit Eusebius Renaudot; ita enim in praefatione ad Historiam Patriarcharum Alexandrinorum, Paris. 1713. 4. (o iij b): „Elmacinus ex editione Erpeniana famam in Europa consecutus est, quam in Oriente exiguam habuit, aut plane nullam: non tam quod Christianus foret, quam quod varietate illa qua Arabes delectantur caret ejus historia, cum de viris illustribus vix quicquam referat.“ Eundem tamen Renaudotium Elmacini novam versionem latinam a se factam ut ederetur post se reliquisse, ex litteris Mich. le Quien refert Gagnier in praefat. ad Abulfedam de vita et rebus gestis Muhammedis, pag. XV. inf.

De Erpenii opera judicium Renaudotii (loc. cit. e ij) est hoc: „Primum historici generis opus quod Arabice Latineque prodierit, historia Saracenica fuit, quam Thomas Erpenius, cui literae arabicae multum debent, Latine interpretatus est: editio utraque lingua post ejus mortem prodiit anno 1620. (1625.) – Sed vir Arabice doctissimus cum stilum Ecclesiasticum prorsus ignoraret, uteretur que codice non admodum accurate scripto, prope semper nihil minus quam quod Arabice auctor scripserat, Latine expressit. Nec foelicius aliquando Elmacinum interpretatus est nostra lingua Vir caeteroqui Arabice doctissimus (Vattier), qui Latinam potius versionem secutus videtur, quam Arabica auctoris verba. Ejusdem generis est Anglicana versio quae Latinam prorsus sequitur."

Mitius pronunciat Reiske, Prodidagm. p. 227. „Elmacini historia bonus est liber. Dolendum, quod Erpenius vir diligens, neque indoctus, et inter primos Arabismi statores certe maximus, in codicem inciderit adeo pravum, ut saepe et persaepe pravis ex Arabicis multo pejora Latina, ridiculosque et absurdos sensus extuderit. Sed excusandus est vir bonus. Destituebatur illo tempore subsidiis, quae nostro possidemus."

Emendationes in Elmacinum edidit Köhler, adjectas Notis et Emendatt. in Theocritum Lubec. 1767. 8. p. 100–121. coll. p. 129. deinceps copiosiores, quae tamen subsistunt p. 45. editionis Erpenianae, in Eichhornii Repertor. Part. VII. VIII. XI. XIV. XVII. Idem copiose refert de Elmacino, Repertor. II. pag. 45–53.

Erpenii ipsius in Historiam Saracenicam notae ineditae servantur Oxonii in bibliotheca Bodleiana, vid. Catalogus p. 181. num. DCCCXXXVIII. Teste Schelhorn, Anleitung für Bibliothekare, I. Th. Ulm 1788.

1788. p. 194. bibliotheca Maph. Pinellii servat exemplum Elmacini cum animadversionibus calamo adscriptis, quas ab ipso Erpenio profectas esse arbitratus est Jac. Morelli, qui libros Pinellianos enarravit Tomis VI. 8. Venetiis, 1787.

ABULPHEDA,
seu ISMAEL IBN ALI ABU'L PHEDA,
اسمعيل بن علي - - - ابو الفدا صاحب حماة

provinciae Hamatensis in Syria primum praefectus, deinde Sultanus, natus Damasci a Heg. 672. Chr. 1273. ipso teste in Annalibus ad hunc annum, mortuus a. Heg. 732. s. 733. Chr. 1332. praeter alia condidit et *Historiam*, المختصر في اخبار البشر, inde ab orbe condito ad suam usque aetatem, absolutam a. H. 715. Chr. 1315. et *Geographiam*, تقويم البلدان, confectam a. H. 721. Chr. 1321. Utriusque operis exemplum illud, quod ipse auctor suis manibus tractavit elaboravitque, repertum est atque agnitum a nostratibus, historici quidem Parisiis in bibliotheca Seguieriana (Renaudot Histor. Patriarcharum Alexandrin. p. 78.) deinceps translatum in San-Germanensem, nunc Imperiali vindicatum, geographici autem Leidae in bibliotheca academica. Conf. Köhler, Repertor. Part. II. p. 54. et quos ipse commemorat auctores; quibus accedunt Casiri, Biblioth. Escurialensis Tom. II. p. 14. Henr. Alb. Schultens, Biblioth. Criticae Vol. I. Amstelod. 1779. part. 2. p. 87 sq. De-Rossi, Dizionario, p. 13–19.

Historici operis locos octo, de rebus a Moslemis in Sicilia gestis, ex codice bibliothecae regiae Escurialensis desumtos, vid. Casiri, loc. cit. nec non ejusdem argumenti excerpta, illis copiosiora, ex Historia Sche-

Schehaboddini, latine vertit Marcus Dobelius, Citero, professor linguae arabicae, ut cum aliis in lucem mittere posset Anton. de Amico, Messanensis. Exhibet ea Bibliotheca historica regni Siciliae, sive Historicorum, qui de rebus Siculis a Saracenorum invasione usque ad Aragonensium principatum illustriora monumenta reliquerunt, amplissima collectio, opera et studio brevibusque annotationibus Joannis Bapt. Carusii. Tom. I. Panormi, 1723. fol. min. p. 18 sqq. ubi quoque editum est „Chronicon Siculum ab anno Christi 827. ad annum 963. ex codice Arabico Cantabrigiensi" arabice cum versione latina emendata a Jos. Sim. Assemani. Relata sunt a Lud. Anton. Muratorio in Rerum Italicarum Scriptor. Tom. I. Part. II. Mediolani 1775. fol. p. 251 - 254. et denuo edita a Gregorio in rerum Arabicarum Collectione, de qua suo loco dicetur.

Ampliorem operis partem, eamque graviorem, complectitur opus, quod inscriptum est:

157. Ismael Abul-feda, de vita et rebus gestis Mohammedis, Moslemicae religionis auctoris, et imperii Saracenici fundatoris, ex codice msto. Pocockiano bibliothecae Bodleianae textum Arabicum primus edidit, latine vertit, praefatione et notis illustravit Joannes Gagnier, A. M. Oxoniae, è theatro Sheldoniano. MDCCXXIII. fol. Praefatio est pagg. XXII. opus ipsum pagg. 160.

Jo. Gagnier, ortu Gallo-Francus, Parisinus, purioris religionis causa profugus, ut ipse testatur in praefatione ad Josephi ben-Gorionis Histor. Jud. latine cum notis a se editam Oxon. 1706. 4. venit in Angliam. Oxonii cum privatorum studiorum causa ageret, anno 1717. oblatum sibi munus, arabicas litteras in scholis publicis tradendi, lubens in se recepit. Itaque auditoribus Historiam Abulfedae, quae

ab Adamo ad Mohammedem progreditur, expoſuit. Ad ipſum Mohammedem ubi ventum eſt, adeo placuit de vita illius narratio, ut digna auditoribus videretur, quae latine reddita publici uſus fieret. In praefatione agitur legitime et copioſe de auctore. Textus ipſe in capita LXXIII. diſtributus. In commentario copia eſt locorum ex variis auctoribus arabicis, etiam ineditis. Studium certe atque induſtriam nemo aequus in editore deſideraverit. Sed linguae juſtam peritiam et judicium criticum in eo deſideravit Reiske, Prodidagm. p. 228. quo judice Gagnierius in vertendo ſaepe tam infeliciter verſatus eſt, ut integrae paginae nequeant niſi una litura corrigi. Emendationum partem edidit Köhler, p. 86–95. libri ſui: Notae et Emendatt. ad Theocritum etc. Lubec. 1767. 8.

Hiſtoriam Abulfedae recentiorem arabice et latine cum notis edere conſtituit *Joh. Jac. Reiske*, conſentiente bibliopola, qui negotio haud impar eſſet, Elia Luzac, Leidenſe, cujus nomine programma latinum cum ſpecimine arabico vulgatum eſt anno 1749. lectu haud indignum, et repetitum in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek, IV. Vol. p. 456–463. At conſilio deſuit eventus. Poſtmodum latinam verſionem ſuam ſuis ſumtibus edere coepit Reiskius, hoc indice:

Abulfedae annales Moslemici: latinos ex arabicis fecit Jo. Jacobus Reiske. Lipſiae 1754. 4.

Poſt copioſam praefationem annales ordiuntur a Mohammede, Islamismi auctore, et ſubſiſtunt ad ann. Heg. 406. qui coepit die Jun. 21. ann. Chr. 1015. Viſum erat, opus tertia parte abſolvi poſſe, ſed novo volumini non erat locus, quod primum illud emtores non haberet niſi perpaucos. vid. Reiske's von ihm ſelbſt aufgeſetzte Lebensbeſchreibung. p. 68. Quae annum 1778. prae ſe ferunt exempla, ejusdem ſunt,

non

non repetitae, editionis. Verum, quod Reiskio ipsi non contigit expedire, opus post fata ejus demum habuit eventum prosperrimum.

158. Abulfedae annales Muslemici arabice et latine, opera et studio Jo. Jacobi Reiskii, apud Lipsienses quondam profess. celeb. Sumtibus atque auspiciis Petri Friderici Suhmii, S. R. M. Clavigeri et Historiographi regii, nunc primum edidit Jac. Georg. Christianus Adler, theol. et ling. or. prof. extraord. – Tomus I. res gestas a Muhammede usque ad excidium Chalifarum Ommiadarum contines. Hafniae 1789. 4.

Tomus II. continens res gestas sub Chalifis Abbasidis, et Ommiadis in Hispania, usque ad annum CCCC. 1790.

Tomus III. continens res gestas ab a. CCCCI. ad finem dynastiae Chalifarum Fathemidarum a. DLXVII. 1791.

Tomus IV. continens res gestas ab anno Fugae CCCC. (DLXVIII.) ad finem a. DCLX. 1792.

Tomus V. et ultimus, continens quidquid restat de opere Abulfedae, h. e. ab a. DCLXI. ad a. DCCXXIX. Chr. 1328. et Indices (inde a p. 427–574.) 1794.

Vid. Eichhorn. Biblioth. Vol. II. pars 5. Allgem. Literat. Zeitung 1790. Num. 97. 1791. Num. 324. 1792. Num. 228. J. D. Michaelis neue Or. und Exeget. Bibliothek. 9. Th. p. 37–49. Quae de bellis sacris in Abulfedae Historia passim leguntur, egregie illustravit Frid. Wilken, nunc Prof. Heidelbergensis, in Commentatione de bellorum cruciatorum ex Abulfeda historia. Goetting. 1798. 4.

Geographici operis versio latina, anno 1746. intra 45 dies confecta a Jo. Jac. Reiske, edita est in Bü-

Büsching's Magazin für die neue Historie und Geographie, P. IV. 1770. p. 121-198. et P. V. 1771. p. 299-366. Copiose de ea retulit J. D. Michaelis in Biblioth. Part. I.

Partes operis speciatim enumeravit Steph. Evod. Assemani, Catalog. Biblioth. Mediceae, p. 157-162. Complectitur illud, post ampla prolegomena, tabulas XXVIII. positas hoc ordine:

1. Peninsula Arabum.
2. Aegyptus.
3. Africa.
4. Hispania.
5. Insulae maris mediterranei et atlantici.
6. Syria.
7. Mesopotamia.
8. Irâk.
9. Churestân.
10. Persia.
11. Kermân.
12. Segestân.
13. Sendia.
14. India.
15. Sina.
16. Insulae maris orientalis.
17. Rum seu Natolia.
18. Armenia, Iran et Adzerbeigan.
19. Gabala, seu regio Montana, seu Irâka Persica.
20. Dailom et Gil, seu Kilan.
21. Tabarestam, Mazanderan et Kumâs.
22. Chorasan.
23. Zablestân et Gur.
24. Tocharestân et Badzachschân.
25. Chawarezmia.
26. Transoxana.
27. Mundi latus australe, seu terrae Nigrorum.

28. Mun-

28. Mundi latus ſeptentrionale, ut terrae Francorum, Turcarum, aliorum.

Arabice imparibus intervallis in lucem prodierunt partes complures.

159. Chorasmiae et Mawaralnahrae, h. e. extra fluvium Oxum deſcriptio, (arab. et lat.) ex Tabulis Abulfedae Ismaelis, principis Hamah. Londini 1650. 4. pagg. 64.

Qui librum edidit, et Jac. Uſſerio inſcripſit, eſt Joannes Gravius, vulgo Greaves, natus 1602. primum profeſſor Collegii Greshamenſis Londini, poſtea redux ex itinere Aegyptiaco 1643. conſtitutus a Carolo I. rege Savilianus prof. Aſtronomiae Oxonii, at in turbis civilibus ob fidem regi habitam depulſus 1648. ex ſtatione, obiit Londini 1652. vid. Vitae quorundam eruditiſſimorum et illuſtrium virorum, ſcriptore Th. Smitho. Lond. 1707. Miscellaneous works of Mr. John Greaves, to the whole is prefixed an account of the life et writings of the Author, by Thomas Birch. Lond. 1737. 8., In praefatione perperam tradit Gravius, Abulfedam mortuum eſſe a. Heg. 746. Chr. 1345. quod minus caute, nominis aliqua ſimilitudine inductus, quae de alio quodam Ismaele tradita deprehendiſſet, ad Abulfedam ipſe traheret; docente id Gagnierio in praefat. ad Vitam Muhammedis, p. 5. et Sale, Notes on Bayle's Dictionary, Lond. 1734. Vol. I. p. 115. Ejusdem tamen erroris reus eſt etiam Caſiri, qui Biblioth. Escorial. P. II. p. 15. Auctor, inquit, operis Sukardan inſcripti Abulphedae obitum ad annum Egirianum 746. refert.

160. Geographiae veteris ſcriptorum graecorum minorum cum interpretatione latina, diſſertationibus ac annotationibus Henr. Dodwelli, curante Jo. Hudſon, Volumen III. Oxonii e theatro Sheldoniano. 1712. 8.

Volu-

Volumen hoc non modo repetit easdem illas tabulas duas, arab. et latine, nec non binas tabulas geographicas, unam Nassir Eddini Persae, alteram Ulug Beigi Tatari, operâ Jo. Gravii, quoniam, ut in praefatione dicitur, raro in bibliopolarum officinis occurrant, sed exhibet quoque idem

Abulfedae descriptionem peninsulae Arabiae, ar. et lat. pagg. 76. etiam hanc elaboratam olim a Gravio, cui constitutum erat, universam Abulfedae geographiam in lucem emittere.

Gallice conversa extat haec descriptio Arabiae ad calcem libri: Voyage dans la Palestine, vers le grand Emir, fait par ordre du roi Louis XIV. Amsterd. 1718. 12. maj. Auctor, de la Roque, indicem fecit hunc: Description generale de l'Arabie, faite par le Sultan Ismael Abulfeda, traduite en François sur les meilleurs manuscrits, eclaircie par des notes etc. p. 263 – 342. In praefatione refert, versionem factam esse ad codicem mstum, ex oriente reportatum a Petis de la Croix, linguae arab. professore, postmodum vero passim accommodatam et lectioni et versioni Gravianae. Et videtur omnino interpres Franco-Gallus strenue usus esse opera Gravii. Lepidum est, quod locum ex Korano, sur. 89, 9. obvium, reddidit: les Tsammoudites à qui les pierres de la valée rendirent reponse, p. 306. Sed Gravius quoque scripserat: Themudi quibus petrae vallis responsum dederunt, pag 43. arrepta lectione اجابوا, loco جابوا, qui excavarunt rupes in valle. Vid. Sale ad Koran. LXXXIX. p. 495. edit. in 8.

Universam Abulfedae Geographiam edere post Gravium aliosque instituit etiam Jo. Gagnier, institutum publice professus formula edita, quae et operis rationem et conditiones significaret, hac:

Ismae-

Ismaelis Abulfedae, principis Hamah, Geographia univerſalis, in tabulas, ſecundum climata et regiones, digeſta, cum longitudinibus et latitudinibus urbium, locorumque celebriorum, et eorum deſcriptionibus ad mentem doctiſſimorum Orientis geographorum numero plusquam LX. auctorum magnorum. Opus praeſtantiſſimum, Geographiam ſacram aeque ac prophanam illuſtrans, olim a Johanne Gravio, Aſtronomiae in academia Oxonienſi profeſſore Saviliano, (poſt prima Wilhelmi Schickardi tentamina) abhinc jam 76 annis conſummatum, ut ipſemet praefat. ad binas ejusdem Geographiae Tabulas, ſpeciminis loco a ſe editas an. 1650. teſtatur; ſed quod, tempore belli civilis, cum reliqua auctoris domeſtica ſupellectile, a perduellionibus oppreſſum ac deperditum lucem non vidit. Nunc vero e codicibus Mss. bibliothecae Bodlej. iisdem nempe, quibus uſus fuerat Johannes Gravius, adhibitis inſuper in ſubſidium, qui idem opus ante et poſt Gravium moliti ſunt, viz. Th. Erpenii, Jac. Golii, Sam. Clerici, Henr. Wildii, ſed prae caeteris viri incomparabilis, non minus doctrina quam natalium ſplendore conſpicui, Guilielmi Guiſii, collegii omnium animarum Oxon. ſocii, exemplaribus apographis inter ſe collatis, arabice denuo deſcripſit, latine vertit, mappis geographicis adornavit, notasque adjecit Johannes Gagnier, A. M. Oxoniae, e theatro Sheldoniano.

Conditiones:

Totum opus cum variis lectionibus et notis continebit circiter 160 folia ſine mappis Geographicis etc. imprimetur vero uno volumine in folio in charta nitida.

Subſcriptoribus totum opus extradetur poſt ſolutionem duorum Guiennenſium, quorum unus unacum ſubſcriptione, alter cum traditione libri ſolvetur. rel.

vid.

vid. Muſeum hiſt. philol. theologicum, Vol. I. P. II. Bremae, 1728. 8. p. 355.

Extant typis exſcriptae paginae 72 formae maximae. Reliqua deſiderantur, quoniam fato concederet editor. Arabia abſolvitur p. 55. et, interpoſita diatribe, qua agitur I. de arabum et arabiae nominibus, II. de antiquiſſima diviſione arabiae etc. XI. de regione Saracenae in arabia petraea et hujus nominis etymo, p. 66. incipit Deſcriptio Diar Mesr, i. e. provinciarum Aegypti. Typi arabici iidem, quibus Graviana ante exſcripta fuerant; textus arabicus, a Graviano hinc inde diverſus, appoſitam habet verſionem latinam novam; ſubjectae annotationes modo textum verſionemve ſpectant, modo rebus illuſtrandis inſerviunt.

161. Abulfedae Tabula Syriae cum excerpto geographico ex Ibn ol Wardii geographia et hiſtoria naturali. Arabice nunc primum edidit, latine vertit, notis explanavit Jo. Bernhardus Köhler, prof. publ. extraord. philoſ. et hiſtor. in acad. Kilonienſi. Acceſſere Jo. Jacobi Reiskii V. C. animadverſiones ad Abulfedam et prodidagmata ad hiſtoriam et geographiam orientalem. Lipſiae. 1766. 4. maj.

Praeter tabulam Syiae pag. 1–144. exhibentur quoque excerpta ex prolegomenis Abulfedae, de Syriae fluviis, lacubus, montibus, p. 145–166. Sequitur excerptum ex Ibn Alwardi, pag. 167–192. Reiskius addidit 1. animadverſiones ad tabulam Syriae, p. 193–214. 2. p. 215–240. prodidagmata ad Hadji Chalifae librum memorialem rerum a Muhammedanis geſtarum, exhibentia introductionem in hiſtoriam ſic dictam orientalem, (ſcripta anno 1747.) digna haec quidem viſa Meuſelio, quae integra repeteret Biblioth. Hiſtor. Vol. II. P. I. Lipſ. 1785. pag. 107–204. Primum voluminis locum tenet prooemium

mium editoris copiosum et variae frugis plenum; sequuntur Addenda et Corrigenda, haud pauca.

Egregium opus, Germaniae apud exteros honorificum, non modo ab omni quaestu alienum fuit, sed sumtuosum potius editori, qui, quod redemtorem non haberet, suis illud impensis curavit: qua re factum est, ut recens etiamnum ne quidem emtu facile esset atque in promtu positum. Quae supererant exempla 1786. redemta a bibliopola Regiomontano et venalia facta sunt, additis ab Editore paginis aliquot novis, emendationes exhibentibus. Vid. Michaelis neue Bibliothek, P. III. p. 9 sq. Relatio de hoc libro, quae extat in Novis Actis Eruditorum ad annos 1766. et 1767. publicatis, Lips. 1768. p. 233–240. et pag. 377–388. idcirco memorabilis est, quod affert pag. 387 sq. corrigenda quaedam et addenda, non ab Reiskio, sed ab editore, Koehlero, suppeditata. Relationis, quae exstat in Gatterer's Allgem. Histor. Biblioth. P. V. Halle, 1768. pag. 133–159. teste Meuselio, Biblioth. Histor. Vol. II. P. I. p. 20. auctor est Jo. Ern. Faber.

162. Abulfedae descriptio Aegypti, arabice et latine, ex codice Parisiensi edidit, latine vertit, notas adjecit, Joannes David Michaelis – Goettingae, 1776. 4 min. pagg. 36. et 28. et 134.

Censuram libri, quam exhibet Allgem. deutsche Bibliothek, Vol. XXXI. 1777. p. 371–397. copiosam illam, et ad multa loca emendanda perutilem, sed ob arabicas voces misere exscriptas turpem adspectu, profectam esse a Jo. Bernh. Koehlero, certum est ex ipsius professione, in Eichhorn's Repertor. P. II. p. 63. Alia censura, non minus gravis at in vituperando acerbior, in Biblioth. Criticae Vol. I. P. II. Amstelod. 1777. p. 77–112. auctorem habet Henr. Alb. Schultensium. Imprimis autem, qui libro uti

velit,

velit, consulat, quae ab Hartmanno, profess. Marburg. observata sunt et relata in Eichhorn's Allgem. Bibliothek, Vol. V. part. 4. 1794. p. 569–645.

Magnae pars textus arabici iterum edita à Jo. Jahn, Arab. Chrestomathie, p. 80–106. vid. num. 145. Excerpta nonnulla exstant quoque in Developpemens caet. par Herbin, p. 190 sq. num. 147.

163. Abulfedae Africa, curavit Jo. Gottfr. Eichhorn. Goettingae, 1791. 8. pagg. 36.

Duo sunt, quae Eichhornii curae debentur, 1. Tabula III, Africa, antehac non edita, 2. Tabula XXVII, Nigritia, brevi ante edita a Rinckio, unacum Macrizi Historia etc. Lugd. Bat. 1790. 4. Et Rinckius quidem textum desumsit ex codice Leidense illo primario. Tabulae III. textus ex quonam fonte haustus sit, paucis significandum. R. Forester 1755. Cantabrigiae descripsit in privatos usos Abulfedanae Geographiae partes seu tabulas octo, hoc ordine: Aegyptus; Africa; Rum; Armenia; Kerman; Segestan; Dailom; Thabarestan; usus codice Erpeniano, manu ipsius Thomae Erpenii scripto, cujus p. 63. initium est Tabulae Aegypti. Hoc Foresteri apographum, minus quidem elegans, at lectu haud difficile, post obitum illius 1770. forte deprehensum Londini in taberna libraria, migravit Tubingam cum emtore, qui Tabulam Africae a se exscriptam communicavit cum Eichhornio. Editum textum cum Parisiensis codicis apographo, quod nunc est bibliothecae Goettingensis, contulit Hartmannus, Eichhorn. Biblioth. Vol. IV. P. 3. p. 520–622. Accessiones atque emendationes ad Eichhorn. editionem dedit Rinckius, Memorabilien, P. III. p. 126–140.

164. Abulfedae tabulae quaedam geographicae et alia ejusdem argumenti specimina e codd. Biblioth. Leidensis nunc primum arabice edidit Frid. Theodorus

DORUS RINCK, Philoſophiae doctor. Lipſ. 1791. 8. pagg. 171.

Abſolvitur liber ſectionibus XV. non quidem indiſtincte ſed promiscue tamen poſitis. Editori cum viſum haud fuerit, vel leviſſimae operae quidpiam conferre, quod juvare lectorem poſſet; placet, ut factum eſt in Allgem. Literatur - Zeitung, 1793. Num. 233. ſingula capita referre ad verſionem Reiskii. I. Perſia, Tab. 10. II. de mari ambiente ſeu Oceano. ex Prolegomenis, p. 140. III. Kerman, Tab. 11. IV. de mari Bordil, ex Prolegomenis, p. 151. V. Inſulae maris mediterranei et occidentalis. Tab. 5. VI. Fretum Barbaricum, ex Prolegom. p. 144. VII. Fluvius Sihan, ex Prolegom. p. 168. VIII. Dailom. et Gil. Tab. 20. IX. de Oceano, ex Proleg. p. 145. X. Zableſtan et Gur. Tab. 23. XI. Tabareſtan, Mazanderan, Kumas. Tab. 21. XII. Tochareſtan et Badzachſchan. Tab. 24. XIII. Hiſpania. Tab. 4. Acceſſerunt XIV. excerpta ex theſauro geographico, Moſchtharek, et XV. excerpta geographica ex Hiſtoria Arabum in Hiſpania et Africa, cujus auctor eſt Mohioddin Abu Muhammed Abdoluahed Ben Ali Temimaei, Maroccanus, anno Heg. 581. natus, Chr. 1185.

Atque haec Excerpta edita ſunt germanice, cum annotationibus, Des Marockaners Abdulvaheb Temimi Fragmente über Spanien; aus dem Arabiſchen überſetzt von Jac. Chriſtian Guſtav Karſten, der Cameralwiſſenſchaft Befl. Roſtock, 1801. 4. pagg. 27. additum eſt p. 20 ſq. arabice excerptum ex opere Alwardi, de urbe Corduba, ejusque templo.

Meſopotamiam, Tabulam Abulfedae VII. arabice ex apographo Seebiſchii, quod eſt in bibliotheca Dresdenſi, edidit Roſenmüllerus, in Neuen Repertorium, Vol. III. Jenae, 1791. pag. IV - XXXVIII.

Spem

Spem ipse fecit, se et Tabulam VIII. de Irako editurum arabice, atque indicem in Abulfedae Geographiam confecturum esse, qualis Alb. Schultensii index geographicus, editus cum Vita Saladini.

165. Αμπουλφεδα Ισμαηλ βασιλεως Απαμειως εκ των γεωγραφικων πινακων περιγραφη Χορασμιας, Μαουαραλναρχης ἤτοι τῶν πέραν τȣ̃ ποταμȣ̃ Ὤξȣ τόπων, Αραβιας, Αιγυπτȣ, Περσιδος, ἔτι δὲ καὶ τῆς Περσικης και Ερυθρας θαλασσης, μεταφραθεῖσα ἐκ τȣ̃ πρωτοτύπȣ τῆς Ἀραβικῆς διαλέκτȣ κατὰ τὸν ἐν τῇ Καισαροβασιλικῇ τῆς Βιέννης βιβλιοθήκῃ κώδηκα, μετά τινων ὑποσημειώσεων, ὑπὸ Δημητριȣ Αλεξανδριδȣ ἰατρȣ̃, τȣ̃ ἐκ Τυρνάβȣ τῆς Θετταλίας, καὶ μέλȣς ἀντεπιςέλλοντος τῶν ἐν Ἰένῃ εταιριῶν, τῆς τε ὀρυκτολογικῆς καὶ τῆς φυσικῆς. Ἀξιώσει καὶ φιλοτίμῳ δαπάνῃ τῶν φιλογενεςάτων ἀδελφῶν κυρίων Ζωσιμαδων Α. Ν. Ζ. καὶ Μ. ἐν Βιεννη της Αυςριας. ἐκ τῆς τυπογραφίας Αντωνιȣ Σχμιδȣ. 1807. 8. pagg. 291.

Editio haec Abulfedae Excerptorum arabica cum versione neograeca ampliori juncta est operi, duobus voluminibus complectenti Geographiae veteris scriptores graecos minores, quos Jo. Hudson 5 Tomis edidit Oxoniae, 8. ann. 1698 sqq. et suis curis adornatos iterum edere instituit celeb. Bredow. Viennensis autem editionis haec est inscriptio, Συλλογης των εν επιτομη τοις παλαι γεωγραφηθεντων τύποις ἐκδοθέντων φιλοτίμῳ δαπάνῃ τῶν ἐξ Ἰωαννίνων φιλογενεςάτων ἀδελφῶν Ζωσιμαδων χάριν τῶν τῆς ἑλληνικῆς παιδείας ἐφιεμένων Ἑλλήνων. Τομος πρωτος. περιεχων Σκύλακος καὶ Ἀνωνύμȣ τινὸς περίπλȣς κ. τ. λ. εν Βιεννη της Αυςριας ΑΩΖ. pagg. 812. Τομος δευτερος περιεχων Διονυσίȣ οἰκȣμένης περιήγησιν κ. τ. λ. Τȣ́τοις προσετέθη Αμπουλφεδα ἀποσπάσματα γεωγραφικά,

 εν

ἐν Βιεννῃ της Αυστριας 1808. pagg. 530. Codex Caesareus Viennensis, quem secutum se esse profitetur editor, procul dubio ille est, quo a Tengnagelio secum communicato 1631. Guil. Schickardus usus est ad apographon sua manu conficiendum, superstes illud in bibliotheca imperiali Parisina, inter codices mstos numero DLXXXVII. designatum. vid. Nachrichten von ehemaligen Lehrern der hebr. Litteratur in Tübingen. pag. 178. Editoris a consilio alienum fuisse putandum est, vel de codice vel de editionibus quidpiam praefari. Abulfedam ipse, folii primi pagina altera, commemorat mortuum esse ἐν ἔτει ἀπὸ φυγῆς Μαάμεϑ 746. ἀπὸ Χρ. 1345. minus caute secutus auctoritatem Gravii. vid. supra p. 122. Pag. 4. ubi in inscriptione prosemii vocabulo وآلَّه addit أجمعين, monet lectorem his verbis: Ἡ λέξις أجمعين ἐλλείπει ἐν τῇ κατὰ τὴν Ὀξωνίαν ἐκδόσει τῦ Ἀμπυλφέδα. (Hudsoniana, num. 160.) ἐν γένει δὲ ἁπαντῶσιν ἐν ταύτῃ τῇ ἐκδόσει πολλὰ σφάλματα καὶ ἐλλείποντα, τὰ ὁποῖα ὁ ἀναγνώστης ἐμπορεῖ νὰ διορθώσῃ διὰ τῆς συγκρίσεως τῆς παρούσης. Sed quae notantur discrepantia loca, et perpauca sunt nec admodum gravia: veluti pag. 18. ubi verbis in textu editis من الشرق الي الغرب subjicitur haec nota, Ἡ ἐν Ὀξωνίᾳ ἔκδοσις γράφει من المشر sic الي الغرب Ἀλλ' ἐγὼ γράφω κατὰ τὸν κώδηκα ὡς ἀνωτέρω. In Arabiae descriptione, p. 80–171. addita est p. 124 sqq. ex Edrisii geographia descriptio Meccae, quam primus edidit Edw. Pocock, specim. Histor. Arabum p. 122 sq. atque ex hoc repetierunt complures, veluti Casiri, Catalogi T. II. p. 10. Wahl, Neue arab. Anthologie, p. 136. Hartmann, Edrisii Africa, p. 458. Aegypti descriptio p. 173–239. in ipso limine exhibet notam hanc, Ἡ

Ἡ περιγραφὴ τῆς Αἰγύπτȣ ἐξεδόθη ἐν Γοττίγγῃ ὑπὸ τȣ̃ Μιχαὴλ, πλὴν τὸ Ἀραβικὸν κείμενον εἶναι πλῆρες σφαλμάτων καὶ ἐλλειπόντων .... Carpitur paſſim ὁ Μιχαὴλ, pag. 190. 191. 217. 234. quod in reprehendendis aliis, maxime Reiskio, iniquior ipſe haud raro in Arabicis lapſus ſit. Pag. 216. ubi ſermo incidit de columna Pompeji Alexandriae, Michaeli tamen fefellit ſua auctoritate Demetrium, ut in verſione poneret τὴν ϛήλην τȣ̃ Σευήρȣ, cum tamen, quod dudum docuit H. A. Schultens, Bibliothecae Criticae Vol. I. part. 2. 1777. p. 109, عمود السواري ſit columna alias inter columnas poſita. Non pervulgatum videtur illud, quod hoc demum ſaeculo innotuit de iſta Columna, nunc Diocletiani dicenda, vid. Intelligenz-Blatt zur (Halliſchen) Allgem. Literatur-Zeitung, Num. 88. 27. Apr. 1803. Perſiam a ſe primum nunc editam ſibi perſuaſit Demetrius, p. 241. Ἡ περιγραφὴ τῆς Περσίδος ἤδη πρῶτον ἐκδίδεται ἀραβιϛὶ καὶ ἑλληνιϛὶ ὑπ' ἐμȣ̃, haud memor, a Rinckio magnam ejus partem vulgatam eſſe: igitur antehac inedita non ſunt niſi quae exhibentur pag. 250—277. nam quae ſequuntur p. 278—289. de mari Perſico et de mari Rubro, tradita ſunt etiam ab Hudſono pag. 67 ſqq. Quae p. 290. 91. addita eſt tabula, inſcripta Μῆκος καὶ πλάτος πόλεων τινῶν ἐξ αὐτογράφȣ τινὸς τῆς Ἰωαννιτῶν βιβλιοθήκης, ab Hudſono adjuncta eſt ad opuſculum Gravii, Binae Tabulae Geographicae ... et ab eodem inſcripta; „Longitudo et Latitudo quarundam urbium ex Cod. MS. in Bibliotheca Joannenſium repoſito.“ Hoc vero eſt: in bibliotheca Collegii Sancti Johannis Oxonii, St. John's College. Ipſae illae Binae Tabulae geographicae una Naſir Eddini Perſae, altera Ulug Beigi Tatari. opera et ſtudio Johannis Gravii, a Demetrio ſunt denuo editae p. 1 ... 65. has excipit p. 66 ... 75. in-

dex locorum quorum mentio facta ab Abulfeda, perutilis ille atque acceptus: quae ultimo loco accedit, p. 76 . . . 79, notitia auctorum, quibus uſus eſt Abulfeda, ſi ſint quibus ſatisfaciat, tamen talis haud eſt, qualis proficiſci poterat ab hoc editore bene verſato etiam in litteris Occidentalium. Qui ſit vero cur maluerit vulgata, neque tamen ea omnia, iterum vulgare, quam quae nondum edita eſſe noverat in lucem proferre, legentium haud fuerit conjectura aſſequi.

Illuſtr. de Sacy, in Magaſin Encyclop. anni 1808. referens de hac Abulfedae editione, nonnulla loca notavit, ſed ut non poteſt non humaniſſime, addita etiam honorifica profeſſione, in deſcriptione Perſiae non niſi unicum locum ſe deprehendiſſe minus exacte redditum. Aegre tamen cenſuram tulit doctiſſ. Demetrius, et Apologiam edidit, Réponse à la Critique de M. de Sacy . . . . pagg. 16. 8. Nobis viſum hoc unum obſervare: Viennenſis editio pag. 90. lin. 3. exhibet فيها بطن السمعاني, at Oxonienſis pag. 8. lin. 9. refert فيها يظن السماني, quae cum latine reddita ſint: quemadmodum Alſameany putat, evidens eſt, caſu فيها poſitum eſſe pro فيها, nec non السماني pro السمعاني: et السمعاني nomen auctoris conſpicuum quoque p. 77. inter Ὀνόματα συγγραφέων καὶ βιβλίων, ὅσων μνημονεύει ὁ Ἀμπελφέδας ἐν τῇ γεωγραφίᾳ, caſu tamen ſcriptum السماعني. Igitur certum, veram lectionem eſſe فيها يظن السمعاني non ſolum dicto loco p. 90. ſed et altero, p. 64. lin. 11.

166. كتاب عجايب المقدور في اخبار تيمور
تاليف احمد بن عربشاه

Ahmedis Arabsiadae vitae et rerum gestarum Timuri, qui vulgo Tamerlanes dicitur, Historia. Lugd. Bat. ex typographia Elseviriana. 1636. 4. pagg. 448.

In edendo hoc libro eorum, qui uti illo velint, minus quam suo ipsius commodo consultum voluisse videri possit Golius. Etenim ad sermonem arabicum, ne sectionum quidem numeris distinctum, qui, si quis alius, multiplicis generis auxilia requireret, nihil accessit praeter praefationem latinam ad linguae arabicae studiosos, et ipsa neutiquam talis, qualis a Golio poterat exspectari: etenim neque de codice, quem secutus sit, neque de auctore, quis fuerit, ubinam et quo tempore vixerit, quo vitae genere usus sit, quibusnam aliis scriptis inclaruerit, quidquam commemorat. Fuit autem Islamiticae legis doctor haud incelebris, natus Damasci, ubi etiam mortuus est a. Heg. 854. Chr. 1450. vid. D'Herbelot Bibliotheque orientale, p. 121. De-Rossi Dizionario, p. 40. — Historiam Timuri perfecit anno 841. teste Urio in Catalog. codd. Bodleian. p. 163. num. DCCXXXII. Codice autem usus est editor, scripto a. Heg. 945. quod cognovimus ex Catalogo librorum Jo. Jac. Schultensii, Lugd. Bat. 1780. 8. ubi p. 602. inter codd. mstos. in 4. commemoratur: „3833. Arabschiadis vita Timuri arabice. Codex scriptus A.H. 945. quo Golius in edendo hoc libro usus est, et cui multa in margine adscripsit.“ Spem quidem fecit Golius, suppeditaturum se esse altero volumine, quae ad juvandam lectionem pertineant. Ita enim ille: „Operam itaque dedi, ut scriptorem hunc integrum, et qualem offendi, factaque gemini codicis M. S. collatione emendatum publicarem: separato volumini destinatis, quae ad interpretationem ejus pertinent, et necessarias

rias notas. Neque enim dubitem, tali ipſum loco habere, ut exiſtimem ad Arabici ſtudii metam perveniſſe et palmam ferre, qui unum hoc ejus ſtudium rite confecerit. Ut vero ad eam rem facilis et inoffenſa pateret via, propoſitum mihi fuerat junctim dare volumen utrumque: ſed cum Arabico ad umbilicum perducto, ejus in anteceſſum editionem Typographi urgerent: nolui eorum commoda, aut forte etiam veſtra, remorari." – At deſuit eventus omnis, etſi poſt 30 annorum moram demum e vita diſceſſerit Golius, ſeptuagenarius, proſpera nunquam non uſus valetudine. Gronovio tamen teſte in laudatione funebri, in ejus exſequiis recitata a. d. IV. Nov. 1667. „Hiſtoriam Timuri arabicam iterum, vocalibus expreſſis notisque neceſſariis additis, unacum verſione latina et commentariis, qui totius orientis res illuſtrarent, proelo propemodum paratam reliquit." p. 20. Apparatus iſte quamnam poſthac ſortem expertus ſit, paucioribus conſtat. De latina verſione teſtem nunc habemus clariſſ. Ant. Theod. Hartmann, qui in Intelligenzblatt zur Leipziger Literatur-Zeitung, 11. St. 7. März. 1807. refert, eam a ſe deprehenſam eſſe Bremae in bibliotheca ſcholae epiſcopalis, huic paucis ante annis comparatam a Bredencampio, poſtquam fuiſſet, aere redemta anno 1703. ex libris Golii filii ſenatoris Hagani, Jacobi Meieri prof. Bremenſis, anno 1741. mortui; quod conſtare poterat ex Dunckels Nachrichten von verſtorbenen Gelehrten, I Tom. 2 part. (1753.) p. 155. vel ex Meuſelii Bibliotheca hiſtorica, Vol. II. P. 2. p. 235. Exemplum autem editi Timuri, refertum caſtigationibus notisque adſcriptis manu Jac. Golii, qui abſolutam ab ſe hanc operam fuiſſe 24. Jun. 1659. ſignificavit, ſervatur in bibliotheca Bodleiana, cum aliis Golianis permultis, quae ſunt ex publica venditione, habita menſe Octbr. 1697. Lugduni Bat. poſtquam ante 28 annos oblatum a Cantabrigienſibus pro integra bibliotheca pretium

tium ingens recuſaſſent haeredes Golii, ab Ed. Bernhardo illata in Angliam. Vid. Vita Ed. Bernhardi, ſcriptore Th. Smith. Lond. 1704. 8. p. 49. Verum Notae iſtae multum abeſt ut ſint conſummatae atque perfectae. – Lipſiae vulgatus eſt catalogus librorum inte ab xı. Maji 1807. publice vendendorum, qui in Anhang, praemiſſis verbis: „libri cum notis mstis. celeberr. virorum" obtulit etiam hos: 3. Ahmedis Arabſidae vitae et rer. geſtar. Timuri hiſtoria Arab. ſtudio Golii, Lugd. B. 636. cum mſſ. collat. et usque ad p. 57. punctis vocalibusque inſtr. in ſeqq. alicubi contin. κτημα Jac. Meieri. 4.

4. Idem liber. In fine: Abſolui collationem cum autographo Cl. Golii quod exſtat in bibl. Bodlej. Oxon. die 11. Sept. 1703. Jacobus Meier. 4.

Quam fortem nacta ſint haec duo exempla, nobis haud conſtat. Certe tria iſta volumina Jac. Meieri, non alia, ſunt quae reſpexiſſe putandus eſt Conr. Ikenius, cum Reiskio ſcriberet, Bremae 1749. haec: „Si Tibi adhuc animo ſedeat, quod quondam mihi per litteras ſignificaſti, Timuri hiſtoriam edere, haberem non pauca, quibus forte adparatum Tuum quodammodo augere poſſem." Vid. Reiskens Lebensbeſchreibung, p. 591.

167. Ahmedis Arabſiadae vitae et rerum geſtarum Timuri, qui vulgo Tamerlanes dicitur, Hiſtoria, latine vertit, et adnotationes adjecit Samuel Henr. Manger. Tomus I. Leovardiae 1767. Tomus II. ib. 1772. 4. (T. I. abſolvitur pagg. 645. T. II. 1016, acceſſit p. 960. quae antea non edita erat, خاتمة, ſive oratio finalis).

In adornanda hac editione uſus eſt Mangerus, fruſtra Golianam verſionem conſectatus, potiſſimum aliqua lectionum notarumque criticarum materia, quae primum ab A. Schultenſio ad marginem libri ſui adſcripta, deinde ad complures Schultenſii discipulos pro-

propagata fuit. Etenim Reiskius ante iter Hollandicum, Dresdae ex Seebiſchii exemplo, quas ipſe Pariſiis ex codicibus duobus, Colbertino et Piqueſiano, lectiones adnotaverat, in ſuum exemplum tranſtulit, librumque ſecum Leidam apportavit. vid. Lebensbeſchreibung, p. 134. Schultenſius autem in ſuo exemplo adſcriptas habebat lectiones msti. Leidenſis. Itaque ex libro Reiskiano deſcripſit quoque Pariſienſes lectiones: viciſſim Reiskius ex Schultenſiano Leidenſes in ſuum derivavit. Hoc ipſo cum olim 1768. 69. uſus ſim in legendo, duce optimo Reiskio, Mangeri volumine primo; cognitum eſt, in nova editione lectiones non commemorari accuratiſſime. Latina etiam verſio haud multum probata Reiskio. Annotationes denique, neque copioſae, neque permultae lectionis, haud multum faciunt ad illuſtrandum ſcriptorem praeprimis difficilem.

Dicendi enim genere uſus eſt vario, luxurioſo, tumido, contorto; id unice agens, ut ingenii copiam, lectionis varietatem, et linguae arabicae abundantiam legentibus comprobaret. Habemus Levini Warneri Epiſtolám valedictoriam (ad ſtudioſos quosdam juvenes), in qua inter alia de ſtylo Hiſtoriae Timuri. Lugd. B. 1644. 4. p. 12. Verum ſiquis ſit, qui Arabſchiadae ingenium dicendique genus noſcere cupiat, Hottingerum adeat, qui Hiſtor. Eccleſiaſticae Novi Teſt. Part. IV. Tiguri 1657. 8. p. 609 ſq. non modo lectiſſimos orationis flores, eosque permultos excerpſit, ſed et totius operis quandam veluti epitomen exhibuit.

Mirum in modum Timuri Hiſtoriam celebravit Guil. Jones, poëſeos Aſiaticae commentar. Londini 1774. 8. p. 288. Lipſienſis edit. 1777. pag. 238. „Equidem, inquit, inter poëmata heroica Timuri hiſtoriam, quam compoſuit ſcriptor admirabilis Ebn Arabshah, non vereor recenſere: ita pulchris abundat

dat imaginibus, ita jucundis narrationibus et descriptionibus naturae, morum, affectuum; ita magnificis illuminatur figuris, tam dulci numerorum varietate, tanta elegantiarum copia conspergitur, ut nihil cogitari possit accommodatius ad lectorem vel delectandum, vel docendum, vel etiam permovendum. – Omnia non frigide, non sicce denarrat, sed librum conspergit jucundissima rerum varietate, descriptionum copia et suavissimis poëseos Asiaticae luminibus. Multas porro intexit narrationes, quas Graeci Ἐπεισόδια vocant, easque Musa Homerica non indignas. –

Turcice librum vertit Nazemi Zadeh, jubente Praefecto (Paschah) Bagdadense. Sed cum versio oblata Praefecto haud quaquam probaretur, ob dicendi genus elatum tumidumque, jubente illo aliam stylo remisso et plano confecit idem Nazemi Zadeh, quae deinceps formulis exscripta prodiit Constantinopoli in 4. anno 1142. Chr. 1729. vid. de fatis linguarum orientalium commentatio (auctore Jenischio) pag. LXXVII. Letteratura turchesca dell' Abate Giambatista Toderini. Tom. III. p. 75 sq. vel Hausleutners teutsche Uebersetzung, P. II. p. 209.

Gallicam libri versionem edidit Petrus Vattier, duabus partibus. 1. L'Histoire du Grand Tamerlan traduite de l'Arabe d'Achamed fils de Gueraspe – Paris. 1658. 4. 2. Portrait du Grand Tamerlan avec la suite de son histoire jusques à l'établissement de l'empire du Mogol. ib. eod. „Les scavans dans la langue Arabique trouvent beaucoup de fautes dans cette traduction" verba sunt D'Herbeloti, Biblioth. Or. p. 72. Putem quoque anglicam exstare, The life of Tamerlane the great emperor of the Tartars written in arabic by the historian Ahmed Arabsiadah.

Thomae Hyde Specimen Historiae Timuri, arabice, persice, latine, exhibet initium, in Mangeri edit. p. 6–10. vid. Th. Hyde Syntagma dissertationum

num separatim editarum - cura Gregorii Sharpe. Oxonii 1768. 4. Tom. II. p. 439-442.

Gregorius Abulpharagius, كريغوريوس, ابو الفرج بن اهرون, Bar-Hebraei nomine nunc fere celebratior, de quo vid. De-Rossi, Dizionario, pag. 9. natus est Melitinae, quae arabice ملطية Malatia dicitur, ann. Chr. 1226. patre christiano, Aarone, medico. A puero in litteris graecis, syriacis, arabicis bene versatus, philosophiae ac theologiae operam dedit, et medicinam duce patre aliisque ipse coluit, permagnam nominis famam adeptus. Anno aetatis vigesimo episcopus Gubae ordinatus, proximo anno ad ecclesiam Lacabenam, brevi hinc ad Halebensem translatus, annos natus quadraginta ad Maphriani, h. e. Primatis Orientis dignitatem evectus est, quam tenuit ad annum usque 1286. quo obiit Maragae, quae est urbs haud incelebris provinciae Aderbiganae, ibique sepultus est perquam honorifice. Conscripsit Abulpharagius praeter alia multa syriaco sermone opus historicum in 3 partes divisum. Prima universam historiam complectitur inde ab orbe condito ad aevum usque auctoris; secunda recenset Patriarchas Antiochiae et Jacobitarum: tertia Primates, Patriarchas et Maphrianos Orientis. Universum opus ab se jam „Latinitate cum Notis donatum esse," ut in rei publicae litterariae gratiam edatur, professus est Steph. Evodius Assemanus, in Bibliothecae Mediceae codd. mss. oriental. catalogo. Florentiae 1742. fol. p. 197. Alteram tertiamque partem cognitam habemus ex Jos. Simon. Assemani Bibliothecae Orient. Tom. II. Rom. 1721. fol. p. 321 sq. prima vero edita est integra syriace cum versione latina: Barhebraei Chronicon syriacum e codicibus Bodleianis descriptum conjunctim ediderunt Paut. Jac. Bruns et Georg. Guil. Kirsch, Lips. 1789. 4. At Arabice traditum pridem innotuit Chronicon illud, quod universam historiam refert. Ete-

Etenim Abulpharagius, cum proximo ante obitum tempore perveniſſet Maragam, rogatus eſt a quibusdam, velit opus ſyriace compoſitum in Saracenicam linguam transferre, ut ipſis quoque eo uti ac voluptatem inde percipere liceret. Annuit ille, coepitque hiſtoriam vertere ſtylo eleganti per menſem circiter, donec prope ad finem opus perductum fuit, ut non ſupereſſent niſi tria forte folia, antequam febri corriperetur, qua extinctus eſt. Atque hoc arabicum opus dignum viſum eſt Edwardo Pocockio, cui tractando edendoque operam ſuam impenderet.

168. لمع من اخبار العرب Specimen Hiſtoriae Arabum, ſive Gregorii Abul Farajii Malatienſis, de origine et moribus Arabum ſuccincta narratio, in linguam latinam converſa, notisque e probatiſſimis apud ipſos authoribus, fuſius illuſtrata. Opera et ſtudio Edvardi Pocockii, linguarum hebr. et arab. in academia Oxonienſi profeſſoris. Oxoniae excudebat H. Hall. 1650. 4. pagg. 390.

In praefatione de auctore refert Pocockius accurate quidem et laudabiliter, lapſus tamen in unica formula المغريان المؤيد, quam reddit: Doctor divina ope ſuffultus, haud memor, dignitatis eccleſiaſticae nomen eſſe inter Jacobitas Syros poſt Patriarchalem praecipuae. Sed plura poſtmodum et certiora de eo dedit cum Euſeb. Renaudot, in Liturgiarum oriental. Collectione, Paris. 1716. 4. Tom. II. pag. 469. tum maxime Jo. Sim. Aſſemanus Biblioth. Orient. Tom. II. Vid. quoque Aſſemanns oriental. Bibliothek in einen Auszug gebracht von A. F. Pfeiffer, Erlang. 1776. 8. p. 352. Libri Pocockiani praeſtantia maxime poſita eſt in Notis ſeu commentario, ubi mirifica cernitur rerum copia et varietas, ex centenis auctoribus orientalibus ſelectarum prudenter absque omni oſtentatione, a qua longiſſime aberat Pocockius.

Reis-

Reiskio judice, ſane perito, Prodidagmat. pag. 228. eſt liber incomparabilis, plenus litteraturae arabicae et bonae frugis. Singularem quoque, ubi prodiiſſet, in laudem ceſſit non editori tantum ſed et Oxonienſi academiae, dignus omnino fructus ex arabica, quae demum brevi antea ibi inſtaurata eſſet, typographia, teſte Twells, in Pocock's Life, prefixed to his Theological Works. 2 Voll. Lond. 1740. fol. p. 44. med. qui p. 33. perhibet librum publici juris factum eſſe exeunte anno 1649. Notae praefixum habent titulum ann. 1648. Hinc factum ut eſſent, qui ad hunc annum referrent libri editionem. vid. Freytag Analecta litteraria de libris rarioribus, p. 692. Qui ſecundam tradit editionem, Lipſienſem, Rich. Simon, Bibliotheque choisie Tom. 2. p. 93. videtur in mente habuiſſe Ed. Pocockii Notas ad Portam Moſis; has recudi curavit Reineccius Lipſiae 1705. 4.

169. Specimen hiſtoriae Arabum; auctore Edvardo Pocockio; acceſſit Hiſtoria veterum Arabum ex Abu'l Feda: cura Antonii J. Sylveſtre de Sacy. Edidit Josephus White, S. T. P. Aedis Chriſti Canonicus, linguarum heb. et arab. in Acad. Oxon. Profeſſor. Oxonii, e typographeo Clarendoniano. 1806. 4. pagg. 573.

Si quis alius, hic certe praeſtantiſſimus liber dignus erat nova eaque ornatiore editione. Hanc ut ſuſciperet celeb. Joſ. White, effecit exemplum libri caſu ipſi oblatum, quod Georgius Sale ſua ipſius manu a mendis typographicis liberavit ſingulis paginis, et paſſim ſua animadverſione notavit. Haſce notationes recepit nova editio, ſed ſunt numero perpaucae, veluti pag. 14. 48. 90. (pag. 103. quae in infima ora conſpiciuntur, ipſius Pocockii ſunt, translata huc ex primae editionis loco extremo,) pag. 199. 247. Pag. 215. loco Ebn Chalecani, quem latine tantum refert vetus editio p. 112. adpoſuit Sale arabicum textum.

Etiam

Etiam pag. 159. addita nonnulla arabice, forte ab editore, quae absunt ab editione prima p. 153. Contra vero p. 307. omissus Maimonidis hebraeus textus primae editionis p. 316. haud sublatis vocibus in margine positis: „Desunt haec in libris impressis." Locus ille haud incelebris Abulpharagii de Syriacis Vet. Test. versionibus, edit. 1. p. 185. in quo *Figuratae* versionis mentionem deprehendisse sibi visus est Pocockius, repetitus p. 189. nulla animadversione addita, quamquam dudum vidit Eusebius Renaudot Perpetuité de la Foi, Tom. V. p. 545. et in Praefatione ad Liturgiarum Oriental. Collectionem, p. 18. et nunc confirmavit ill. de Sacy, (vid Eichhorn's Allgem. Bibliothek, VIII. Bd. 4. St. p. 588. et maxime Einleitung in die göttl. Bücher des A. T. von Jo. Jahn, II. Th. 1. Abschn. 1803. praefationis pag. IV.) veram lectionem non esse posse nisi hanc

. . . وحيرم صاحب صور والسبعيني . . .

Hirami Tyri principis, et Septuaginta viralis . . . quapropter ferri nequit quae a nonnemine venditata est in (Hall.) Allgem. Liter. Zeitung, Num. 174. ann. 1804. loci interpretatio: et (habent versionem) *participem figurarum* Septuaginta viralis, (nimirum signis Origenianis distinctam). Sed verae illius sanaeque lectionis copia jam longo tempore facta erat omnibus. Abrahamus Ecchellensis edidit Romae 1653. 8. Catalogum librorum Chaldaeorum auctore Hebedjesu latinitate donatum et notis illustratum; tradito in Notis loco Jesudadi, (quem exhibet etiam Jos. Simon. Assemani Biblioth. Orient. Tom. III. P. 2. p. 212.) similem quoque locum Bar Hebraei seu Abulpharagii inde a verbis وهذا النقل usque ad برمان طويل recitavit pag. 240. descriptum certe ex msto. aliquo exemplo, nondum cognito Specimine Pe-

Pocockii opera edito, et quidem recitavit locum hac ratione, ut poneret

وقيل قبله في زمان سليمان بن داود وحيرم

صاحب صور والسبعيني التغول من اليوناني

Index, pag. 377–411. quem confecit editor, non poteſt non acceptiſſimus eſſe in tanta rerum, de quibus agitur, copia et varietate. Sed – verba ſunt editoris – „unicum operis noſtri ornamentum, et acceſſio pulcherrima, eſt Appendix a Viro Clariſſimo Sylvestro de Sacy, Pariſienſi, confecta, et humaniſſime mecum communicata. Siſtit ea tibi Excerpta ex parte Annalium Abulfedae inedita de rebus Arabum ante Mohamedem. Cum enim partem illam utiliſſimam cognitu, et a Pocockio in Notis ſuis multo cum fructu tractatam, nulla huc usque editio Abulfedae proponat; particulas tantum decerpſit A. Schultenſius in Hiſtoria imperii vetuſtiſſimi Jocktanidarum; illuſtris ille Pariſienſis, pro amore quo eſt in has literas, aegre ferens eam in tenebrio deliteſcere. Excerpta inde, quae juſtum aliquod opusculum de Hiſtoria Arabum paganorum conficerent, e MSS. deſcripta et Latine converſa, ad me transmiſit. Quo nomine quicquid gratiae vel pretii chartis noſtris accedet, ei omne lubens acceptum refero.“

170. تاريخ مختصر الدول Hiſtoria compendioſa Dynaſtiarum, authore Gregorio Abul-Pharajio, Malatienſi medico, hiſtoriam complectens univerſalem, a mundo condito, usque ad tempora authoris, res Orientalium accuratiſſime deſcribens. arabice edita, et latine verſa ab Ed. Pocockio. Oxoniae 1663. 4. text. arab. pagg. 565. verſ. lat. pagg. 368. Subſiſtit narratio anno Heg. 683. qui coepit Mart. 20. 1284. aerae vulgaris. Sed addidit Pocockius Supplemen-

mentum Hiſtoriae rerum a Gregorii exitu usque ad ſua tempora, latine tantum, pagg. 66.

Qui in arabico opere nominantur auctores, enumerat Aſſemanus, Biblioth. Orient. Tom. II. p. 310 ſq. Obſervavit Caſiri, Biblioth. Eſcorial. Tom. II. p. 332. ex anonymi cujusdam, qui floruerit ann. Heg. 595, Hiſtoria litteraria Sapientum, ex qua Tom. I. ampla loca ſunt excerpta, permulta depromſiſſe anctorem Hiſtoriae Dynaſt. Et confirmavit hoc Ruſſelius, exemplum codicis Halebi nactus. Nachricht von dem Zuſtand der Gelehrſamkeit – zu Aleppo. Götting. 1798. 8. p. 1. Quae autem ratio ſit ſyriacum inter et, quod ex hoc derivatum eſt, arabicum opus, intelligas ex relatione in Götting. Anzeigen 1789. pag. 1738. Caeterum opus hoc Pocockianum cum prodiret, eo, quo dignum erat, plauſu comprobatum fuiſſe negat Twells, loc. cit. p. 60. Argumentum operis traditum in (Baumgarten) Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek, Tom. V. p. 285. ubi notatae etiam leves aliquot in verſione latina mendae. Exſtare exempla, quae prae ſe ferant inſcriptionem: Hiſtoria orientalis – edita ab Edw. Pocock, 1672. teſtis eſt Adelung Zuſätze, voce Abulpharagius, col. 105.

Des Gregorius Abulfaradſch kurze Geſchichte der Dynaſtien, oder Auszug der allgemeinen Weltgeſchichte, beſonders der Chalifen und Mogolen. Aus dem Arabiſchen überſetzt, mit erläuternden und berichtigenden Anmerkungen von M. Georg Lorenz Bauer. Erſter Band. Leipzig 1783. Zweyter Bd. 1785. 8. Commendatus eſt hic liber in Nürnberg. gelehrten Zeitung, 1783. p 387. et 1785. p. 622. Sed videtur iniquiorem, quam par erat, ſucceſſum habuiſſe. Animadverſiones, non nimis frequentes, hiſtorici potiſſimum argumenti ſunt, et verſionem ipſam paſſim reddunt emendatiorem.

Euty-

Eutychius, s. Said Ibn Batrik, سعيد ابن بطريق Fostati in Aegypto natus anno Heg. 263. Chr. 876. Patriarcha Melchitarum Alexandrinus factus a. Heg 321. Chr. 933. obiit Alexandriae a. Heg. 328. Chr. 940. vid. D'Herbelot in Biblioth. Orient. p. 736. et Euseb. Renaudot in Historia Patriarcharum Alexandr. Jacobitarum p. 346 sq. Confecit praeter alios libros, etiam de rebus medicis, Syntagma Historiae, seu annales inde ab orbe condito ad suam usque aetatem. De auctoritate ejus sic statuit Renaudot, loc. cit. p. 348. „Habet sane Eutychius unde commendetur inter Orientales, apud quos historia generalis nulla exstat, quae cum illus opere possit comparari. Unde non solum Christiani, sed Makrizius et alii Muhamedani eam sequuntur, atque is ultimus eam ab utilitate sua laudandam existimavit, eamque describsisse perpetuo deprehenditur." Johannem Hesronitam, e monte Libano Maronitam, Eutychii historiam in se suscepisse latine vertendam constat ex ipsius Epistola ad Urbanum VIII. pontificem maximum, Bellarmini Catechismo arabice a se reddito Romae 1627. 8. praefixa, qua „accipe igitur, inquit, hunc qua soles benignitate libellum, dum interea historiam de mundi Seculis *Felicis* Alexandrini patriarchae, arabico sed pereleganti stylo conscriptam, paro." Multa passim ex Eutychii opere, nec dum edito, retulit Hottinger, cui Patricides ille dicitur, in Historia sua orientali, Tiguri 1651. 4. iterum edita ib. 1660. 4.

D'Herbelot, dicto loco, haec refert: „Seldenus, et Pocockius nous ont donné cette Histoire avec une Version Latine, sous le titre des Annales d'Eutychius." Atque etiam Catalogus impressorum librorum Bibliothecae Bodleianae Tom. I. pag. 238. voce: Eutychius, sic habet: Annales, Arabice et Latine per Jo. Seldenum et Edw. Pocockium. Oxon. 1656.

Verum

Verum Seldenus nonnisi partem exiguam seorsim edidit. Universi operis editio operae ac studio debetur unius Pocockii. Etenim Seldenus, qui minus faveret Episcoporum ordini, cum incidisset in locum Eutychii, quo refert, Marcum Evangelistam Alexandriae primo Patriarchae adjunxisse collegium duodecim presbyterorum, qui, si vacaverit Patriarchae locus, ex ipsorum numero unum eligerent et Patriarcham eum constituerent – tantum tribuit scriptoris sui arabici auctoritati, ut caput illud singulari libro ederet arabice et latine, addito commentario perquam copioso. Idem postmodum Pocockio, apud quem gratia multum valebat, suasor fuit et impulsor, ut integrum Eutychii opus non latine tantum sed et arabice in lucem ederet, suismet sumtibus excudendum, et suis quoque observationibus passim, uti res ferret, illustrandum. Et sumtus quidem liberaliter ille praestitit, sed annotationum, operi addendarum, haud quidquam conferre potuit, e vita sublatus inclinante anno 1654. cum excudendi libri factum esset initium.

171. Eutychii Aegyptii, Patriarchae Orthodoxorum Alexandrini, scriptoris, ut in Oriente admodum vetusti ac illustris, ita in occidente tum paucissimis visi tum perraro auditi, Ecclesiae suae Origines. Ex ejusdem Arabico nunc primum typis edidit ac versione et commentario auxit JOANNES SELDENUS. Londini 1642. 4. pagg. XXXVIII. et 184.

172. يظم الجوهر *) Contextio gemmarum, sive, Eutychii Patriarchae Alexandrini Annales. Illustriss.

*) sic expressum est, mendose, loco نظم. In fronte alterius Tomi expressum est: Eutychii Patriarchiae.

striss. Johanne Seldeno τε̃ μακαρίτε, chorago. Interprete Edwardo Pocockio, linguarum hebraicae et arabicae in academia Oxoniensi professore publico. Oxoniae. 1658. Tomus alter. ib. 1659. 4. Tom. I. pagg. 552. Tom. II. pag. 533. Accesserunt indices copiosi; et Chronologiae Eutychianae Parapegmata, sive epocharum, quae ab Auctore subinde memorantur, insigniorum intervalla; et alia.

173. Eutychius Patriarcha Alexandrinus vindicatus, et suis restitutus Orientalibus; sive responsio ad Joannis Seldeni Origines in duas tributa partes, caet. auctore Abrahamo Ecchellensi Maronita ex Libano. Romae, 1661. 4.

Inscriptio integra operis et argumentum vid. in Baumgarten's Nachrichten von merkwürdigen Büchern, Tom. VI. p. 268 sq. Particula Eutychii ex editione Londin. 1642. hic repetita, unacum interpretatione Seldeni, pag. 22 - 31. subjuncta versione nova, ad verbum quidem facta, sed illa tamen luculentiore, p. 31 - 35. Haud quidpiam sane praetermisit Abrahamus, quod animadversioni suae locum concederet: acerbissime autem invectus est in Seldenum ob locum واما سوالهم لئم يسمي بطريك الاسكندرية بابا, perperam ab eo redditum his verbis: *is etiam petiit ab eis ne Patriarcha Alexandrinus Papa vocitaretur*, sumto لم, non لم; quod utique Pocockio accidere non poterat *), qui scienter pag. 332.

*) Accidit autem mihi, ut Diss. de Pentatevcho arab. polygl. p. 216. verbis Gen. 31, 27. لم لم تخبرني, quare non indicasti mihi? has voces adjicerem; *sic quidem habet codex, sed omnino legendum videtur* لما.

Pro-

332. Tom. I. verba interpretatus eſt: Quod autem quaerunt [nonnulli], quare Patriarcha Alexandrinus vocetur Papa? [ſciendum eſt] caet. In quaeſtionibus hiſtoricis recitavit Abrahamus permulta loca ex opere arabico msto. Severi, ſeculo X. epiſcopi Aſchmunin, de Patriarcharum Alexandrinorum vitis, eodem quo uſus eſt etiam Renaudot in Hiſt. ſua Patriarcharum Alexandrin. ut ex ipſa libri inſcriptione protinus cognoſcitur. Ex hoc Severi opere nonnihil editum exſtare, hoc loco videtur commemorandum.

174. Vitae Patriarcharum Alexandrinorum quinque, Specimen primum arabice edidit, latine vertit notasqne adjecit Jo. Frid. Rehkopf, Artium Magiſter. Lipſiae, 1758. 4 pagg. 18. – Specimen ſecundum, ib. 1759. pagg 18. – Animadverſiones hiſtorico criticae ad vitas Patriarcharum Alexandrinorum ſaeculi primi et ſecundi, Specimen tertium. ib. eod. pagg. 39.

Vitae decem, eaeque perbreves, arabice editae ſunt ex apographo, quod ſibi confecerat Jo. Chriſt. Clodius ex libro msto Uffenbachii, quem refert Bibliotheca Uffenbachii MSSta, Halae, 1720. fol. col. 699. conf. Acta Eruditorum Lipſienſia A. 1727. pag. 285. Singulis vitis addita verſio latina, et copia adnotationum multiplicis generis. In tertio ſpecimine etiam id egit auctor, ut demonſtraret contra Abr. Ecchellenſem et Euſ. Renaudotum, ex Severo probari non poſſe inter epiſcopos et presbyteros veteris eccleſiae diſcrimen, neque eum in commemoranda ratione ordinandorum antiſtitum ſtare a partibus Romanae eccleſiae. Ceterum arabica, quae Rehkopf cum edere inſtitueret putabat inedita, pleraque ſed ſparſim vulgata

Promiscue ſcribi لم pro لب, vel Golius docet, voce لم.

gata dudum erat ab Abr. Ecchellenſi in Eutychio vindicato.

175. Vita et res geſtae Sultani, Almalichi Alnaſiri, Saladini, Abi Modafferi Joſephi f. Jobi f. Sjadſi. auctore Bohadino f. Sjeddadi. Nec non excerpta ex Hiſtoria univerſali Abulfedae, easdem res geſtas, reliquamque hiſtoriam temporis, compendioſe exhibentia. Itemque ſpecimen ex hiſtoria majore Saladini, grandiore cothurno conſcripta ab Amadoddino Jſpahanenſi. Ex mſſ. arabicis Academiae Lugduno-Batavae edidit ac latine vertit Albertus Schultens. Accedit index commentariusque geographicus ex mſſ. ejusdem bibliothecae contextus. Lugduni Bat. 1755. fol. ſed renovata eſt haec inſcriptio; opus enim prodiit anno 1732.

Bohaddin, cujus integrum librum capiunt paginae 278. natus ann. 539. Mosûli, Kadi ſeu Judex fuit, et quidem Halebi, quod ex cod. Bodlejano DCCLXXXVIII. refert Uri, Catalog. p. 173. Anno 584. qui coepit 2 Mart. 1188. Chr. a Saladino in miniſterium et comitatum receptus, quae abhinc ab eo geſta ſunt ipſo praeſente et vidente, enarravit (inde a p. 79.) diligenter usque ad obitum Sultani, defuncti ann. 589. ſed quae prius acta eſſent, breviter tantum et ſummatim perſtrinxit; uſus dicendi genere facili et perſpicuo, quale cernitur in Abulfeda. Obiit fere 93 annos natus ann. Heg. 632. Chr. 1234. teſte Abulfeda ad h. a. De-Roſſi Dizionario, p. 52. De Sacy, Abdollatiph, p. 489. not. 83.

Ex Abulfeda quae ſunt excerpta, (pagg. 64.) incipiunt anno 556. Chr. 1161. Adlerianae editionis Tom III. pag. 579. deſinuntque anno 589. Adler. edit. Tom. IV. pag. 143. Lectio arabica non utrimque prorſus eadem, quamquam ab utroque, Schultenſio Reiskioque, ex eodem codice Leidenſe derivata. Reiske in Prodidagm. pag. 228.

228. „vidi, inquit, Schultensium praeteriisse passim aliqua necessaria; intellectu quaedam difficiliora omisisse; mutasse non monito lectore bonas lectiones praeter rem; et sinistre quaedam accepisse. Quod mihi valde mirum accidit."

Ex Amadoddini Ispahanensis opere primi tantum capitis specimen editum, subjecto commentario grammatico perquam copioso, pagg. 26. Integrum opus, quod Saladini res gestas inde ab anno 583. complectitur, exstat in bibliotheca Leidense, et quidem punctis vocalibus instructum, grandibusque litteris nitide descriptum. Exstant quoque in bibliotheca Bodlejana duo ejusdem exempla, Num. DCCLXXV. p. 171. et Num. DCCCXXIV. p. 179. Auctor, Ispahano oriundus, qui, Saladini scriba, ipse rebus interfuit, et quicquid quotidie actum esset, in commentarios retulit, mortuus est anno 597. teste D'Herbelot, voce Emad, p. 313. Scribendi genere usus est immani; ut Schultensius ipse asseveret, longissimo eum intervallo infra se relinquere, quicquid unquam sublime tumidumve a se lectum aut inspectum, atque ipsum adeo Arabsiadem ejus tantum vestigia procul adorare.

Qui postremo loco accedit, Index geographicus ex Abulfeda et compendio Thesauri geographici Jacuti Hamatensis maximam partem concinnatus et instructus, integrum alphabethum explens, decus est ac ornamentum voluminis, multo suo fructu perquam commendabile.

'Caeterum memorabile est hoc. Schultensius, extremo praefationis loco innuit, Bohadini quo usus sit exemplum videri sibi ipsum Autographum. Reiskius, in Adnotat. Histor. Abulfedae Tom. III. p. 764. nota (450) haud dubitanter adfirmat: Ex Saladini bibliotheca aliquas reliquias in bibliotheca Leidense 'ipse

ipse vidi olim et tractavi, ut indicabant elegantissimae inscriptiones.

Abdollatiphi, عبد اللطيف, Brevis Recensus rerum Aegypti nonnisi unum adhuc exemplum cognitum habemus, quod est bibliothecae Bodlejanae Oxonii.

Singularis fere et pene mirifica fors erat quae Abdollatiphum in Anglia reprimeret quasi, nec sineret in lucem et celebritatem hominum eluctari. Scriptorem hunc ex permultis aliis selegit Ed. Pocockius, quem ex codice suo, secum ex Oriente advecto, arabice et latine ederet filius, Edwardus. Initium quoque libri typis excudendi factum, sed mortuo patre 1691. coepto prorsus destitit editor, aegre ferens successionem in parentis locum academicum sibi negatam. Excusis tamen chartis deinceps titulus praefixus, et exemplorum copia haud ingens vulgata, quorum nunc magna est infrequentia: subsistit autem Pocockianus liber pag. 56. editionis novae minoris, majoris p. 98. Interjecto paucorum annorum spatio Thomas Hyde, Pocockii in utraque cathedra successor haud indignus, capto edendi Abdollatiphi consilio, novam ipse versionem latinam confecit, commentarium adornavit, tabulas etiam aeri incidendas curavit, sed irrito successu, ne vestigio quidem ullo superstite operae ab Hydio paratae. Anno 1746. Thomas Hunt, constitutus arabicae linguae professor Oxoniensis, vernaculo sermone programma edidit 8 pagg. in 4. quo suum consilium de edendo Abdollatipho exposuit, suaeque editionis formam adumbravit. Nactus Pocockii apographum et latinam versionem integram omnemque annotationum farraginem constituit non modo textum, eumque signis orthographicis instructum, et versionem emendatiorem reddere, sed et commentarium subjungere ad illustrandas res Aegyptiacas ex scriptis Abulfedae,

fedae, Makrizi, Kalkaschendi, Jelaloddin Assoyûti, aliorumque ineditis, praeterea **auctoris vitam, ex** Osaiba derivatam, operi praefigere. Verum et hoc consilium nescio qua de causa successu omni caruit. At Programma Huntii brevem de Abdollatipho narrationem exhibet. Natus est Bagdádi anno Heg. 557. Chr. 1161. patre Josepho, viro haud indocto. Absolutis in urbe patria liberalium artium studiis, et medica etiam arte probe tractata, litterarum causa ad exteros peregrinationem instituit ann. 585. Mosúlae annum exegit habendis praelectionibus, Damasci libros aliquot edidit, hinc profectus Hierosolymam. Mox Saladini castra ad Accam posita petiit, litteras a Sultano rogaturus, quibus uti posset in Aegypto, quo clarissimorum virorum, etiam Mosis Maimonidis, fama ipsum traheret. Humanissime acceptus, maxime a Bohadino, tunc judice castrense (Kadi'l esker), amicum nactus est primarium aliquem virum, Al Fadl, cujus cura litterisque effectum est, ut perquam liberaliter exciperetur in Aegypto habereturque honorificentissime. Cum Saladinus, factis induciis, Hierosolymam se recepisset, rediit ex Aegypto Abdollatiph, ut Sultanum salutaret, et stipendio regali donatus Damascum concessit, ibique litterarum, maxime medicarum, studiis vacavit. Mortuo Saladino Damasci a. 589. illius filios sectatus iterum sedem habuit in Aegypto. At rerum conversione facta rediit primo Hierosolymam, deinde ann. 604. Damascum, maximam nunc etiam ex arte medendi celebritatem nominis adeptus. Posthac iterum peregrinatione facta per varias provincias cum tandem constituisset, Damascum reverti, facto prius itinere sacro Meccano, et revisa ante patria, Bagdadum modo ingressus, morbo correptus est, quo decessit a. 629. Chr. 1231. In Aegypto igitur dum versaretur Abdollatiph, id maxime egit, ut quaecunque de rebus Aegyptiacis vel ipse oculis cerneret, vel ab aliis relata legerat audiretque, studio-

studiose conscriberet: unde ortum est opus amplum, distributum in sectiones XIII. Ex hac copiosiore materia depromsit sectiones duas illas, que non comprehenderent nisi sibi ipsi observata ac usu comperta, easque redegit in formam libri singularis, qui nomine venit minoris, seu compendii. Absolvitur duplici tractatu. Alter sex capitum est: 1. de proprietatibus Aegypti generalibus. 2. de plantis, quae ipsi propriae sunt. 3. de animalibus, quae ipsi propria sunt. 4. de monumentis antiquis, quae in ea cernuntur. 5. de miris aedificiis navibusque, quae ibi cernuntur. 6. de miris ciborum generibus. Tractatus alter trium capitum est: 1. de Nilo, de modo incrementi ejus et causis ejus canonibusque assignandis. 2. de iis, quae contigerunt anno quingentesimo nonagesimo septimo. 3. de iis, quae acciderunt anno 598.

Compendium hoc qui exhibet codex, a Pocockio in Angliam illatus, in Bibliothecae Bodlejanae catalogo, p. 174. num DCCXIV. dicitur autographus, anno Heg. 600 Chr. 1203. Cahirae exaratus. Ex ampliori illo opere sectionum XIII Bochartus passim locum recitavit in Hierozoici parte priore, vid. Index Auctorum voce Abdollatif; sed possit, quae ad hunc refert, hausisse ex inedito opere Damiri de animalibus, quod „collectum ex viginti minimum scriptoribus, qui in toto opere passim citantur," ipse dicit Bochartus praefat. pag. penultima.

Thomam Hunt secutus Josephus White et ipse in se recepit edere Abdollatiphi Compendium. Arabicus contextus omnis cum jam 1782. typis descriptus esset, tamen non videbatur vulgandus esse priusquam latina versio parata esset, ut eodem volumine utrumque comprehenderetur. Postmodum mutato consilio constituit Whitius, aliam editionem eamque spectabilem suaeque gentis ingenio accommodatam parare. Omnia igitur prio-

prioris illius exempla fibi tradita fecum in patriam advexit Paulus, additaque fua praefatione publici ufus fecit. Whitius autem eo ipfo tempore jam habebat et fcripturam arabicam et latinam verfionem alternis paginis excufam in forma ampliore, additurus ad juvandam lectionem textus arabici commentarium maximam partem grammaticum, plurimorum autem ufui vernaculam verfionem ornamentis haud paucis inftructam paraturus, feparatim edendam.

176. Abdollatiphi compendium memorabilium Aegypti, arabice e codice mso Bodleiano edidit D. JOSEPH WHITE, praebendarius Glocestriensis, arab. ling. prof. Laudianus – Praefatus eft Henr. Eberh. Gottl. Paulus, lingg. orient. in acad. Jenenf. prof. Tubingae 1789. 8. pagg. 157.

Mox prodiit germanica verfio, Abdallatifs, eines arabifchen Arztes, Denkwürdigkeiten Egyptens in Hinficht auf Naturreich und phyfifche Befchaffenheit des Landes und feiner Einwohner, Alterthumskunde, Baukunde und Oekonomie etc., aus dem Arabifchen überfetzt und erläutert von S. F. G. Wahl, Prof. zu Halle, 1790. 8. vid. Götting. gel. Anzeigen 1790. p. 1347. Feftinantius, at non adhibita, cujus nonnulla exempla tum in Germaniam pervenerant, latina verfione peractum opus quod fane non habebat nihil difficultatis.

Tandem aliquando diutius cunctata proceffit editio illa amplior ornatiorque.

177. Abdollaphi Hiftoriae Aegypti compendium, arabice et latine partim ipfe vertit, partim a Pocockio verfum edendum curavit, notisque illuftravit J. WHITE, S. T. P. Ecclef. Glóceftrienfis Praebendarius, et ling. arab. in academia Oxonienfi profeffor. Oxonii, typis academicis, impenfis editoris. 1800. 4. pagg. XXXII. et 321.

Ex-

Exspectationem desiderii diuturni haud omnem explevit hoc opus. Notae p. 285 – 321. parcius adspersae, inde a p. 161. textus ad p. 241. prorsus nullae, abhinc paucissimae; nullae grammatici generis, quibus cum maxime opus erat ad intelligendum Scriptorem compressione rerum brevem atque eam ob causam in multis subobscurum, usum praeterea haud raro vocibus formulisque minus frequentatis. Appendix, 5 plagularum, exhibet partem versionis latinae Pocockii, filii, progredientem ab eo loco capitis 4. quo desinit pergere edita, nec non e regione positam Wahlii germanicam versionem p. 176 . . . 235. Illa videtur deprehensa fuisse demum postquam typis descripta essent quae praecedunt in volumine omnia, estque ita comparata, ut expressa quidem sed nondum ornata et perpolita dici debeat. Et quidem adjunxit haec editor „ad docendum exemplo quam difficile sit scriptorem hunc recte interpretari." Praemissa est vita Abdollatiphi, ducta ex opere magnae formae, quod de vitis Medicorum composuit Abu Oseiba, de quo vid. De-Rossi Dizionario p. 24. sed aegre feras, latine tantum traditam hanc vitam, negatum contextum arabicum nunquam editum.

Opus de quo diximus, brevi secutum est aliud,

Aegyptiaca: or observations on certain antiquities of Egypt. in two parts. Part I. the history of Pompey's Pillar elucidated. Part II. Abdollatif's Account of the antiquities of Egypt, written in Arabic a. D. 1203. translated into English, and illustrated with notes. by J. White, D. D. – Part I. Oxford: at the University press, for the author. 1801. 4. pagg. 227. Pars prima tota agit de columna dicta Pompeji. Pars altera restat.

At vero in Gallia nunc ortus est, Abdollatipho qui tribueret quantum, si vellet etiam, ne poterat

qui-

quidem quisquam alius, Silveſtre de Sacy: Relation de l'Egypte, par Abd-Allatif, médécin; traduite de l'Arabe et accompagnée des notes; suivie de plusieurs morceaux inédits extraits de divers écrivains orientaux; par M. Silvestre de Sacy. 4. maj. Ipſe arabicum textum, ſubinde a ſe emendatum, convertit gallice, ſingulisque capitibus addidit commentarum, quo non modo arabici ſermonis verus uſus declaratur, ſed maxime etiam locorum rerumque vel naturae vel artis cognitio illuſtratur, adhibitis etiam auctoribus permultis nondum editis vel parum obviis. Vulgabitur proximo tempore hoc opus, cui quod accedat dici poteſt nullum praeter Ed. Pocockii Specimen Hiſtoriae Arabum.

178. **Macriſi Hiſtoria regum Islamiticorum in Abyſſinia, interpretatus eſt et unacum Abulfedae deſcriptione regionum Nigritarum e codd. biblioth. Leidenſis arabice edidit** Frid. Theodor. Rinck, philoſophiae doctor. Lugduni Bat. 1790. 4. pagg. 33. 41. 15.

In edenda hac Hiſtoria duos bibliothecae Leidenſis codices adhibuit Rinckius, utrumque minus diſtincte ſcriptum; alterum ipſe deſignat num. 560, alterum num. 1152. Duos alios, forte his praeſtantiores, ignoraſſe videtur, commemoratos tamen pag. 491. num. 1989. et 1990. in Catalogo bibliothecae publicae univerſitatis Lugduno Batavae, edito 1716. fol. in quo illorum alter numerum habet 1765, alter 1766. Latinam interpretationem non eſſe admodum commendabilem, intelligas ex relatione in Allgem. Litteratur-Zeitung. 1790. Num. 375. De auctore Makrizi ejusque ſcriptis expoſuit Köhler, in Eichhorn's Repertorium, P. I. 1777. p. 74 ſqq. Sed magis ſatisfecit ill. de Sacy, Chreſtomathie Arabe, Tom. II, p. 410 ſqq. Hunc ſecutus eſt De-Roſſi, Dizio-

Dizionario, p. 120 sqq. Obiit Makrizi anno Heg. 845. Chr. 1441.

179. Al-Makrizi historia monetae arabicae e codice Escorialensi cum variis duorum codd. Leidensium lectionibus et excerptis anecdotis nunc primum edita, versa et illustrata ab Olao Gerhardo Tychsen. Rostochii, 1797. 8.

Arabicus Al Makrizi textus p. 1–54. editus est ex apographo codicis Escorialensis, eoque cum binis Leidensibus libris mstis. collato. Accedunt p. 55–66. excerpta quinque ex ejusdem auctoris tractatu de ponderibus et mensuris, ex apographo Rinckii, et p. 66. 67. breve excerptum ex codice Escorialense MDCCVI. Casiri Tom. II. p. 150.

Ut primum liber in lucem prodiit, novam ex arabico versionem gallico sermone confecit Silvestre de Sacy, eamque adnotationibus illustratam exhibuit in Magasin Encyclopedique, num. 24. anni secundi et num. 1. anni tertii, quod latinam interpretationem deprehendisset minus accuratam, et passim a vero sensu alienam. Et sane negari non potest, virum in tractandis scriptoribus arabicis multo usu exercitatum haud infrequenter et textum ipsum et sensum ejus reddidisse emendatiorem, quamquam alius cujuspiam codicis adhibendi copia illi non erat, cum bibliotheca Parisina opusculo hoc non minus careat quam Romana et Oxoniensis. Tychsenii tamen Excerptis duo alia addidit, alterum ex Makrizii Historia Aegypti, alterum ex Historia Aegyptiaca Djelaleddin Assoyouti, illud ineditum, hoc jam ante vulgatum, arabice et latine, ab Adlero, Musei Cufici Borgiani P. II. Alton. 1795. 4. p. XII.

Extant opusculi exempla seorsim excusa, Traité des monnoies Musulmanes, traduit de l'arabe de Ma-

Makrizi, par A. J. Silvestre de Sacy. à Paris. An V de la Republique (1797.) 8. pagg. 89. Habet haec editio tabulam arabiće excuſam locorum, quae conjectando emendavit editor. Ad cauſam hanc etiam pertinet: Notice de quelques monnoies arabes et des monnoies de Tunis, d'Alger et de Maroc, pour ſervir de ſupplement au Traité des monnoies Muſulmanes de Makrizi, par A. J. Silvestre de Sacy, in Magazin Encycloped. Num. 9. Ann. 3.

180. Takieddin Al-Makrizi tractatus de legalibus Arabum ponderibus ac menſuris ex codice Academiae Lugduno-Batavae additis Excerptis e ſcriptoribus arabicis nec non variantibus lectionibus ad editam Makrizii Hiſtoriam monetae arabicae ſpectantibus edidit Olaus Gerhardus Tychsen. Roſtochii, 1800. 8. pagg. 75.

Apographum ex codice Leidenſe a ſe factum Rinckius communicavit cum Tychſenio; ab hoc exemplum accepit ill. de Sacy, qui ipſa prima lectione facile cognovit, mendis non paucis laborare ſcripturam arabicam: inſtituit tamen gallice vertere opusculum, pleriſque locis ex conjectura emendatis; in nonnullis vero haud prorſus ſibi ſatisfaciens, obtinuit ab Henrico van der Palm, Prof. Leidenſe, ut apographum cum codice ipſo conciliaret. Edita eſt verſio gallica cum praeſtantiſſimis obſervationibus, litterariis criticiſque, in Magasin Encyclopedique Anni V. Tom. I. num. 1. p. 46–70. et num 2. p. 185–211. Exempla ſeparatim excuſa ſunt inſcripta:

Traité des poids et de mesures légales des Musulmans; traduit de l'arabe de Makrizi, par J. A. Silvestre de Sacy. à Paris, an. VII. 8. pag. 54.

Haec verſio ut amplioris uſus eſſet, viſum eſt Tychſenio, arabicum quoque textum, eumque reviſum

sum ab Henr. van der Palm in lucem edere; et quidem integrum, non omissis Excerptis illis quinque, quae quidem jam edita exstabant sed nunc demum prodire poterant emendata. Ex nova editione intelligitur p. 6, in ipso limine Excerpti I. p. 55. neglectam fuisse verborum seriem ob ὁμοιοτέλευτον, quod fraudem faceret exscribenti vocabulum معرفة, mox recurrens. Excerptorum quae accesserunt alia sunt ex Casiri bibliotheca et aliunde repetita: alia, anecdota, praeter pauciora suppeditavit de Sacy, qui gallice eadem tradiderat in Traité des Monnoies Musulmanes p. 74–83. non, ut videri possit, excepto textu arabico pag. 55 sqq. hujus enim versionem legas not. 152. p. 78. Excerpta denique excipit p. 65–75. Collatio duorum codicum Leidensium cum edito textu Makrizii de moneta arabica, instituta ab Henr. van der Palm; quam si conferas cum tabula, quam additam habet Traité des Monnoies Musulmanes, conspicias, plerisque emendationibus ex conjectura factis suffragari Leidensem codicem.

Quatuor quae hic commemorata sunt opuscula inter se ea necessitate continentur, ut qui uno bene uti velit, caeteris carere non possit. Conjunctionem cum illis habet Tychsenii Goettingensis Commentatio de rei numariae apud Arabes origine et progressu, cum examine critico Historiae monetae arabicae Makrizii nuper editae. Götting. gel. Anzeigen 1800. p. 49. Locum habet in Commentationum – Vol. XV. ann. 1804.

181. Alb. Schultensii Historia imperii vetustissimi regum Jemanensium, seu Joctanidarum. 4.

Sic fere inscripturus erat Schultensius, ut ipse scribit p. 177. Epistolae primae ad Menckenium editae Lugdun. Bat. 1749. 4. opusculorum hanc suam editionem, tum temporis typis exscriptam usque ad

pag.

pag. 182. (loc. cit. p. 121.) qua textum omnem absolutum fuisse intelligas ex verbis Schultensii his: „Jam ante biennium Opuscula haec in lucem exire debuissent, nimis diu sane et tracta et compressa: sed prodire sine commeatu nolebant, i. e. sine philologicis et criticis observationibus, quae eis tutum a grassatoribus iter praestarent." – At commentarium hunc cum differret Schultensius, aliis aliisque negotiis susceptis, fato concessit d. 26. Januar 1750. aetatis suae a. 64. opusque hoc reliquit imperfectum neque hoc unum, sed duo etiam alia a se inchoata, Grammaticam Aramaeam in 4. quam typis exscriptam habemus usque ad p. 232. et Lexicon hebraicum in 4. ultra secundam plagulam haud progressum. Quae omnia, curae Jo. Luzacii bibliopolae commissa, manserunt seposita et neglecta, haud quemquam nacta, qui de quopiam perficiendo cogitaret.

Ad Historiam autem regum Joctanidarum adornandam quae Schultensius typis exscribi curavit, sunt haec: 1. ex Abulfeda locus de regibus Arabum ante Islamismum, pagg 15. 2. e libro chronologiae gentium, conscripto ab Hamza Ibn Elhasan Ispahanensi caput octavum, exhibens seriem chronologicam Homeritarum, regum Arabiae felicis, p. 17-45. 3. ex Nuweirio historia regum Arabiae, et praesertim regum Joctanidarum; accedit historia diluvii Sabaei, p. 47-99. 4. Historia eversi imperii Joctanidarum ex libro Chronici regum eorumque rebus gestis auctore Abu Giafar Mohammed Ibn Jezyd, Taberita. p. 101-137. 5. Historia eversi regni Joctanidarum ex libro inscripto, Prata auri et fodinae gemmarum, auctore Mesoudio, p. 139-183. Praeter haec, inedita omnia, arabice et latine alternis paginis descripta, denuo etiam excusa est, volumini huic addenda, pars haud exigua Geographiae sacrae Sam. Bocharti, Lib. II. cap. XIV-XXX. pagg. 112. facta inscriptione: Colonia Joctanidarum deducta per S. Bochartum.

Haec,

Haec, quae diximus, delitescebant apud Jo. Luzac, bibliopolam, paucis cognita, subinde tamen a peregrinante aliquo requisita, donec visum fuit bibliopolae cuidam Harderovicano, vendibiles omnino merces expromere et venales proponere, facto indice, quem videas in Jo. Dav. Michaelis Neuen oriental. und exeget. Bibliothek. IV. Th. p. 1. Historia imperii vetustissimi Joctanidarum in Arabia felice — — Harderovici Gelrorum. 1786. 4. Praefationis loco praemissum A. Schultensii Consilium de edendis his opusculis, ab ipso indicatum p. 116—118. epistolae primae ad Menckenium, datae X. Sept. 1749. Addita sunt Monumenta vetustiora Arabiae, a Schultensio edita, quae prodierant sumtibus Jo. Luzac, Lugduni Bat. 1740.

Zusätze, Varianten und Verbesserungen zu A. Schultensii historia imperii vetustissimi Joctanidarum von M. Fried. Theod. Rinck, nebst der Ankündigung seiner Sommer-Vorlesungen. Königsberg, 1792. 4. pagg. 15. Ej. Zusätze, Varianten und Berichtigungen zu Alb. Schultensii Historia — in Eichhorn's Allgem. Bibliothek, IX. B. 5. St. p. 829. Ej. Emendationum et Additamentorum ad Alb. Schultensii Historiam — Periculum novum. Gedani, 1801. 4. pagg. 12.

182. Monumenta antiquissimae historiae Arabum post Albertum Schultensium collegit edidítque cum latina versione et animadversionibus Jo. Gottfr. Eichhorn, Prof. Jenensis. Gothae, 1775. 8.

Maximam libri partem, post auctoris commentationem de antiquissimis Arabum monimentis historicis, p. 1—58. efficiunt p. 59—203. arabica excerpta ex opere probati auctoris, Ibn Kotaibah, de quo Koehlerus refert, Repertor. I. P. pag. 65 sq. et De-Rossi, Dizionario, p. 114. inscripto: Liber notitiarum

rum de historiis Arabum eorumque genealogiis, communicata a Reiskio, qui Leidensem codicem pessimae notae, ut ipse perhibet Prodidagm. p. 231. in suos usus olim exscripsit. Et prima quidem pars Excerptorum, Genealogiae Arabum, quae fere tota est in nominibus commemorandis, versionem continuam non habet comitem, sed singulis modo locis vel versio subjecta est vel animadversio. In hac parte permulta emendavit in Allgem. deutsch. Bibliothek, XXX. Vol. part. I. (1777.) p. 145–151. Koehlerus, qui nonnulla ex Reiskii apographo descripta penes se servaret. Qui sequuntur, inde a p. 150. textus historici, appositam habent interpretationem latinam ab editore confectam. In hac usurpanda caute versandum est tironibus. Verum et lectio arabica minus emendate edita. Quae extremum locum occupant p. 205–215. a Reiskio traditae animadversiones criticae in Hamza historiam regni Joctanidarum ab Alb. Schultensio editam, nec numero multae sunt, nec permagni momenti atque ponderis.

183. Dissertatio academica sistens Historiam primi in Aegypto Sultani Ahmed Ben Tulûn arabice et latine, cujus particulam primam praeses Jöns Olsson . . . publico examini offert a. d IV. Jun. 1785. Lundae. 4. p. 1–16. Particulam secundam praeses Jöns Olsson – a. d. XX. Jun. 1787. Lundae, p. 17–28.

Textus arabicus descriptus est ex codice bibliothecae Upsaliensis, inscripto النجوم الزاهرة في ملوك مصر والقاهرة, Sidera fulgentia de regibus Aegypti et Kahirae. Opus, cujus auctor est ابو المحاسن يوسف بن تغري بردي, complectitur Ae-

gypti

gypti historiam inde ab expugnatione Moslemorum usque ad Sultanum dynastiae Circassiorum duodecimum, qui solenniter inauguratus est anno Heg. 857. Chr. 1453. D'Herbelot, pag. 457. Ex isto codice partem eam, quae tradit de Sultano primo, احمد بن طولون, exscripsit Olsson, illam particulatim editurus: nobis autem praeter primam particulam secundamque nulla cognita. Pag. 20. commemoratur Pet. J. Appelberg specimen academicum exhibens Historiam Chamarujae, secundi in Aegypto Sultani, part. I. Erat vero hic Chamaruja filius et successor Ahmedis. conf. Histoire générale des Huns – par M. Deguignes. Tome II. p. 129 sqq. qui Tom. IV. pag. 363. in Table des auteurs cités dans cet ouvrage, haec habet: „Aboulmahasen. Histoire générale d'Egypte. Ouvrage très curieux et très-étendu. C'est le même que celui de Tangri Bardi."

184. Ejusdem auctoris, Abu'l Mahâsen, est etiam quod proximo loco venit opus,

مورد اللطافة الجمال الدين بن تغري بردي

Maured allatafet Jemaleddini filii Togri-Bardii, seu rerum Aegyptiacarum annales, ab anno Christi 971. usque ad annum 1453. e codice ms. bibliothecae Academiae Cantabrigiensis textum arabicum primus edidit, latine vertit, notisque illustravit J. D. Carlyle, A. M. coll. regin. nuper socius. Cantabrigiae, typis academicis. 1792. 4. Textus arab. pag. 1–132. Versio latina, p. 1–132. Notae, p. 1–55.

De auctore editor refert his verbis, praefat. p. III. sq. „Nomen habuit Jemaleddin-Abul-Mehassen, et patrem Emirum Togri-Bardium, provinciae Halebiensis praefectum. Vitam Kahirettae ducebat sub patrocinio Sultanorum Circassiorum, apud quos gratia maxime valebat, et a quibus Emiretica dignitate

tate cohoneſtabatur. Sed licet ordine illuſtris, animi dotibus longe illuſtrior; ingenio enim acri fuit, atque omnibus literarum ſtudiis operam dedit indefeſſam; ſed ad hiſtoriam ſcribendam curas ac cogitationes praecipue contulit, unde tantam apud ſuos laudem adeptus eſt, ut cognomen ei inditum fuerit المورخ مصر (rectius dicendum erat: مورخ) *Hiſtoriographi Aegypti*. Multos libros conſcripſit, inter quos opus eximium, cui titulus eſt, النجوم الزهر, *Stellae ſplendentes*, longe eminebat, atque omnibus ſui temporis in ore erat; hoc enim totam Aegypti hiſtoriam a prima Arabum dominatione ad ſuos usque dies, nempe annum Hejrae 857, amplexus eſt. – Hujusce magni operis nonnullas quaſi Epitomas, diverſis titulis inſignitas, ipſe confecit auctor; e quibus noſtra *Maured-Allatafet* (ſaepiſſime citata, ſed hactenus inedita) haud parvum nomen adepta eſt."

Quae quonam ex fonte hauſta ſint, non conſtat. D'Herbelot, in Biblioth. orient. p. 567. nonniſi haec tradit: „Maoured allathafat fi man ouali Alſolthanat ou Alkhelafat. Hiſtoire de ceux qui ont regné en Egypte depuis Mahomet tant Khalifes que Sultans jusqu'au regne de Malek Al Dhaher Giakmak, Sultan de la Dynastie de Mameluсs Circassiens. Ce livre a été composé par l'Emir Aboul Mahassen Josef ben Tangri Virdi, qui prend le titre de Mouvarrakh Mesr, c'est à dire, Hiſtoriographe d'Egypte."

Neque codicem, quo uſus eſt, editor deſignavit, praeterquam quod minus accurate ſcriptum eum eſſe perhibet. Vid. quoque nota 29. pag. 18. Oxonii in bibliotheca Bodlejana praeſto erat alius, qui „litera lectu facili ſcriptus" dicitur, inſcriptus مورد اللطافة في دكر من ولي الخلافة h. e. Aqua-

rium amoenum in commentatione eorum qui Chalifatum tenuere. vid. Catalog. p. 171. num. DCCLXXVIII.

Quae nunc edita est historia procedit inde ab Almoëz Ledinallah, Chalifarum Fatimitarum primo, qui imperium capessivit ann. Heg. 361. usque ad Sultanum Jnâl al Ali, qui inauguratus est anno 857.

Textus arabicus nitide ac eleganter expressus. Latina versio fide magis quam facilitate sese commendat. Notae varii argumenti modum servant, suntque bonae frugis plenae.

185. Rerum arabicarum quae ad historiam Siculam spectant ampla collectio, opera et studio Rosarii Gregorio, ecclesiae Panormitanae Canonici et regii juris publici Siculi professoris, Ferdinandi III. pii felicis augusti auctoritate atque auspiciis edita. Panorm. 1790. fol. pagg. 147.

In specioso volumine insunt haec: 1. Abu Abd Allah Al Novairi historia Siciliae arabice et latine cum notis nunc primum prodit ex msto. codice Parisiensi bibliothecae regiae, p. 1-29. 2. Chronicon Siciliae e msto. codice bibliothecae Cantabrigiensis a Joh. Baptista Caruso arabice et latine antea editum, nunc vero ad fidem textus arabici castigatius recusum, p. 31-51. 3. Al Kadi Sheaboddini historia Siciliae supplementis aucta et innumeris mendis expurgata, quibus ante scatebat in editione Carusii, p. 53-63. 4. Ismaelis Abulfedae annalium Moslemicorum excerpta, quae ad historiam Siculam et Africanam spectant sub imperio Arabum, p. 63-86. (latine tantum ex versione Reiskii). 5. Regum Aglabidarum et Fatemidarum, qui Africae et Siciliae imperarunt, series ex Chronico Ibn Al Khattib arabice et latine cum notis, pag. 87-101. (ex Casiri Catalog. Tom. II.) 6. Parallela historia regum Siciliae sub Arabum imperio, pag. 102.

102. 103. 7. Siciliae descriptio ex Geographia Nubiensi desumpta nunc primum arabice et latine castigatior prodit, p. 105–127. 8. Marmora atque alia id genus monumenta Cufico-Sicula totidem tabulis descripta, in vulgares characteres arabicos inde traducta et latine reddita, p. 129–191. 9. Doctrina temporum Arabum Siculorum, pag. 193–214. 10. Siciliae Geographia sub Arabibus, pag. 215–230. 11. De viris litteratis apud Arabes Siculos, pag. 231–340.

De libro hoc quid statuendum sit, intelligas ex Allgem. Literatur-Zeitung. 1792. num. 233. Conf. quoque Goetting. Anzeigen. 1793. p. 730 sq.

Ad primum caput hujus Operis pertinet opusculum inscriptum: Histoire de Sicile, traduite de l'Arabe du Novairi, par le Cit. J. J. A. Caussin, professeur de langue arabe, au college de France. Adjunctum est libro, Voyages en Sicile, dans la Grande Gréce et au Levant, par M. le Baron de Riedesel, suivis de l'histoire de la Sicile par le Novairi. Paris an. X. (1802.) 8. de quo libro vid. Allgemeine Geographische Ephemeriden, Julius 1802. p. 69. Nos utimur exemplo separatim edito, pagg. 54.

Etenim Noweirii historiam Siciliae suppeditavit Caussin; ipse textum arabicum describi curavit, ejusque versionem gallicam paravit, talem quae non verbis inhaereret sed sensum magis quam verba redderet, ignarus fore ut edatur posita juxta arabicum sermonem, et gratificans Barthelemio, tum praefecto regiae bibliothecae, a quo transmissa illa sunt in Siciliam. At Gregorio, qui latinae suae Collectioni nollet immiscere gallica, arabica latine ipse interpretatus, non modo traditam sibi versionem subinde notavit, utpote a textu dissitam, sed in sua latina ipse frequenter aberravit a vero sensu, arabica etiam minus scite exhibens:

hibens: quae compluribus locis demonstravit qui de opere retulit in Allgem. Literatur-Zeitung, loco dicto. Itaque doctiss. Caussin, occasione sibi oblata, duxit suam versionem in lucem proferendam esse atque etiam defendendam notatis passim erroribus in latina obviis, maxime pag. 31. ubi haec exstant in nota: Comme c'est précisément ce morceau que M. Gregorio a choisi pour mettre en parallèle les deux traductions, je suis obligé d'indiquer ici d'une maniére plus suivie les contresens qui défigurent la sienne.

186. Documentos arabicos para a historia portugueza copiados dos originales da torre do tombo com permissão de S. Magestade, e vertidos em portuguez por ordem da academia real das Sciencias de Lisboa por Fr. João de Sousa, correspondente do numero da mesma Academia, e interprete de sua Magestade para a lingua arabica. Lisboa. 1790. 4. pagg. 190.

Vid. relationem de hoc libro in Götting. Anzeigen. 1793. p 238 sq. Historiae vel augendae vel illustrandae haud multum conferunt haec Documenta. Sunt epistolae LVIII. scriptae intra annos 1503. et 1528. quibus potentia et auctoritate praevalebat Portugalia. P. 144. editae sunt litterae scriptae a Muley Ahmed Scheripho ad Joannem Regem, quibus hunc compellat his formulis: الي سلطان الكبير في قومه والمشهور في ملته الرفيع في منزله سلطان البرتكال المسمي دون جوان ابن السلطان دون منويل *Sultano magno in populo suo, et celebrato in religione sua, et sublimi in dignitate sua, Sultano Portugaliae, cui nomen Don Joannes, filio Sultani Don Immanuel*, a quo orationis genere vehementer discrepat illud

illud, quo usus est anno 1782. Sultan Maroccanus ad regem Franciae, Chrestomathie Arabe, par M. de Sacy, Tom. III. p. 318. – Usus libri fere omnis positus est in cognoscendis epistolarum formis, variisque salutandi compellandique rationibus, quibus uti solet arabicus sermo. Arabica minus quam par erat emendate sunt edita.

Edrisii Geographia.

Auctor ابو عبد الله محمد بن محمد عبد الله بن ادريس امير المومنين, natus est, quod ex arabicis scriptoribus compertum sibi perhibet Casiri, Biblioth. P. II. p. 13. Septae in Africa, vulgo Ceuta, ann. Heg. 403. Chr. 1099. oriundus ex nobili familia Edrisidarum, qui olim in Africae partibus imperium habuerunt. Cordubae in Hispania disciplinis operam dedit, religione Moslemus. Rogante Siciliae rege, Rogerio II. perfecit ann. Heg. 548. Chr. 1153. (ante Abulfedam circiter 173 annis) opus geographicum, quod ineditum exstat in bibliotheca Bodlejana, Catalog. p. 192. Breviarium autem illius, neque illud tenue, cujus auctor incertus, typis descriptum est Romae in typographia Medicea 1592. 4. mere arabicum, ut libros calamo exaratos imitari velle videatur. Inscriptio libri haec:

187. كتاب نزهة المشتاق ۞ في ذكر
الامصار ۞ والاقطار ۞ والبلدان ۞ والجزر ۞
والمداين ۞ والافاق ۞

Liber, oblectatio desiderantis in perlustrandis terminis et tractibus et provinciis et insulis et urbibus et plagis mundi. Sunt vero etiam exempla, quae titulum prae se ferunt arabico-latinum, expressis etiam ver-

verbis: Romae in typographia Medicea MDXCII. vid. Baumgartens Nachrichten von merkwürdigen Büchern, Tom. VI. p. 23. Stephan. Evodius Assemanus, in Bibliothecae Mediceae codd. mst. oriental. catalogo, Florentiae 1742. fol. p. 162. refert, tractatum hunc geographicum editum esse anno MDCXVII. sub titulo *Geographiae Nubiensis*. Sintne exempla, hoc indice distincta, alii viderint.

Editionem syriacis litteris factam in monasterio Kesroan in monte Libano commemorat, qui de J. M. Hartmanni commentatione Goetting. 1791. 4. retulit in Beylage zur Helmstädt. literar. Zeitung, Decemb. 1791. p. 184.

Latina versio sic inscripta: Geographia Nubiensis, id est accuratissima totius orbis in septem climata divisi descriptio, continens praesertim exactam universae Asiae, et Africae, rerumque in iis hactenus incognitarum explicationem. Recens ex Arabico in Latinum versa a Gabriele Sionita Syriacarum et Arabicarum literarum Professore, atque interprete Regio, et Johanne Hesronita, earundem Regio interprete, Maronitis. Parisiis MDCXIX. 4.

Quae summatim hic relata sunt, diligenter non minus ac copiose pertractavit Jo. Melchior Hartmann, prof. Marburgensis, in Edrisii Africa, Goettingae 1796. 8. p. XLIV sqq. Juvat nunc quaedam alia commemorare, quae spectant ad libri Edrisiani historiam.

I. Perraram esse editionem Romanam, communis diu omnium opinio erat, neque ea omnino vana, cum rarissima adparerent libri exempla. Verum parandi illius facultas innotuit, priusquam Adlerus in Uebersicht seiner biblisch-kritischen Reise nach Rom. Altona 1783. p. 72. significaret, nunc Florentiae iterum

iterum venalia esse exempla. Etenim Björnstahl in epistola Florentiae 1772. nuntiaverat, exemplorum copiam haud multo ante Roma, ubi diu delituissent, illuc advectam esse, atque nunc digeri et ordinari. vid. Briefe, Vol. II. 1778. p. 157. At Romae etiam obtinuit vulgaris illa opinio. Siquidem Francisc. Xaverius Lairo, Specim. histor. typographiae Romanae XV. Saeculi. Romae. 1778. 8. haec habet p. 13. — „cujus (Geographiae Nubiensis) raritatem tantopere extollit indicis Casanatensis auctor Tom. III. in praefatione. Hic tamen Romae mihi vidisse contigit quinque exemplaria; alia fortasse latent." Sed quae ille addit, pene ridicula videri possint. „Incerto editionis loco magis torquetur idem auctor, neque enim nosse videtur officinam Arabicam Medicea antiquiorem, in qua anno 1592. libri hujus editio facta est, quo tempore vix nascebatur officina Medicea Arabica. Huic auctori ignota fuisse videtur officinae *Fani Fortunae* ruina." —

II. Commentatio de fatis linguarum orientalium, edita cum Lexico Meninski, Viennae 1780. haec tradit p. xcix. „*Italica* versio a P. *Dominico Macri* anno 1632. in collegio Romano degente, adornata est. Partem hujus geographiae ad *Siciliam* pertinentem doctor *Franciscus Tardia Palermitanus*, notis illustratam edidit, hac inscriptione addita: *Descrizione della Sicilia cavata da un libro Arabico di Scherif El Idris.*" Versio Dominici Macri non complectitur totum librum Edrisii. Exstat in Opuscoli di autori Siciliani Tóm. VIII. in Palermo 1764. 4. p. 233—399. Descrizione della Sicilia cavata da un libro Arabico di Scherif Elidris corredata di Prefazione, e di copiose Annotazioni dal Signor Dottor Francesco Tardia Palermitano. Edita est haec versio ex msto, cujus extremo loco haec p. 398. addita sunt: La sudetta scrittura della Descrizione di Sicilia è stata tradotta dall' Arabico in

in lingua Italiana *ad verbum* dal P. Domenico Magri Maltese nel Collegio Romano l'anno 1632. Il detto Padre oggi è dell' Oratorio di San Filippo Neri. Italicam versionem vel leviter intuenti apertum est ex Latina factam esse; quamquam haud minus certum non defuisse arabicum exemplum. Etenim latine pag. 170. legitur: distinguitur haec (urbs Palermus) partes in duas, in Castellum scilicet, et in suburbia. Italice: è divisa in due parte, cioè nel Kasar, ed in Rabat. Sic enim arabice scriptum, وهي علي قسمين قصر وربض Nullo igitur negotio constare poterat hujusmodi versio. Sed permultum operae et laboris in edenda illa suisque annotationibus illustranda consumsit, nullo fero eventu, Tardia. Hic destitutus arabico exemplo, quod per omnem Siciliam nullum suppeteret (praefat. p 263.) ne videre quidem poterat, quomodo arabice expressa sint tot illa vocabula, quibus costituendis operam impenderet. Veluti ubi dicitur ad australem Panormi plagam decurrere fluvius Abbas, haec p. 179. adscripsit: la voce Abbas può derivarsi da أبس *Abs*, *locus asper*, *et salebrosus*, come lo è il luogo del fiume; altrimenti أباب *Abab* significa *Fluxus ingens*, *Unda.* rel. Arabice vero nomen fluvii scriptum عباس. At nec Latinae versionis copiam habuisse videtur. Etenim ad illa verba: nel Kasar et in Rabat, scripsit pag. 278. haec: In margine dell mss. s'interpretra *Suburbium*, dalla voce, mi credo, *Rabadz.* Se dicesse sopra Rabas, me gli accorderei, ma dicendosi Rabat, mi è sembrato doversi cavare il significato dalla voce ربث *Rabata*, *Divisus et separatus fuit* rel. Latinum exemplum si vidisset, patebat, litteram t in voce Rabat non habere auctoritatem nisi Italici interpretis: patebat quoque, unde factum, quod praefat. p. 269. memoratum

ratum est, ut msta. versio passim, et quidem 52 locis, in margine haberet Scholion, veluti ad verba la città antica chiamata Chalesa, „Libera;“ ad verba un ospizio chiamato Tarbiaa, „Quadratum.“ Quippe eadem in Latinae versionis margine conspiciuntur.

III. Latina versio edita parum probatur intelligentibus. Sed ipse auctor illius primarius haud multum illi tribuit, et sunt omnino, quae faciunt ad eum excusandum. Est penes nos exemplum libri, a Gabriele Sionita ad Wilhelmum Schickardum Tubingam transmissi, quod etiam textum arabicum ipsius Schickardi calamo ex edito libro alternis chartis exscriptum refert, atque innumeris locis ab eodem castigatum est. In hujus igitur voluminis fronte descripsit Schickardus partem epistolae, a Sionita ad se scriptae. Quae cum apud nos integra extet, placet eandem ex autographo hic recitare:

Gratiam equidem censeo singularem, non audaciam, (eruditissime mi Schickarte, numeris omnibus ornatissime) quod ad me scripseris. Etsi enim plures mihi adeo obstrepant, ut durum sit aliquando homini occupatissimo, meliorem temporis partem scriptiunculis terere: nunquam tamen literae fuere graves a Tui similibus scriptae. Laudo animum, ingenium amo, et ut verbo dicam, affectui tuo brachia pando, et occurro benevolentiae in me Tuae quam pro beneficio amplector, eique firmandae mitto ad Te quos petis Articulos Turco-Gallicos, foederis inter Regem Galliae et Othomannum initi, unaque Hortulum quem vocas Arabicum Latine factum, Geographia Nubiensis, hoc est a viro Nubiensi composita, a me inscriptum. Hanc Tu versionem facile deprehendes a languente et decumbente emissam, inter corporis cruciatus ac diuturni morbi angores. Exploratum enim mihi est adeo elumbem et languidam esse, ut merito vereri possim ne a Te inspecta, existimes a benevolis nostri nominis

Te

Te verius fumum quam famam hausisse, aegréque feras Authorem inter medios reponi, quem immerito extollis super eximios, cum phoenicem vocas. Quandoquidem praeter morbum in quem incideram dum typis mandabatur, carebam omni manuscripto, et solum suppetiit Exemplar quod Romae fuerat excusum usque adeo mendosum, ut ante opus inceptum, decretum mihi fuerit ab ea molestia prorsus abstinere, nisi precibus et authoritate, qua plurimum apud me pollebant immortalis memoriae Viri illustriss. Card. Perronius, et Clariss. Praeses Thuanus me ad hunc scopulum adegissent, quem si absque famae naufragio evaserim, viderint aequi alieni laboris aestimatores, et Tu inprimis Vir Doctissime, qui bene subducta ratione, suscepti difficultatem operis animo perpendes antequam mali interpretis naevum mihi impingas. Ne autem singulos errorum anfractus repetam quibus codicem nostrum scatere perspicacissime animadvertis, Urbium locorumque Asiae et Africae nomina propria, librorum quorundam Arabicorum ope restitui curavi: Alia vero Europaea, quum essent supra modum corrupta, talia Arabice excusa sunt, qualia in Originali invenimus, ejusmodi spinas cautioribus pertractandas relinquentes. Quod si quis absque Manuscripto fideliori effecerit, is mihi Hercules, is mihi Apollo erit; fateor enim ingenue in sincera illorum lectione stabilienda aquam mihi haesisse, nec nullo studio et conjectura eam assequi potuisse. Caeterum nulli hic sunt libri Turcico-Latini, nec manuscripti neque excusi, alioquin una cum praesentibus ad Te misissem. Historiae Tuae Persicae famam audivi, sed nondum vidi. Illam, ut promittis, a Te expecto, non ut castigem, quod fieri vis, si enim id pollicerer versura mihi solvendum esset; sed ut praestantissimi ingenii Tui partum admirer, accipiamque ceu amoris erga me Tui perpetuum obsidem. Vale Professor sapientissime et Reipubl. nostrae literariae diu vive. Dabam Parisiis

28

28 Decemb. 1628. Clariss. dignitati Tuae obsequentissimus Gabriel Sionita.

188. ذكر الاندلس تاليف شريف الادريس

Descripcion de España de Xerif Al Edris, conocido por el Nubiense, con traduccion y notas de Don Josef Antonio Conde, de la real bibliotheca. Madrid en la imprenta real. 1799. 8. p. xx. et 234.

Alia inscriptio, quae in Götting. gel. Anzeigen, 1802. p. 360. tradita est, videtur non nisi fama et auditione accepta. Relatum est de libro in Revision der Literatur in den 3 letzten Quinquennien des 18. Jahrhunderts, schida 48. Praeter exemplum Romanum, typis editum, adjumenti quidpiam suppeditabat ne Escorialensis quidem bibliotheca, „cujus Geographica multa, inter haec Geographia vulgo Nubiensis, tum Abulphedae, Rasisque ejusdem argumenti opera in luctuosissima illa incendii clade nunquam satis lugenda intercidére.“ Verba sunt Casiri, Tom. II. p. 9. Emendata tamen sunt nonnulla ex ingenio; veluti nomen Lisboae urbis أشبونة mutatum in لشبونة, de quo tamen est quod dubites: in Documentos arabigos editae sunt Num. III. litterae regis Immanuelis nomine scriptae a. d. 22. Januar. 1504. quae hanc formulam exhibent extremo loco positam, كتبة عبد الله الرعيني بي حضرة اجبوة, Abdalla erat homo Maurus scribendis arabicis adhibitus, cujus sane erat nosse nomen regiae arabicum. Casiri, loc. cit. p. 13. „amicorum, ait, votis indulgens, multa ex codicibus arabicis mss. excerpere decreveram, quorum ope et arabicum Geographiae Nubiensis textum, ubi res postularet, praecipue in locis ad Hispaniam spectantibus, emendarem, et latinam versionem quamplurimis notis locupletarem. Sed aliis distentus studiis, operi ma-

manum admovere necdum potui. Id tamen, ſi quid otii aliquando nactus fuero, me Deo favente praeſtiturum non diffido." Dolendum ſane, eventu caruiſſe propoſitum.

Qui de Edriſii deſcriptione Africae praeclare promeritus eſt, Jo. Mel. Hartmann, inſtituit Hiſpaniam pariter pertractare, hoc ordine, ut recenſeret 1. nomina, 2. terminos ambitumque, 3. montes et promontoria, 4. fluvios, 5. terrae proventus, et his praemiſſis 6. chorographiam et topographiam exhiberet. Editum eſt programma primum, Marburgi 1802. complectens capita tria, itemque alterum 1803. agens de fluminibus. At reliqua deſiderantur.

189. كتاب البستان في عجايب الارض والبلدان

تاليف العبد الفقير الي الله الغني سلامش بن كند غدي الصالحي

h. e. *Hortus rerum mirabilium terrae et regionum, auctore Salámeſch ben Cand Gadi (ſectá) Al Zalechi.*

Librum recenſet Simon. Aſſemani, Catalogo de' codici manoſcritti orientali della Bibliotheca Naniana, Part. I. in Padova. 1787. 4. p. 151. perhibens, impreſſum eſſe arabice tantum in octavo pagg. 246. Romae, opera Roberti Granion, Pariſienſis, anno Chr. 1584. absque ulla Superiorum approbatione, in fine autem habere formulam hanc: Romae Ex Typographia Dominici Baſae M. D. LXXXV.

Satis quidem copioſe exponit Aſſemani, quae in coſmographico hoc opere, VII tractatibus diſtincto, tradita ſunt, maximam partem ſi quae de Aegypti rebus referuntur exceperis, inepta et fabuloſa. Sed quae de editionis ortu accidit dubitationem non curavit

vit tollere. Rob. Granion ſculpendi chalybis erat peritiſſimus; conſtat, ab ipſo in chalybe exſculptos fuiſſe characteres arabicos, quibus Medicea typographia uſa eſt, elegantiſſimos. Vid. ſupra num. 41. p. 21. Certe igitur in eo fallitur Aſſemani, quod p. 152. verſionem, in exemplo Naniano lineis calamo interſcriptam, minus illam exactam et ſubinde prorſus abſonam, haud dubie ab ipſo Rob. Granion factam eſſe pronuntiat. Typographiae Dominici Baſae mentionem injecit Laire, Specim. typographiae Romanae XV. ſaeculi, p. 14. ſed nonniſi unicum foetum commemoravit, Librum precum in uſum Maronitarum, ſermone arabico litteris ſyriacis expreſſum 1584. 8. quem ſuo nos loco recenſebimus.

Praeterea ipſe Simon. Aſſemani retulit, quae tradita ſunt a Steph. Evodio Aſſemani, Catalog. Bibliothecae Mediceae, num. CIX. pag. 147. Sunt vero haec:

كتاب البستان في عجايب الارض والبلدان لابي
العباس احمد بن خليل الصالحي

h. e. Hortus rerum mirabilium – auctore Abul Abbâs Ahmed, fil. Chalil, dicto Alzalechi, i. e. Juſtus. Codex in 4. chartaceus, conſtat 105. (ſic) Arabicis characteribus et ſermone impreſſus. Romae typis Mediceis anno Dom. 1585. cura et ſtudio Joannis Bapt. Raymundi, cujus manu exarata videtur italica ejusdem operis interpretatio interlinearis, quae ibidem legitur. Extrema formula eſt, طبع بمدينة رومية علي
يد يوحنا باطتشتا مرايموندي سنة الف
وخمسماية وخمسة وثمانين مسيحية.
Claruit auctor in Syria circa annum Heg. 545. Chr. 1150. ſub Moado Moſtanſer Billa, Cairi et Bagdadi Chalipha.

Repu•

Repugnantia haec dicta composuit ea ratione De-Rossi Dizionario, voce Salamesc, p. 163. ut diceret, Mediceae Bibliothecae librum, consentiente titulo, cognomine auctoris, loco, anno, habendum esse pro exemplo ejusdem editionis, caetera in quibus dissensus sit, tribnenda „a mero abbaglio" merae incuriae. Addimus nos, anno 1585. nondum institutam fuisse Mediceam typographiam.

Ibn AlWardi, ابن الوردي, cujus aetatem et patriam nondum habemus exploratam, vid. De-Rossi, Dizionario pag. 35. auctor est operis cosmographici, inscripti خريدة العجايب, *Unio rerum mirabilium*, in capita 14 distributi. Retulit de illo Deguignes primum in Journal des Savans, April. 1758. deinde copiosius in Notices et Extraits des MSS. de la bibliotheque du Roi, Tom. II. Paris, 1789. pag. 19 sqq. Olaus Celsius, in Hierobotanico, Upsaliae 1745. 8. passim ex libro locum recitavit, vid. pag. 492. part. poster.

190. Particulam, de palma, ex cap. 10. arabice et latine, illustratam notis, publico examini exposuit Upsaliae 1752. *Carolus Aurivillius*. Vid. Götting. Zeitungen von gelehrten Sachen, 1752. 103. St. pag. 1025 sqq. Dissertatio haec locum habet inter alias Aurivillii dissertationes ad sacras litteras et philologiam orientalem pertinentes editas cum praefatione Jo. Dav. Michaelis, Goetting. 1790. p. 41–73.

Jo. Bernh. Koehler unacum Abulfedae Tabula Syriae capitis primi partem edidit pag. 167–192. quae agit de Syria.

191. *Andreas Hylander*, Lundae in Suecia coepit anno 1784. edere, ad exercitia disputatoria, Specimen operis geographici Ibn el Vardi, et quidem ex eodem cap. primo. Particula I. II. III. p. 1 . . 32. non-

nonnisi latino sermone usa, arabicis typis non suppetentibus. At Particula IV. initium fecit latino sermoni arabicum adjungendi, alternis paginis. Etiam hoc ipso tempore opus procedere non est quod dubitemus; sed nobis ultra particulam XXXII. editam anno 1806. visa est nulla. Inde a Part. IV. paginae sunt numerorum signis destitutae; Particulae XIII. prima pagina signata est numero 105, et procedit abhinc numerorum series usque in Part. XXII. Sed Part. XXIII. incipit nova series, suntque ab hujus initio usque ad exitum Part. XXXII. paginae numeratae 80. Etenim Part. XXIII. prodit demum primordium primi capitis, quod est arabici operis principium. Part. XXV. pag. 19. comparet locus ille de Corduba, Hispaniae urbe, quem edidit Karsten (num. 164. p. 128.) ex apographo Tychsenii, suppeditatque editio Lundensis lectiones complures praestantiores, quamquam et ipsa vicissim ex Rostochiensi passim potest recipere nonnihil emendationis.

192. Particula operis cosmographici Ibn el Vardi arabice et latine, quam praeside Matthaeo Norberg examini offert interpres et defensor Vilhelmus Faxe. 1786. Lundae. 4. pagg. 15.

Progreditur haec particula ex loco illo, quo substitit Aurivilliana, agitque de Olea, Tamarindi, Gebra, malo Persico. Pag. 9. additum arabice, quod de vi mortifera venti Samum, quam Mecca etiam experitur aestivo tempore, ex ore Meccensis Scheriphi accepit Constantinopoli Norbergius. Ad hanc particulam accessisse aliam nobis non constat.

193. Aegyptus auctore Ibn el-Vardi. Ex apographo Escorialensi, una cum lectionibus variis e codice Dresdensi primus edidit, vertit, notulisque illustravit Christianus Martinus Fraehn,

M Ro-

Roſtochienſis (nunc litterarum orientalium profeſſor Caſanenſis.) Halae 1804. 8. pagg. 111.

Apographum Escorialenſe, codicis MDCXXIX. in Catalogo Caſiri, Tom. II. p. 1. ſuppeditavit ill. Ol. Gerh. Tychſen, qui illud Ignatio de Aſio del Rio acceptum fert: Dresdenſis codicis lectionibus exquirendis operam impendit humaniſſ. Roſenmüller. Sed illud non poteſt non videri negligentius factum; Dresdenſe exemplum quae exhibet, ſunt plerumque meliora. At quae Fraehnius curavit, eadem Hylandri quoque opera comparuerunt, Particula XXIX. d. 21. Jun. 1805. initium exhibet relationis de Aegypto, p. 56, eaque abſolvitur Part. XXXII. p. 76. Sectio etiam de Alexandria, quam ad terram Magreb, non ad Aegyptum refert auctor, praeſto eſt Part. XXIX. p. 50 – 56. proximo loco ante relationem de Aegypto. Ac Upſalienſis codex, quem Hylander ſequitur, haud pauca ſuppeditat, quibus uti poſſis ad ea, quae ſunt a Fraehnio edita, emendanda; veluti haec:

Fr. p. 32. lin. 10. لهن جابد ارينا . . . *nos non ſumus ii, qui laedamus eum qui noſtri foci,* أرينا, *tenetur deſiderio.* Hyl. p. 60. لهن لجا بدارنا, *non illius ſumus obliti, qui in noſtrum confugit domicilium.* Vera ſcriptio haud dubie haec, لسهن جاء بدارنا.

Fr. p. 37. من الزمان الغايب *de temporibus praeteritis.* ponenda erat lectio Dresdenſis codicis الغابر, hanc rhythmus poſtulat eandemque exhibet Hyl. p. 70. Sed hic ſeriem verſuum turbavit.

Fr. p. 36. ubi pyramides celebrantur, لـم بـيـن علي وجه الارض مثلها *ad quarum ſimilitudinem quod*

quod accedat, in orbe terrarum neutiquam reperitur, ſumto يبين, quod hic, poſt لم, nequit locum habere. Hyl. p. 68 . . . لم يبني علي *non aedificatum eſt per ſuperficiem terrae his ſimile.* — Genuina ſcriptio eſt لم يبين.

Fr. p. 40. de Alexandria, وهي حصينة الأسوار عامرة الديار *proventu abundat et moenia aedificiis frequentata ſunt.* Bene Hyl. p. 50. lin. 4 . . . وهي حصينة *cincta eſt muris, frequens aedificiis.*

Fr. p. 41. lin. 14. *Inerant ſpeculo opera et machinae quibus attrahebantur,* تخرق, *naves in mari, quum ejus radiorum vim tranſirent.* Recte Hyl. p. 52. تحرق المراكب, *comburebantur naves in mari, hoſtiles ſi eſſent, virtute radiationis illius.*

Fr. p. 42. lin. 3. ونقل ان هذا المنار كان في وسط المدينة وان المدينة كانت تبيع القصبات متوالية. *Ceterum haec Pharus in media urbe ſita haecque ipſa urbs oppidorum continuorum ſeries fuiſſe dicitur.* Hyl. bene p. 52. كانت سبع قصبات . . . *urbem ſeptem continuiſſe oppida eaque continua.*

Fr. ib. وصار المنار في البحر لغلبة المنار علي قصبة المنار *Pharus nunc in mari cernitur, ita ut ipſa oppido Phari ſuperfuerit.* Rectius Hyl. . . . لغلبة الما علي . . . *Pharus vero ipſa in mari inclinata, ob violentiam aquae juxta oppidum Pharo vici-*

hibens: quae compluribus locis demonstravit qui de opere retulit in Allgem. Literatur-Zeitung, loco dicto. Itaque doctiss. Caussin, occasione sibi oblata, duxit suam versionem in lucem proferendam esse atque etiam defendendam notatis passim erroribus in latina obviis, maxime pag. 31. ubi haec exstant in nota: Comme c'est précisément ce morceau que M. Gregorio a choisi pour mettre en parallèle les deux traductions, je suis obligé d'indiquer ici d'une maniére plus suivie les contresens qui défigurent la sienne.

186. Documentos arabicos para a historia portugueza copiados dos originales da torre do tombo com permissão de S. Magestade, e vertidos em portuguez por ordem da academia real das Sciencias de Lisboa por Fr. João de Sousa, correspondente do numero da mesma Academia, e interprete de sua Magestade para a lingua arabica. Lisboa. 1790. 4. pagg. 190.

Vid. relationem de hoc libro in Götting. Anzeigen. 1793. p 238 sq. Historiae vel augendae vel illustrandae haud multum conferunt haec Documenta. Sunt epistolae LVIII. scriptae intra annos 1503. et 1528. quibus potentia et auctoritate praevalebat Portugalia. P. 144. editae sunt litterae scriptae a Muley Ahmed Scheripho ad Joannem Regem, quibus hunc compellat his formulis: الي سلطان الكبير في قومه والمشهور في ملته الرفيع في منزله سلطان البرتكال المسمي دون جوان ابن السلطان دون منويل *Sultano magno in populo suo, et celebrato in religione sua, et sublimi in dignitate sua, Sultano Portugaliae, cui nomen Don Joannes, filio Sultani Don Immanuel*, a quo orationis genere vehementer discrepat illud

illud, quo uſus eſt anno 1782. Sultan Maroccanus ad regem Franciae, Chreſtomathie Arabe, par M. de Sacy, Tom. III. p. 318. — Uſus libri fere omnis poſitus eſt in cognoſcendis epiſtolarum formis, variisque ſalutandi compellandique rationibus, quibus uti ſolet arabicus ſermo. Arabica minus quam par erat emendate ſunt edita.

Edriſii Geographia.

Auctor ابو عبد الله محمد بن محمد عبد الله بن ادريس امير المومنين, natus eſt, quod ex arabicis ſcriptoribus compertum ſibi perhibet Caſiri, Biblioth. P. II. p. 13. Septae in Africa, vulgo Ceuta, ann. Heg. 403. Chr. 1099. oriundus ex nobili familia Edriſidarum, qui olim in Africae partibus imperium habuerunt. Cordubae in Hiſpania disciplinis operam dedit, religione Moslemus. Rogante Siciliae rege, Rogerio II. perfecit ann. Heg. 548. Chr. 1153. (ante Abulfedam circiter 173 annis) opus geographicum, quod ineditum exſtat in bibliotheca Bodlejana, Catalog. p. 192. Breviarium autem illius, neque illud tenue, cujus auctor incertus, typis deſcriptum eſt Romae in typographia Medicea 1592. 4. mere arabicum, ut libros calamo exaratos imitari velle videatur. Inſcriptio libri haec:

187. كتاب نزهة المشتاق ✻ في ذكر الامصار ✻ والاقطار ✻ والبلدان ✻ والجزر ✻ والمداين ✻ والافاق ✻

Liber, oblectatio deſiderantis in perluſtrandis terminis et tractibus et provinciis et inſulis et urbibus et plagis mundi. Sunt vero etiam exempla, quae titulum prae ſe ferunt arabico-latinum, expreſſis etiam ver-

verbis: Romae in typographia Medicea MDXCII. vid. Baumgartens Nachrichten von merkwürdigen Büchern, Tom. VI. p. 23. Stephan. Evodius Assemanus, in Bibliothecae Mediceae codd. mst. oriental. catalogo, Florentiae 1742. fol. p. 162. refert, tractatum hunc geographicum editum esse anno MDCXVII. sub titulo *Geographiae Nubiensis*. Sintne exempla, hoc indice distincta, alii viderint.

Editionem syriacis litteris factam in monasterio Kesroan in monte Libano commemorat, qui de J. M. Hartmanni commentatione Goetting. 1791. 4. retulit in Beylage zur Helmstädt. literar. Zeitung, Decemb. 1791. p. 184.

Latina versio sic inscripta: Geographia Nubiensis, id est accuratissima totius orbis in septem climata divisi descriptio, continens praesertim exactam universae Asiae, et Africae, rerumque in iis hactenus incognitarum explicationem. Recens ex Arabico in Latinum versa a Gabriele Sionita Syriacarum et Arabicarum literarum Professore, atque interprete Regio, et Johanne Hesronita, earundem Regio interprete, Maronitis. Parisiis MDCXIX. 4.

Quae summatim hic relata sunt, diligenter non minus ac copiose pertractavit Jo. Melchior Hartmann, prof. Marburgensis, in Edrisii Africa, Goettingae 1796. 8. p. XLIV sqq. Juvat nunc quaedam alia commemorare, quae spectant ad libri Edrisiani historiam.

I. Perraram esse editionem Romanam, communis diu omnium opinio erat, neque ea omnino vana, cum rarissima adparerent libri exempla. Verum parandi illius facultas innotuit, priusquam Adlerus in Uebersicht seiner biblisch-kritischen Reise nach Rom. Altona 1783. p. 72. significaret, nunc Florentiae iterum

iterum venalia eſſe exempla. Etenim Björnſtahl in epiſtola Florentiae 1772. nuntiaverat, exemplorum copiam haud multo ante Roma, ubi diu delituiſſent, illuc advectam eſſe, atque nunc digeri et ordinari. vid. Briefe, Vol. II. 1778. p. 157. At Romae etiam obtinuit vulgaris illa opinio. Siquidem Franciſc. Xaverius Lairo, Specim. hiſtor. typographiae Romanae XV. Saeculi. Romae. 1778. 8. haec habet p. 13. – „cujus (Geographiae Nubienſis) raritatem tantopere extollit indicis Caſanatenſis auctor Tom. III. in praefatione. Hic tamen Romae mihi vidiſſe contigit quinque exemplaria; alia fortaſſe latent." Sed quae ille addit, pene ridicula videri poſſint. „Incerto editionis loco magis torquetur idem auctor, neque enim noſſe videtur officinam Arabicam Medicea antiquiorem, in qua anno 1592. libri hujus editio facta eſt, quo tempore vix naſcebatur officina Medicea Arabica. Huic auctori ignota fuiſſe videtur officinae *Fani Fortunae* ruina." –

II. Commentatio de fatis linguarum orientalium, edita cum Lexico Meninski, Viennae 1780. haec tradit p. xcix. „*Italica* verſio a P. *Dominico Macri* anno 1632. in collegio Romano degente, adornata eſt. Partem hujus geographiae ad *Siciliam* pertinentem doctor *Franciscus Tardia Palermitanus*, notis illuſtratam edidit, hac inſcriptione addita: *Deſcrizione della Sicilia cavata da un libro Arabico di Scherif El Idris.*" Verſio Dominici Macri non complectitur totum librum Edriſii. Exſtat in Opuscoli di autori Siciliani Tóm. VIII. in Palermo 1764. 4. p. 233–399. Deſcrizione della Sicilia cavata da un libro Arabico di Scherif Elidris corredata di Prefazione, e di copioſe Annotazioni dal Signor Dottor Francesco Tardia Palermitano. Edita eſt haec verſio ex mſto, cujus extremo loco haec p. 398. addita ſunt: La ſudetta ſcrittura della Deſcrizione di Sicilia è ſtata tradotta dall' Arabico

in

in lingua Italiana *ad verbum* dal P. Domenico Magri Maltese nel Collegio Romano l'anno 1632. Il detto Padre oggi è dell' Oratorio di San Filippo Neri. Italicam versionem vel leviter intuenti apertum est ex Latina factam esse; quamquam haud minus certum non defuisse arabicum exemplum. Etenim latine pag. 170. legitur: distinguitur haec (urbs Palermus) partes in duas, in Castellum scilicet, et in suburbia. Italice: è divisa in due parte, cioè nel Kasar, ed in Rabat. Sic enim arabice scriptum, وهي علي قسمين قصر وربض Nullo igitur negotio constare poterat hujusmodi versio. Sed permultum operae et laboris in edenda illa suisque annotationibus illustranda consumsit, nullo fero eventu, Tardia. Hic destitutus arabico exemplo, quod per omnem Siciliam nullum suppeteret (praefat. p 263.) ne videre quidem poterat, quomodo arabice expressa sint tot illa vocabula, quibus costituendis operam impenderet. Veluti ubi dicitur ad australem Panormi plagam decurrere fluvius Abbas, haec p. 179. adscripsit: la voce Abbas può derivarsi da أبس *Abs*, *locus asper*, *et salebrosus*, come lo è il luogo del fiume; altrimenti اباب *Abab* significa *Fluxus ingens*, *Unda*. rel. Arabice vero nomen fluvii scriptum عباس. At nec Latinae versionis copiam habuisse videtur. Etenim ad illa verba: nel Kasar et in Rabat, scripsit pag. 278. haec: In margine dell mss. s'interpretra *Suburbium*, dalla voce, mi credo, *Rabadz*. Se dicesse sopra Rabas, me gli accorderei, ma dicendosi Rabat, mi è sembrato doversi cavare il significato dalla voce ربض *Rabata*, *Divisus et separatus fuit* rel. Latinum exemplum si vidisset, patebat, litteram t in voce Rabat non habere auctoritatem nisi Italici interpretis: patebat quoque, unde factum, quod praefat. p. 269. memoratum

ratum est, ut msta. versio passim, et quidem 52 locis, in margine haberet Scholion, veluti ad verba la città antica chiamata Chalesa, „Libera;“ ad verba un ospizio chiamato Tarbiaa, „Quadratum.“ Quippe eadem in Latinae versionis margine conspiciuntur.

III. Latina versio edita parum probatur intelligentibus. Sed ipse auctor illius primarius haud multum illi tribuit, et sunt omnino, quae faciunt ad eum excusandum. Est penes nos exemplum libri, a Gabriele Sionita ad Wilhelmum Schickardum Tubingam transmissi, quod etiam textum arabicum ipsius Schickardi calamo ex edito libro alternis chartis exscriptum refert, atque innumeris locis ab eodem castigatum est. In hujus igitur voluminis fronte descripsit Schickardus partem epistolae, a Sionita ad se scriptae. Quae cum apud nos integra extet, placet eandem ex autographo hic recitare:

Gratiam equidem censeo singularem, non audaciam, (eruditissime mi Schickarte, numeris omnibus ornatissime) quod ad me scripseris. Etsi enim plures mihi adeo obstrepant, ut durum sit aliquando homini occupatissimo, meliorem temporis partem scriptiunculis terere: nunquam tamen literae fuere graves a Tui similibus scriptae. Laudo animum, ingenium amo, et ut verbo dicam, affectui tuo brachia pando, et occurro benevolentiae in me Tuae quam pro beneficio amplector, eique firmandae mitto ad Te quos petis Articulos Turco-Gallicos, foederis inter Regem Galliae et Othomannum initi, unaque Hortulum quem vocas Arabicum Latine factum, Geographia Nubiensis, hoc est a viro Nubiensi composita, a me inscriptum. Hanc Tu versionem facile deprehendes a languente et decumbente emissam, inter corporis cruciatus ac diuturni morbi angores. Exploratum enim mihi est adeo elumbem et languidam esse, ut merito vereri possim ne a Te inspecta, existimes a benevolis nostri nominis

Te

Te verius fumum quam famam hausisse, aegreque feras Authorem inter medios reponi, quem immerito extollis super eximios, cum phoenicem vocas. Quandoquidem praeter morbum in quem incideram dum typis mandabatur, carebam omni manuscripto, et solum suppetiit Exemplar quod Romae fuerat excusum usque adeo mendosum, ut ante opus inceptum, decretum mihi fuerit ab ea molestia prorsus abstinere, nisi precibus et authoritate, qua plurimum apud me pollebant immortalis memoriae Viri illustriss. Card. Perronius, et Clariss. Praeses Thuanus me ad hunc scopulum adegissent, quem si absque famae naufragio evaserim, viderint aequi alieni laboris aestimatores, et Tu inprimis Vir Doctissime, qui bene subducta ratione, suscepti difficultatem operis animo perpendes antequam mali interpretis naevum mihi impingas. Ne autem singulos errorum anfractus repetam quibus codicem nostrum scatere perspicacissime animadvertis, Urbium locorumque Asiae et Africae nomina propria, librorum quorundam Arabicorum ope restitui curavi: Alia vero Europaea, quum essent supra modum corrupta, talia Arabice excusa sunt, qualia in Originali invenimus, ejusmodi spinas cautioribus pertractandas relinquentes. Quod si quis absque Manuscripto fideliori effecerit, is mihi Hercules, is mihi Apollo erit; fateor enim ingenue in sincera illorum lectione stabilienda aquam mihi haesisse, nec nullo studio et conjectura eam assequi potuisse. Caeterum nulli hic sunt libri Turcico-Latini, nec manuscripti neque excusi, alioquin una cum praesentibus ad Te misissem. Historiae Tuae Persicae famam audivi, sed nondum vidi. Illam, ut promittis, a Te expecto, non ut castigem, quod fieri vis, si enim id pollicerer versura mihi solvendum esset; sed ut praestantissimi ingenii Tui partum admirer, accipiamque ceu amoris erga me Tui perpetuum obsidem. Vale Professor sapientissime et Reipubl. nostrae literariae diu vive. Dabam Parisiis

28 Decemb. 1628. Clariſſ. dignitati Tuae obſequentiſſimus Gabriel Sionita.

188. ذكر الاندلس تاليف شريف الادريس

Deſcripcion de Eſpaña de Xerif Al Edris, conocido por el Nubienſe, con traduccion y notas de Don Joſef Antonio Conde, de la real bibliotheca. Madrid en la imprenta real. 1799. 8. p. xx. et 234.

Alia inſcriptio, quae in Götting. gel. Anzeigen, 1802. p. 360. tradita eſt, videtur non niſi fama et auditione accepta. Relatum eſt de libro in Reviſion der Literatur in den 3 letzten Quinquennien des 18. Jahrhunderts, ſchida 48. Praeter exemplum Romanum, typis editum, adjumenti quidpiam ſuppeditabat ne Eſcorialenſis quidem bibliotheca, „cujus Geographica multa, inter haec Geographia vulgo Nubienſis, tum Abulphedae, Raſisque ejusdem argumenti opera in luctuoſiſſima illa incendii clade nunquam ſatis lugenda intercidére.“ Verba ſunt Caſiri, Tom. II. p. 9. Emendata tamen ſunt nonnulla ex ingenio; veluti nomen Lisboae urbis اشبونة mutatum in لشبونة, de quo tamen eſt quod dubites: in Documentos arabigos editae ſunt Num. III. litterae regis Immanuelis nomine ſcriptae a. d. 22. Januar. 1504. quae hanc formulam exhibent extremo loco poſitam, كتبه عبد الله الرعيني في حضرة اجبوه, Abdalla erat homo Maurus ſcribendis arabicis adhibitus, cujus ſane erat noſſe nomen regiae arabicum. Caſiri, loc. cit. p. 13. „amicorum, ait, votis indulgens, multa ex codicibus arabicis mſſ. excerpere decreveram, quorum ope et arabicum Geographiae Nubienſis textum, ubi res poſtularet, praecipue in locis ad Hiſpaniam ſpectantibus, emendarem, et latinam verſionem quamplurimis notis locupletarem. Sed aliis diſtentus ſtudiis, operi ma-

manum admovere necdum potui. Id tamen, si quid otii aliquando nactus fuero, me Deo favente praestiturum non diffido." Dolendum sane, eventu caruisse propositum.

Qui de Edrisii descriptione Africae praeclare promeritus est, Jo. Mel. Hartmann, instituit Hispaniam pariter pertractare, hoc ordine, ut recenseret 1. nomina, 2. terminos ambitumque, 3. montes et promontoria, 4. fluvios, 5. terrae proventus, et his praemissis 6. chorographiam et topographiam exhiberet. Editum est programma primum, Marburgi 1802. complectens capita tria, itemque alterum 1803. agens de fluminibus. At reliqua desiderantur.

189. كتاب البستان في عجايب الارض والبلذان

تاليف العبد الغقير الي الله الغني سلامش بن كند غدي الصالحي

h. e. *Hortus rerum mirabilium terrae et regionum, auctore Salámesch ben Cand Gadi (sectá) Al Zalechi.*

Librum recenset Simon. Assemani, Catalogo de' codici manoscritti orientali della Biblioteca Naniana, Part. I. in Padova. 1787. 4. p. 151. perhibens, impressum esse arabice tantum in octavo pagg. 246. Romae, opera Roberti Granion, Parisiensis, anno Chr. 1584. absque ulla Superiorum approbatione, in fine autem habere formulam hanc: Romae Ex Typographia Dominici Basae M. D. LXXXV.

Satis quidem copiose exponit Assemani, quae in cosmographico hoc opere, VII tractatibus distincto, tradita sunt, maximam partem si quae de Aegypti rebus referuntur exceperis, inepta et fabulosa. Sed quae de editionis ortu accidit dubitationem non curavit

vit tollere. Rob. Granion ſculpendi chalybis erat peritiſſimus; conſtat, ab ipſo in chalybe exſculptos fuiſſe characteres arabicos, quibus Medicea typographia uſa eſt, elegantiſſimos. Vid. ſupra num. 41. p. 21. Certe igitur in eo fallitur Aſſemani, quod p. 152. verſionem, in exemplo Naniano lineis calamo interſcriptam, minus illam exactam et ſubinde prorſus abſonam, haud dubie ab ipſo Rob. Granion factam eſſe pronuntiat. Typographiae Dominici Baſae mentionem injecit Laire, Specim. typographiae Romanae XV. ſaeculi, p. 14. ſed nonniſi unicum foetum commemoravit, Librum precum in uſum Maronitarum, ſermone arabico litteris ſyriacis expreſſum 1584. 8. quem ſuo nos loco recenſebimus.

Praeterea ipſe Simon. Aſſemani retulit, quae tradita ſunt a Steph. Evodio Aſſemani, Catalog. Bibliothecae Mediceae, num. CIX. pag. 147. Sunt vero haec:

كتاب البستان في عجايب الارض والبلدان لابي
العباس احمد بن خليل الصالحي

h. e. Hortus rerum mirabilium – auctore Abul Abbâs Ahmed, fil. Chalil, dicto Alzalechi, i. e. Juſtus. Codex in 4. chartaceus, conſtat 105. (ſic) Arabicis characteribus et ſermone impreſſus. Romae typis Mediceis anno Dom. 1585. cura et ſtudio Joannis Bapt. Raymundi, cujus manu exarata videtur italica ejusdem operis interpretatio interlinearis, quae ibidem legitur. Extrema formula eſt, طبع بمدينة رومية علي
يد يوحنا باطتشتا مرايموندي سنة الف
وخمساية وخمسة وثمانين مسيحية.

Claruit auctor in Syria circa annum Heg. 545. Chr. 1150. ſub Moado Moſtanſer Billa, Cairi et Bagdadi Chalipha.

Repu-

Repugnantia haec dicta composuit ea ratione De-Rossi Dizionario, voce Salamesc, p. 163. ut diceret, Mediceae Bibliothecae librum, consentiente titulo, cognomine auctoris, loco, anno, habendum esse pro exemplo ejusdem editionis, caetera in quibus dissensus sit, tribuenda „a mero abbaglio" merae incuriae. Addimus nos, anno 1585. nondum institutam fuisse Mediceam typographiam.

Ibn AlWardi, ابن الوردي, cujus aetatem et patriam nondum habemus exploratam, vid. De-Rossi, Dizionario pag. 35. auctor est operis cosmographici, inscripti خريدة العجايب, *Unio rerum mirabilium*, in capita 14 distributi. Retulit de illo Deguignes primum in Journal des Savans, April. 1758. deinde copiosius in Notices et Extraits des MSS. de la bibliotheque du Roi, Tom. II. Paris, 1789. pag. 19 sqq. Olaus Celsius, in Hierobotanico, Upsaliae 1745. 8. passim ex libro locum recitavit, vid. pag. 492. part. poster.

190. Particulam, de palma, ex cap. 10. arabice et latine, illustratam notis, publico examini exposuit Upsaliae 1752. *Carolus Aurivillius.* Vid. Götting. Zeitungen von gelehrten Sachen, 1752. 103. St. pag. 1025 sqq. Dissertatio haec locum habet inter alias Aurivillii dissertationes ad sacras litteras et philologiam orientalem pertinentes editas cum praefatione Jo. Dav. Michaelis, Goetting. 1790. p. 41–73.

Jo. Bernh. Koehler unacum Abulfedae Tabula Syriae capitis primi partem edidit pag. 167–192. quae agit de Syria.

191. *Andreas Hylander*, Lundae in Suecia coepit anno 1784. edere, ad exercitia disputatoria, Specimen operis geographici Ibn el Vardi, et quidem ex eodem cap. primo. Particula I. II. III. p. 1 . . 32. non-

nonnisi latino sermone usa, arabicis typis non suppetentibus. At Particula IV. initium fecit latino sermoni arabicum adjungendi, alternis paginis. Etiam hoc ipso tempore opus procedere non est quod dubitemus; sed nobis ultra particulam XXXII. editam anno 1806. visa est nulla. Inde a Part. IV. paginae sunt numerorum signis destitutae; Particulae XIII. prima pagina signata est numero 105, et procedit abhinc numerorum series usque in Part. XXII. Sed Part. XXIII. incipit nova series, suntque ab hujus initio usque ad exitum Part. XXXII. paginae numeratae 80. Etenim Part. XXIII. prodit demum primordium primi capitis, quod est arabici operis principium. Part. XXV. pag. 19. comparet locus ille de Corduba, Hispaniae urbe, quem edidit Karsten (num. 164. p. 128.) ex apographo Tychsenii, suppeditatque editio Lundensis lectiones complures praestantiores, quamquam et ipsa vicissim ex Rostochiensi passim potest recipere nonnihil emendationis.

192. Particula operis cosmographici Ibn el Vardi arabice et latine, quam praeside MATTHAEO NORBERG examini offert interpres et defensor VILHELMUS FAXE. 1786. Lundae. 4. pagg. 15.

Progreditur haec particula ex loco illo, quo subsistit Aurivilliana, agitque de Olea, Tamarindi, Gebra, malo Persico. Pag. 9. additum arabice, quod de vi mortifera venti Samum, quam Mecca etiam experitur aestivo tempore, ex ore Meccensis Scheriphi accepit Constantinopoli Norbergius. Ad hanc particulam accessisse aliam nobis non constat.

193. Aegyptus auctore Ibn el-Vardi. Ex apographo Escorialensi, una cum lectionibus variis e codice Dresdensi primus edidit, vertit, notulisque illustravit CHRISTIANUS MARTINUS FRAEHN,

Roſtochienſis (nunc litterarum orientalium profeſſor Caſanenſis.) Halae 1804. 8. pagg. 111.

Apographum Escorialenſe, codicis MDCXXIX. in Catalogo Caſiri, Tom. II. p. 1. ſuppeditavit ill. Ol. Gerh. Tychſen, qui illud Ignatio de Aſſo del Rio acceptum fert: Dresdenſis codicis lectionibus exquirendis operam impendit humaniſſ. Roſenmüller. Sed illud non poteſt non videri negligentius factum; Dresdenſe exemplum quae exhibet, ſunt plerumque meliora. At quae Fraehnius curavit, eadem Hylandri quoque opera comparuerunt, Particula XXIX. d. 21. Jun. 1805. initium exhibet relationis de Aegypto, p. 56, eaque abſolvitur Part. XXXII. p. 76. Sectio etiam de Alexandria, quam ad terram Magreb, non ad Aegyptum refert auctor, praeſto eſt Part. XXIX. p. 50–56. proximo loco ante relationem de Aegypto. Ac Upſalienſis codex, quem Hylander ſequitur, haud pauca ſuppeditat, quibus uti poſſis ad ea, quae ſunt a Fraehnio edita, emendanda; veluti haec:

Fr. p. 32. lin. 10. لسن جاذب اربنا ... *nos non ſumus ii, qui laedamus eum qui noſtri foci,* أربنا, *tenetur deſiderio.* Hyl. p. 60. لسن لجا بدارنا, *non illius ſumus obliti, qui in noſtrum confugit domicilium.* Vera ſcriptio haud dubie haec, لسن جاء بدارنا.

Fr. p. 37. من الزمان الغايب *de temporibus praeteritis.* ponenda erat lectio Dresdenſis codicis الغابر, hanc rhythmus poſtulat eandemque exhibet Hyl. p. 70. Sed hic feriem verſuum turbavit.

Fr. p. 36. ubi pyramides celebrantur, لم يبن علي وجه الأرض مثلها *ad quarum ſimilitudinem quod*

quod accedat, in orbe terrarum neutiquam reperitur, ſumto يُبْنَ, quod hic, poſt لم, nequit locum habere. Hyl. p. 68 . . . لم يبني علي *non aedificatum eſt per ſuperficiem terrae bis ſimile.* — Genuina ſcriptio eſt لم يُبْنَ.

Fr. p. 40. de Alexandria, وهي خصبة الاسوار عامرة الديار *proventu abundat et moenia aedificiis frequentata ſunt.* Bene Hyl. p. 50. lin. 4 . . . وهي حصينة *cincta eſt muris, frequens aedificiis.*

Fr. p. 41. lin. 14. *Inerant ſpeculo opera et machinae quibus attrahebantur,* تخرف, *naves in mari, quum ejus radiorum vim tranſirent.* Recte Hyl. p. 52. تحرق المراكب, *comburebantur naves in mari, hoſtiles ſi eſſent, virtute radiationis illius.*

Fr. p. 42. lin. 3. ونقل ان هذا المنار كان في وسط المدينة وأن المدينة كانت تبيع القصبات متوالية. *Ceterum haec Pharus in media urbe ſita haecque ipſa urbs oppidorum continuorum ſeries fuiſſe dicitur.* Hyl. bene p. 52. كانت سبع قصبات . . . *urbem ſeptem continuiſſe oppida eaque continua.*

Fr. ib. وصار المنار في البحر لغلبة المنار علي قصبة النار *Pharus nunc in mari cernitur, ita ut ipſa oppido Phari ſuperfuerit.* Rectius Hyl. . . . لغلبة الما علي . . . *Pharus vero ipſa in mari inclinata, ob violentiam aquae juxta oppidum Pharo*

 vici-

vicinum. Verte: locum obtinuit Pharus in mari, quod aquae vis fuperaret oppidum illud in quo erat Pharus.

كتاب صفة بعض الدراهم التي ضربوها 194.
بـنـو سامان وبنو بويه الديلمي ومعظمها غير
معلوم لدي اهل العلم الي هذا اليوم ونقل خط
كتاباتها الكوفي الي الطريقة النسخية كريسطيان
بـن دانيال فريـن الروسطوقي معلّم اللغات
الشرقيه في مدرسه سلطانيه قزان حرسها الله

Defcriptio aliquot Dirhemorum a Samanidis et Buidis Dilemitis cuforum, quorum potior pars adhuc incognita doctis; Cuficam eorum infcriptionem charactere Nefchi expreffit CHRISTIANUS, *Danielis filius*, FRAEHN, *Roftochienfis*, *profeffor linguarum orientalium in univerfitate imperiali Kafan*, *quam Deus tueatur!*

Poftremo loco haec exftant,

طبع في قزان المحروسه بدار المطبعه التركيه
التي للمـدرس المشهور علي يـد يوسف بـن
اسماعيل بن اپاناي سنه الف وثمانمايه وثمان
للتاريخ المسيحي وهي سنه ١٢٢٣ لتاريخ الهجرة

h. e. *extufum in urbe Kafan bene tuta in typographia Turcica quae eft profefforis publici curante Jofepho fil. Ismaelis fil. Apanai anno* Chr. 1808. Hegirae 1223. pagg. 28. in quart.

Haud infrequenter illud accidiffe novimus, ut vel qui cuperet arabice aliquid edere, abftinere ab eo debe-

deberet penitus, vel qui tantum arabici nonnihil interspergere scriptis latine, gallice caet. non posset non vulgaribus latinis litteris id utcunque exprimere, ob inopiam arabicarum formularum, qua laborarent officinae typographicae: nunc autem quoque hoc accidisse videmus, ut qui de numis arabicis aliquid edere vellet, universum opusculum arabico sermone conscribere necesse haberet, quod litterarum universitas instituta in urbe Kasan adhuc destituta esset latinis typis, et solis arabicis instructa, qui Petriburgi antehac triti illuc sunt translati. vid. litteras Kasano missas d. 18. Maj. 1808. vulgatas in Jena. Allgem. Liter. Zeitung, et quidem Intelligenz-Blatt, num. 48. 20. Jul. 1808.

Opusculi argumentum exposuit vir doctus, in hoc litterarum genere versatus, in Neue Leipzig. Literatur-Zeitung, 1809. 47. St., multis vero observationibus illud illustravit celeb. Silvestre de Sacy in Magasin Encyclop. Pagina 27. posita est formula تمّ الجزء الاوّل, Finis partis primae, et in Epilogo nunciat auctor latinam translationem proximo tempore secuturam.

295. كتاب ديوان مصر Libro del Consiglio di Egitto tradotto da Giuseppe Vella Cappellano del sac. ordine Gerosolimitano Abate di S. Pancrazio Prof. di lingua Araba nella reale accademia di Palermo, e socio nazionale della R. Ac. delle scienze — Tomo primo in Palermo nella Reale stamperia, 1793. fol. max. pagg. 370.

Exhibet hic codex, dictus Normannicus, relationes litterasque de negotiis rebusque publicis mutuas cum Chaliphae Aegyptii ejusque administrorum, tum Roberti Rogeriique Normannorum, scriptas ann. Chr.

Chr. 1074–1119. vid. Götting. Anzeigen. 1795. p. 2. Sed paucis hoc memorasse sufficit, cum perhibeatur res omnis ad figmentum fraudemque meram redire: quamquam qui primarias in ista fabula partes egit, Josephus Vella, aliorum magis artibus, quam suo ipsius ingenio, quod sane non permagnum dici potest, ductus esse nobis etiam nunc videtur. Conf. quae Eichhorn, Allgemeine Biblioth. Vol. IX. P. I. pag. 143–215. refert Acta, praecipue quod inscriptum est, „Relatio data Neapoli Archiepiscopo Aleppino profecto in Siciliam et Panormi appulso 17. Jun. 1796."

CLAS.

CLASSIS III.

P o ë t i c a.

III. Poëtica.

شذرة الادب من كلام العرب

196. Hoc est Proverbia quaedam Alis, imperatoris Muslimici. et Carmen Tograï, poëtae doctiss. nec non dissertatio quaedam Aben Sinae. Lugduni Bat. ex officina Bonav. et Abrah. Elzevir. 1629. 8.

Opusculum mere arabicum est nonnisi 20 foliorum, absque omni praefatione et mentione editoris. Constat autem, Jac. Golium esse qui edidit, in usum scholarum suarum. Sententiae Ali, p. 3–19. litterarum ordine collocatae, signa vocalium et alia addita habent, habet eadem quoque Tograi carmen p. 20–29. At Ibn Sinae Sermo philosophicus de Deo, pag. 30–35. adjumentis omnibus ad legendum destitutus est. Accessere Excerpta nonnulla ex poëtis.

Exstat libri versio Francica: „L'Elegie du Tograi avec quelques sentences tirées des poëtes Arabes. l'Hymne d'Avicenne, et les Proverbes du Chalife Gali. Le tout nouvellement traduit de l'Arabe. Par Pierre Vattier Docteur en Medecine et Secretaire Interprete du Roy en langue arabique. à Paris. 1660. 8. pagg. 80.

Proverbia haec, neque tamen omnia, distichis latinis et germanicis reddidit Andreas Tscherning, Silesius, haud ignobilis poëta, mortuus 1659. Rostochii professor poëseos. Inscriptio haec:

(Cen-

Centuria Proverbiorum Alis Imperatoris Muslimici distichis Latino-Germanicis expressa ab Andrea Tscherningio, cum notis brevioribus. 8.

Sed est alius, nescio quis, liber, hunc qui asseclam sibi traditum habet: procedit enim a pag. 410. et pag. 418. infra signatus est Ee. Epistola Jo. Mochingeri ad Andr. Tscherningium scripta est Gedani 1641. Dedicationi suae Tscherningius non adscripsit diem annumve. Professus in ea est, in arabicis magistro se usum esse Jo. Fabricio in „Alma Rosarum;" et arabica iisdem typis expressa sunt, quibus Fabricius usus est in Specimine, Rostochii 1638. Brevi post prodiit Andreas Tscherpings deutscher Gedichte Früling, Breslau. 1642. 8. unacum Centuria Proverbiorum Alis Inperatoris Muslimici cet. Sed haec altera editio non refert arabicum textum, in caeteris omnibus respondet priori.

Vidimus quoque in catalogo librorum publice vendendorum Lipsiae 1804. titulum hunc: 1979. Proverbior. Arabicor. distichis Latinis expressorum etc. Centuria Locmannica edit. a Jac. Gerschovio. Gryphisw. 1635.

In libro, The History of the Saracens, by Simon Ockley, the third edition, Cambridge 1757. 8. ad calcem volum. II. p. 335–348. exstant Sentences of Ali, translated from an authentick arabick Manuscript in the Bodleyan Library at Oxford. Verum quas Ockley transtulit Sententiae non sunt eaedem, quas edidit Golius.

Bibliothecae Criticae Vol. I. part. II. Amstelod. 1777. 8. Henr. Alb. Schultens, referens de Abulfedae Aegypto ex editione Jo. Dav. Michaelis, p. 80. haec scripsit: – Ali, filius Abu Talebi, quem eruditione Augusto, clementia et benignitate Trajano, philo-

philosophiae et pietatis studio Marco Antonino philosopho, fortitudine, justae caussae patrimonio et exitus tristi ratione Pompejo parem, eloquentia omnibus majorem judicavit Reiskius (diss. de principibus Mohammedanis, qui aut ab eruditione, aut ab amore litterarum inclaruerunt) et recte judicasse fatentur quicumque cum historiam Mohammedanam horum temporum cognoverint, tum ipsa praeclari viri scripta evolverint. Nam praeter paroemias, sive dicta ejus sententiosa, quorum est magna pars a Golio edita Lugd. B. 1629. major vero adhuc latet in MSS, supersunt etiam orationes, et orationum fragmenta, digna sane, quae, ob singularem eloquentiam atque copiam, ex bibliothecarum latebris in lucem expromantur; quod a viro harum litterarum peritissimo brevi factum iri, nobis spes adfulsit. – Quis sit, quem innuit Schultensius, infra videbimus.

Assemani, Catalog. Biblioth. Mediceae, p. 145. referens de codice arabico, qui continet Apophthegmata Ali centum, cum paraphrasi Persica et Turcica, haec tradit: „Hoc quidem opus, cujus maxima est apud omnes Mosulmanorum sectas existimatio, ex Arabica lingua in Turcicam, ac Persicam, Pehelevianam et Agiamensem, sive antiquam ac recentiorem, octingentis ferme abhinc annis translatum fuisse, referunt Mahomedanarum rerum scriptores. Ejus aliquot sententiae superiori saeculo apud Batavos Arabice et Latine prodierunt; illis vero praestantiora sunt Apophthegmata, quae in hoc codice p. 45. et 46. leguntur.“ – Non dicendum erat: „et Latine.“ Videtur opusculo non usus esse Assemani.

Carminis Tograi editiones habemus complures.

197. Lamiato'l Ajam, Carmen Tograi, poetae arabis doctissimi; una cum versione latina, et notis praxin illius exhibentibus; opera Eduardi Pocockii,

cockii, LL. Hebr. et Arab. Profeſſ. Acceſſit tractatus de proſodia arabica. Oxonii 1661. 8.

Textus arabicus, vocalium adjumento inſtructus, comitem habet verſionem latinam, p. 1–21. Sequuntur p. 1–233. Notae, quae omnes verſantur in declarandis ſingulis vocibus, ad juvandos tirones: in quorum gratiam acceſſit etiam Index omnium dictionum arabicarum, quae vel explicantur, vel alias occurrunt in Notis. Praemiſſa eſt oratio, a Pocokio, cum praelectiones ſuas in poëma Tograi auſpicaretur, habita, in qua de linguae arabicae ortu, progreſſu, perſpicuitate, copia, uſu denique multiplici diſſeritur. Editionem libri, auctore annuente, curavit Samuel Clericus, academiae Oxonienſis architypographus, qui et praefatus eſt, et ſuum ipſius tractatum adjunxit, inſcriptum: Scientia metrica, et rhythmica, ſeu tractatus de proſodia arabica, ex authoribus probatiſſimis eruta. Oxonii 1661. pagg. 170.

Textum Pocockii cum ejusdem verſione et Notarum magna parte Jo. Frid. Hirt repetiit, primum in Inſtitutionibus arabicae linguae, Jenae 1770. 8. pag. 400–426. deinde etiam in Anthologia arabica, Jenae 1774. 8. p. 119–174. Notarum magnam partem, omiſſo textu, repetiit Wahl in Magazin für alte, beſonders morgenländiſche und bibliſche Litteratur. Erſte Lieferung. Caſſel 1787. 8. p. 59–76.

1198. Carminum arabicorum ſpecimen I. Scholis ſuis arabicis deſtinavit Guilielmus Frid. Hezel, Philoſ. D. – Lemgov. 1788. 8. plagg. 2.

Ex Hirtii Anthologia exſcriptum eſt poëma Tograi unacum tribus aliis minutis carminibus a Reiskio ad Hirtium profectis, addita eadem, quae ibi exſtat, latina verſione. Ad primum ſpecimen non acceſſit aliud. Carmina illa tria germanice reddita exhibet

Orion

Orion von Hezel, 1. Band. Gieſſen, 1790. pag. 131–138.

199. Poema Tograi, cum verſione latina Jacobi Golii hactenus inedita. Quam ex MSto. Goliano praefatione, et notis quibusdam auctam edidit Matthias Anchersen. Trajecti ad Rhenum, 1707. 8. foll. 34.

Verſionem Golii ineditam ex Hadriani Relandi bibliotheca nactus Ancherſen, Danus, brevi poſt in academia Hafnienſi profeſſor philoſophiae factus, exiſtimavit, „ſalva Manium Golianorum reverentia – ipſius ſunt verba in praefatione – fieri non poſſe, ut cum blattis et tineis luctaretur illud, quod impigre eluctatus fuerat orientalium laborum Hercules Golius." Verſioni adjunxit quoque ſermonem arabicum, repetitum ex editione Lugdunenſi, anni 1629. ſed denudatum ſuis vocalibus. Notae haud infrequentes, nec vero permagni ponderis, verſantur potiſſimum in enotanda utriusque editionis, Lugdunenſis atque Oxonienſis, diverſitate, quae nonniſi in exiguis rebus cernitur. Et illam quidem conſtanter Erpenianam dicit Ancherſen, haud memor, Erpenium anno 1625. haud ſuperfuiſſe.

Exſtat de libro hoc brevis relatio in Actor. Eruditor. Supplement. Tom. IV. Lipſiae 1711. p. 156. ubi haec legas: „Durum fatum, quod nobis haud tacendum, experta eſt haec editio, quandoquidem exemplaria, quae Cl. Editor omnia, exceptis tantum quinque aut ſex adhuc exſtantibus, navi Hafniam deſtinaverat, in mari periere." Quod penes nos eſt exemplum, antehac Nicolai Guil. Schroederi, haec habet in fronte adſcripta: „Donum Cl. Auctoris, Trajecti ad Rhenum A.° 1707. Erich Frondin."

200. Poëma Tograi, ex versione latina Jacobi Golii, cum scholiis et notis. curante HENRICO VAN DER SLOOT. Franequerae. 1769. 4. pagg. 174.

Versioni adpositus sermo arabicus non nisi passim, ubi ex re visum esset, vocalium signis instructus est. Inferiorem paginae locum scholia tenent arabica, versione addita nulla. Notae p. 94 - 174. copiosam et variam, etiam in poëtis arabicis, lectionem referunt. Praefatio de auctore carminis tradit, enumeratque codices mstos. Leidenses in adornando opere adhibitos, sed ipsa metae jam proxima subito subsistit. Subjecit alius nonnemo haec: „*Hic deficit auctoris manus*, prius enim, quam ultimam praefationi imponeret, in ipso aetatis flore, magnaque, quam de se excitaverat, reipublicae literariae spe, rebus humanis ereptus est."

Editionibus hisce addita est octava a Carlyle, num. 214. atque adeo nona a Svanborg, num. 146.

Anglica carminis Tograi versio exstat, inscripta: The Traveller, an arabic poem, intitled Tograi, written by Abu-Ismael; translated into latin and publish'd with notes in 1661. by Edward Pocock, D. D. Professor of Hebrew and Arabic - now render'd into English in the same Jambic measure as the original, with some additional notes to illustrate the poem, by Leon. Chappelow B.D. Arabic professor - in the university of Cambridge. Cambridge 1758. 4. pagg. 38.

Gallicam Vattierii supra commemoravimus, num. 196.

Reiskius edidit Thograi's sogenanntes Lammisches Gedichte, aus dem Arabischen übersetzt, nebst einem kurzen Entwurf der arabischen Dichterey. Friedrichsstadt, (Dresden) 1756. 4. pagg. 35. De Po-

Pocockii versione sic ille judicat, p. 25. Est illa numeris omnibus absoluta. Quam autem velim notas ejus minus exiles esse, et philologicas magis quam grammaticas, h. e. tales quae sensum poëtae, historiam, et quae adhibet proverbia illustrarent. Neque enim, quales sunt, mihi satisfacere possunt. Verum non ipse Pocockius edidit opusculum, editum est post mortem illius a Sam. Clerico, forte ab auctore haud destinatum luci publicae. – In hoc humani quid passus est Reiske, etenim Pocockius obiit demum anno 1691.

Nova carminis versio germanica, eaque metrica, prodita est in Neuen Teutschen Merkur, Erstes Stück. 1800. p. 8–18.

Jo. Ad. Tingstadii disputatio academica, inscripta: Dictiones arabicae ex carmine Tograi hebraismum biblicum illustrantes, Upsal. 1794. 4. commemorata est in Eichhorn Allgem. Biblioth. X. 3. p. 524.

De auctore carminis sufficere possint haec: Tograi carmen condidisse fertur Bagdádi anno Heg. 505. Appellationem Tograi traxit a munere vel peritia scribendi Togra, h. e. implexam istam et crassioris ductus scripturam, quae diplomati regio praemitti solet, nomen et titulum regis complectens. Functus est Veziri munere apud regem Masúd, donec bello inter Masud et fratrem Mahmud orto, praelioque commisso, captus est, et a regis Mahmud Veziro morte mulctatus, circa ann. Heg. 515. qui coèpit 21. Mart. Anni Chr. 1121. Patriam habuit Ispahan, Persiae Metropolin, quapropter carmen ejus dictum Lamiato'l Adschem, h. e. ab homine extero, Persa profectum; ut distinguatur ab alio, non minus celebri apud Arabes poemate, a poeta Schanphari composito, dictoque Lamiato'l Arab, seu Arabum, quod edidit in Chrestomathie Arabe Silvestre de Sacy. Vid. Abulfed. Annal.

Annal. Tom. III. pag. 417. D'Herbelot, Biblioth. Orient. p. 1027. De-Rossi, Dizionario p. 188.

201. القصايد علي بن ابي طالب Ali ben Abi Taleb carmina, arabice et latine. edidit et notis illustravit Gerardus Kuypers, Franc. fil Lugduni Batavorum. 1745. 8. pagg. 195.

„Damnosam – verba sunt editoris in praefatione – literaturae sacrae librorum arabicorum penuriam dolenti, et circumspicienti, simul, num quid forte, ad augendas promovendasque has literas conferre possem, obtulerunt sese celeberrimi quondam per Orientem Imperatoris Ali carmina quaedam, superiore seculo Institutionibus suis Arabicis a Philippo Guadagnoli subnexa. Videbantur haec, tum brevitate, tum facilitate laudabiles Philarabum conatus adjutura, aditumque ad nobilioris quidem et celsioris, sed longe etiam difficilioris spiritus poëmata praebitura. Quare in animum induxi, tenues et angustas nostras copiolas recentato opusculo augere, novumque et ornatiorem, si pote, carminibus his habitum induere. – Multas e textu Arabico sustuli mendas. pluribus forte eum liberassem, si MSti ope adjutus fuissem: at quaerentem me destituit instructissima licet Bibliotheca Lugduno-Batava. Versionem maximam partem concinnavi novam, plerumque enim Guadagnoli, ut prave descripserat, sic et dextre minus reddiderat. Notulas adjeci tironum captui adcommodatas, quaeque Grammaticarum lexicorumque defectum incipientibus utcunque pensare possent." –

Carmina sunt sex, quartum etiam a Golio editum erat unacum Erpenii Grammatica, Lugd. B. 1656. 4. p. 169. Accedit p. 184–195. Auctarium carminum quatuor minorum, quae et ipsa a Golio antehac edita erant, loco eodem. Post p. 195. sequitur Glossarium arabico latinum. De Institutionibus arab. linguae Phil.

Phil. Guadognoli vid. num. 67. Carmina secundo, tertio et quarto loco posita exhibet quoque liber dictus: Flores grammaticales arabici idiomatis studio et labore Fr. Agapiti à Valle Flemmarum. Patavii 1687. 4. p. 313. 318. 319. vid. num. 85.

Minus honorificam de libro sententiam tulit modo ex Batavis redux I. J. Reiske, Nov. Act. Eruditorum anno 1747. p. 535–540. desiderans maxime editoris judicium in materia et sumenda et tractanda. Et mirum sane non potest non videri, hominem Leidae agentem non maluisse ex multiplici, quae ibi servatur, copia novum quid apponere, quam crambem recoquere satis insipidam. Alienissima esse ista carmina ab Alii, summi viri, ingenio, non Reiskius solus statuit, sed affirmavit quoque H. A. Schultensius, cujus Biblioth. Criticae Vol. I. part. II. pag. 80. verba sunt haec: „Quae vero sub hujus Imperatoris (Ali) nomine circumferuntur carmina, nugacissimi impostoris opus esse, nec potuisse a tali viro proficisci, dudum est, quod viri docti monuerunt."

Celebrantur VII. carmina arabica, quae dicuntur et Moallakâth, h. e. suspensa, et Modahhabâth, h. e. inaurata, quod, sic quidem fertur, ob suam prae aliis praestantiam aureis litteris picta in bysso fuerint, et ad portam aedis Meccanae suspensa. Auctores ordine, qui codicum, junctim ea exhibentium, plurimorum esse solet, traduntur hi: Amralkeis; Tarapha; Zoheir; Lebid; Antara; Amru; Hareth. Quae illustr. Silvestre de Sacy antehac vulgavit in Magasin Encyclopédique, Année 3. Tom. VI. (1798.) ubi exstat p. 494–523. Notice historique des anciens poëmes arabes connus sous le nom de Moallakas, nunc uberius exposita legas in mémoires de l'Académie des Inscriptions, Tom. 50. p. 373–412. qui tomus annum prae se fert 1808. sed non emissus est

ante annum 1810. Idem retulit de tribus mstis. voluminibus, quibus exhibentur septem Moållakath, in Notices et Extraits des Manuscripts de la bibliotheque nationale, Tom. IV. 1798. num. XVI. Celeberr. Rosenmülleri, Prof. Lipf. exftat commentatio, über fieben der älteften arabifchen Gedichte – in operis infcripti Charaktere der vornehmften Dichter aller Nationen, T. VI. Part. I. 1800. p. 5–28. De fingulis poëtis vid. De-Roffi Dizionario.

262. Tharaphae Moallakah cum Scholiis Nahås. e MSS. Leidenfibus arabice edidit, vertit, illuftravit Joann. Jacob. Reiske. Lugduni Bat. 1742. 4.

Prologus, pagg. LIV. poteft VI capitibus diftingui. 1. de textus editione agit auctor, de fcholiis et variis variorum commentariis in Moallakat. 2. de verfione fua et 3. in notis quid potiffimum fectatus fuerit, exponit, 4. de nominibus et aetate Moallakat differit, quas omnes intra 50 annos ortas et Muhammedis aetate inferiores effe ftatuit pag. XVII. 5. fex poëtarum vitas ftrictim percenfet totidemque carminum argumenta, 6. de Taraphae fatis agit fufius. Textus, vocalium fignis nudus, unacum verfione abfolvitur p. 37. Inferiorem paginam Scholia tenent, addita ab initio tironum caufa verfione latina, fed deinceps miffa, quod qui linguae caufa velit Moallakat legere, Arabismi rudimenta debeat dudum exceffiffe. Notae decurrunt a p. 38–130. Effufam hic videas lectionis arabicae ubertatem. At auctor ipfe fic de fe refert: Loca quae ad illuftrationem adduxi non funt ubique felectiffima, nec ea, quae debebant unice afferri, praecipua, capitalia, fed quae fe primo loco fcribenti offerebant. Ita enim actum cum hac opella, ut de notis concinnandis non multum cogitarem. – Tracta per tres ferme annos fuit inter typothetarum manus. Hoc modo dubius, quid

de

de editione fieret, non raro oscitabam. Concinnavi igitur notulas meas, prout typothetae erat satisfaciendum. -

203. Caab ben Zoheir carmen panegyricum in laudem Muhammedis. item Amralkeisi Moallakah cum scholiis, et versione Levini Warneri. Accedunt sententiae arabicae Imperatoris Ali, et nonnulla ex Hamasa, et Diwan Hudeilitarum. Omnia e MSS. Biblioth. Bat. edidit, vertit, notisque illustravit GERARDUS JOANNES LETTE, praemissa est laudatio celeberrimi viri Alberti Schultens. Lugduni Bat. 1748. (1747.) 4.

Caabi carmen, versuum 58. comitem habet versionem editoris p. 2 - 45. Alteri poëmati, versuum 82. visum est adjungere Levini Warneri versionem, in Legato Warneriano superstitem, sed eam, ut luce publica minus indigna esset, passim emendatam. Textus arabicus vocalium signis instructus, Scholia autem subjecta vocalibus et versione destituta: quae ad prius carmen spectant, incerti auctoris sunt, ad alterum quae pertinent, sunt ab Ibn Nahas grammatico profecta. Notae ad Caabum, p. 93 - 196. copiosiores; strictiores, quae sequuntur p. 167 - 214. ad Amralkeis. Sententiae Ali imperatoris, elementari ordine positae, non illae, quas vel Golius edidit, vel anglico sermone reddidit Ockley, absolvuntur tribus paginis, 90 - 92. Trium quoque paginarum sunt 215 - 217. quae ex Hamása et ex Diwan Hudeilitarum sunt decerpta.

Immoderatius hunc librum insectatus est Reiske, quod suspicaretur, Lettium ipsius officia et merita minus honorifice, quam par erat, praedicasse. Etenim Reiske cum anno 1737. incidisset Lipsiae in bibliotheca Senatoria in volumen arabicum, quod sibi praeter alia offerret Caabi carmen, primo loco positum,

in suos usus exscripsit hoc carmen, ejusque commentarium incerti auctoris arabicum. Apographum hoc suum posthac Leidae communicavit cum Lettio, suadens etiam, ut carmen hoc edendum sibi sumeret, et Leida discedens reliquit apud illum quoque a se descripta Moallakath aliaque, quae illi editionem adornanti usui esse possent. Igitur de libro prolixe referens Reiske, Nov. Actor. Eruditor. 1747. p. 679 – 701. non modo expostulavit cum editore, quod videri velit sua omnia ex codicibus Bibliothecae Leidensis hausisse, cum tamen Reiskianis opibus vere usus sit, sed et plurima in libro vituperavit, maxime hoc, quod Scholia ad Caabum imprudenter ac inepte tractata sint. Respondit audacter ad causam suam agendam Lette in praefatione ad observationes in Deborae et Mosis cantica. Lugd. 1748. 8. Posthac Reiskius, ut erat ab omni simulatione alienissimus, ingenue professus est in sua Biographia, p. 50. sua magis, quam illius, culpa in multis peccatum esse; sese minus tum in tractandis mstis. arabicis exercitatum multa perperam exscripsisse, illum apographon mendosum legere non potuisse, et menda mendis cumulasse; quare factum sit, ut editio, maxime in scholiis, vitiis scateat, nec sit usui. – Verum qui uti libro velit, Reiskiana illa relatione non debet carere, quae novam quoque carminis interpretationem exhibet. Ipsum carmen arabicum additis quibusdam notis ex editione Lettii exstat quoque in Wahlii Magazin, Erste Lieferung. p. 77 – 89. Succedit nova carminis versio germanica in Dritte Lieferung. p. 46 – 52.

Caabum recitasse carmen suum Mohammedi prophetae anno Heg. nono, auctor est Abulfeda, Annal. Tom. I. p. 170. et lapsus est D'Herbelot, qui Biblioth. Orient. p. 219. primo Heg. anno obiisse eum asserit, superfuit vero, cum Moawia Chalifatum adiret a. Heg. 41. De Amralkeiso conferendus Reiskius in suo ad

Tara-

Tarapham prologo, p. xxiv, negans in omni vetustae poëseos arabicae ambitu carmen sibi obvium factum fuisse, quod illibato selectae dictionis cultu, verborum suavi ac limpido, fontis instar, decursu, affectuum mollitie, comparationum argutiis, venustate et vivo robore, superet Amralkeisianum. Summopere etiam commendavit illud Guil. Jones, Poëseos Asiaticae Commentar. p. 85 sq.

204. The Moallakát, or seven Arabian poems, which were suspended on the temple at Mecca; with a translation and arguments. by William Jones Esq. London. 1783. 4. pagg. 160.

Sermo arabicus, quod mireris, non est arabicis typis expressus, quorum penuria nequaquam laborat Anglia, sed tantum latinis, ne tabula quidem addita, ex qua intelligas, qua ratione latinis litteris respondeant arabicae. Igitur nonnisi illis inservire potest istiusmodi textus, qui Anglorum morem latina efferendi familiarem sibi habent, reliquis perexiguo usui est vel plane nulli. At in nova etiam, eaque splendida, Operum Guil. Jonesii Omnium editione, quae VI. Voll. 4. prodiit Londini 1799. eadem ratio, quae tenuis et jejuna dici possit, iterum servata est in repetendis Moallakath, Vol. IV.

205. Zohairi carmen templi Meccani foribus appensum nunc primum ex codice Leidensi arabice editum latine conversum et notis illustratum publico eruditorum examini subjicit Ern. Frid. Car. Rosenmüller. Lipsiae 1792. 4. pagg. 70.

Non ex ipso codice Leidensi ducta est haec editio, sed ex apographo, quod Leidae in suos usus confecit Rinckius, nunc professor Regiomontanus. Post praefationem p. 1-5. repetita sunt p. 6-11. argumenti loco, quae Reiskius in Prologo ad Tarapham

pham p. xxvi - xxviii. tradidit de Zoheiro, poëta non minus quam Caab, filius, inter suos celebrato. Textus carminis versſ. 59. (p. 12 - 19.) vocalium signis instructus. Versio latina p. 20 - 26. singularum vocum non nimis tenax quidem, sed talis tamen quae indolem et colorem orientis haud deleat. Notae pag. 27 - 43. non ad vocum analysin descendunt, sed in poëticis formulis imaginibusque declarandis versantur, et justum modum tenent. Sequuntur pag. 44 - 62. arabica Scholia Nahási, grammatici, et excerpta quaedam ex commentario Tebrizii. Postremo loco positae sunt lectiones variae, cum a Rinckio traditae, tum ab editore exsculptae ex libro Jonesii. Judice Silv. de Sacy: „cette édition pourroit servir de modèle pour celle des autres Moallakas." Mémoires de l'Academie des Inscriptions - Tom. 50. p. 401.

Lebidi carmen arabice edere coepit WAHLIUS, Magazin, Dritte Lieferung, Halle 1790. p. 53 - 57. sed ultra versum 35 non progressus.

☞ 206. Duae Moallakat Antara et Hareth, sumtibus suis edidit ALEXIUS BOLDYREW Phil. et AA. LL. Magister. Goettingae 1808. 12. pagg. x. et 24.

Exhibetur textus arabicus solus, non ex msto. aliquo exemplo, sed exsculptus ex Jonesii edione.

Die hellstrahlenden Plejaden am arabischen poëtischen Himmel, oder die sieben am Tempel zu Mekka aufgehangenen arabischen Gedichte. Uebersetzt, erläutert und mit einer Einleitung versehen von Anton Theodor Hartmann, Prorektor des Gymnasiums in Herford. Münster 1802. 12.

Conf. censura libri in Ergänzungs-Blättern zur Allgem. Lit. Zeitung, 1806. Num. 22. 23.

207.

207. Carmen mysticum Borda dictum Abi Abdallae M. B. S. (Muhammel Ben Said) Busiridae Aegyptii e codice manuscripto B. L. B. (Bibliothecae Lugduno Batavae) latine conversum, accedunt origines arabico-hebraicae, paravit et edidit Joh. Uri A. L. M. Phil. et Theol. Doct. Lugd. Bat. 1761. 4.

Jo. Fried. Hirt, oriental. und exeget. Biblioth. T. I. 1772. p. 153 sq. referens de hoc opusculo, usus est exemplo quod prae se fert: Trajecti ad Rhenum, 1771. Sed non nisi mercatoris hoc est, qui residuis exemplis vellet novitatis speciem parare. Fraudi tamen fuit Hirtio, ut diceret, ex Trajectinae bibliothecae msto. editum esse carmen.

Paucis in hoc opere defunctus est editor, ne quidem praefandi quidpiam negotium persecutus ipse: tantummodo auctoris sui exordium tradidit arabice et latine, quod occasionem carminis nati exponit. Textus versuum CLXX vocalium signis destitutus, cum adjuncta versione latina, satis adstricta, absolvitur p. 55. Sequuntur Origines arabico-hebraicae pag. 57–76. praemissa hac professione: „Penso quod mihi datum erat ex Bibliotheca Lugduno-Batava, absoluto, progredior ad Origines Arabico-Hebraeas. Verum, insperato et inopinato causarum quarundam concursu circumfusus, prout debita illi adnectere non poteram Scholia, ea licet, ex amplissimo Merzoukii Commentario, strenue congesserim, latineque reddiderim, unde praefatiuncula est desumpta: ita quoque Origines, haud plures, quam septem aut octo, producere potero." – Itaque ne aetatem quidem carminis proditam sibi habet lector, non magis de ea certior futurus, si consulatur D'Herbelot, Biblioth. Orient. vel voce Borda, vel voce Baussiri. Est autem illud seculi decimi tertii. Etenim poëta ipse, dictus quoque Scharfoddin, tradit in suo illo exordio, Al Sahebum Bohad-

Bohaddinum, Vefirum Al Maleci Al Dhaheri, carmen fuum modo ortum transfcribi curaffe, et permagna veneratione profecutum effe, non fine praefentiffimo fuo in rebus negotiisque fuis omnibus commodo. Regnavit autem Al Malec Al Dhaher ab ann. Heg. 658. usque ad ann. Heg. 676. h. e. ab ann. Chr. 1259. ad ann. 1277. Vid. Abulfedae Annal. Tom. V. p. 42. 43. De-Roffi, Dizionario, voce Bufiri p. 53. tradit, poëtam obiiffe ann. Heg. 694. Chr. 1294.

Permagnae auctoritatis inter Mohammedanos eft hoc carmen panegyricum in Prophetam. D'Herbelot, voce Borda, Cet ouvrage, inquit, est fi fort estimé parmi les Mahométans, que plusieurs l'apprennent par coeur, et en citent les vers comme autant de sentences: plusieurs aussi l'ont paraphrasé et commenté, et on en trouve grand nombre de versions Persiennes et Turquesques, tant en prose, qu'en vers. Partem carminis, et nonnihil de fcholiis exhibuit Reiskius, p. 5. Annotationum Hiftor. ad Abulfed. Annal. Tom. I. Borda orientalibus dicitur pannus ftriatus, et ex tali genere panni confecta veftis domeftica quotidiani ufus, Reiskii haec verba funt, loc. cit. p. 35.

208. Abu Becri Mohammedis Ibn Hofeini Ibn Doreidi Azdienfis Poëmation ad fidem codicis MS. Everardi Scheidii, S. S. Theol. Doct. et LL. OO. prof. ord. pro fpecimine expreffum, acceffit varietas lectionum ex ejusdem binis mff. in VI. priores Haririi confeffus. Hardervici 1768. 4.

Textus carminis arabicus, vocalium notis totus exculfus, abfolvitur pagg. 16. Praemiffa eft praefatio, perquam memorabilis, quae de confilio editionis exponit. Scheidius — ita ipfe refert — accepto munere profefforis publici, ut fatisfaceret defiderio fuo, juvandi litterarum orientalium ftudium, primo typorum orien-

orientalium amplam suppellectilem suo aere redemit ab Elia Luzac, Leidensi, deinde etiam ex oriente nactus est complures praestantissimos codices arabicos, suis sumtibus comparatos. In his cum esset Ibn Doreidi poëma, cum commentario, cujus auctor est Chaluwia; hoc ipsum mox curavit suis typis excudendum, ut specimen extaret ex sua typographia profectum. In adversa tituli pagina haec posita: „Exemplum hoc poematii Doreidiensis, ad fidem ms. codicis mei, (exemtis tantummodo nonnullis scripturae erroribus), quam diligentissime expressum, et, quae in eodem, typis jam descripto, deprehensae fuerunt operarum aberrationes, eas a me ipso, ope calami, emendatas fuisse, subscripta manu testor E. Scheidius."

Nuntiavit autem Specimen hoc ventura alia, eaque ampliora opera. Recepit in se Scheidius, Lexicon arabicum parare, quod esset ex Golii et Giggeji lexicis conflatum, ac utroque non auctius tantum sed et emendatius ordinatiusque. Interea temporis putabat unum alterumque auctorem arabicum a se edi posse, eratque jam constitutum, ut intra unius mensis spatium Haririi omnium consessuum sermonem arabicum, punctis vocalibus instructum, typis suis ex duobus exemplis suis describere aggrederetur, versionem latinam, cum indice omnium vocum, et lectionis varietate undique conquisita separato volumine additurus. – At, quam ultro excitavit optimus Scheidius exspectationem eventus haud omnem comprobavit. Erat sane in eo vis animi atque impetus singularis ad juvandas litteras, maxime arabicas; sed promtior ille erat in suscipiendo opere quam in persequendo constantior; unde factum est, ut plura quidem inchoaret, perficeret autem perpauca.

209. Poëmation Ibn Doreidi cum scholiis arab. excerptis Chaluwiae et Lachumaei e codicibus manu-

nuſcriptis, latine converſum, et obſervationibus miscellaneis illuſtratum, accedunt obſervata de vocibus hebraeo-arabicis ac regulis ſyntaxeos arabicae, nec non rerum explicatarum argumenta, in ſuis indicibus poſita, curavit et edididit Aggaeus Haitsma, SS. Th. D. et Eccleſiaſtes, Middelumenſis. Franequerae, 1773. 4.

Textus carminis idem, quem deſcribendum curavit Scheidius. Praeſto quidem erat mstus. codex, ſed, quod nonniſi ſparſim eſſet vocalibus inſtructus, ſatius viſum eſt, editum textum referre, quam alium, qui ab eo ſubinde recederet, expromere ex codice. Mangeri erat hic codex, ipſiusque etiam manu exaratus: ſed unde derivatus, ubinam, quo tempore, quove conſilio factus, quaenam complexus ſit ille, non ſatis diſtincte exponit praefatio, nequaquam illa breviuscula, at ſermone aſpero impeditoque conſcripta. Pag. 1 usque ad p. 153. procedit textus, cum verſione latina, et ſubjectis Scholiis. Et de Scholiis quidem haec habet praefatio, p. xi. „Sunt illa (Scholia) duo, quorum unius Author eſt Chaluwiah, alterius Lachumaeus. Utriusque Scholiaſtae tantum Excerpta praebuit Mstum. (Mangeri) Scholia, ita comparata, ut ex Chaluwia pauciora, ſed ubi adſunt, latiora, et in paucis ut videtur completa, ſint deſcripta; quando Lachumaei Scholia ſint breviores notae, et obſervationes ad Chaluwiae Textum; quemadmodum paſſim tales ſunt ad poëmation ipſum, ubi Chaluwiana deſiderantur Scholia; quare poſteriora uncinis incluſimus.“ Pag. 134-160. adſunt triplici ſerie poſitae lectiones codicum Scheidiani, Schultenſiani, Mangeriani; adduntur nonnullae praefat. p. xxix. ſq. ſunt autem diſcrepantiae numero magis ſpectabiles, quam pondere. Dimidiam voluminis partem explent pag. 163-333. Obſervationes editoris miscellaneae, quibus haud multum ineſt vel ingenii vel doctrinae exquiſi-

quisitioris. Non desunt indices et vocum, et rerum, et emendandorum.

210. Abu Becri Mohammedis Ebn Hoseini Ebn Doreidi Azdiensis Katsijda 'l mektsoura sive idyllium arabicum latine redditum et brevissimis Scholiis illustratum, in usum praelectionum academicarum edidit Everardus Scheidius. Harderovici Gelrorum. 1786. 4.

Non est vere nova editio, sed est prior illa, anni 1768. accessionibus exornata et quasi instaurata. Etenim Scheidius cum videret, post instructiorem, quam Aggaeus Haitsma parasset, editionem neglecta fere jacuisse sui speciminis arabici exempla, nec suisse qui ea requirerent; ut, quae superessent, citius in lucem ac usum hominum venirent, latinam versionem carminis cum scholiis nonnullis curavit typis novis et luculentis describendam, quae non separatim emitteretur, sed conjuncta cum arabico specimine. Ab hujusmodi igitur exemplis abest nunc praefatio illa memorabilis, quae locum suum commode non poterat diutius tueri, et quae in textu sunt emendanda, peculiari pagina exhibentur. Quae accesserunt, paginas efficiunt 72. Versio latina, interspersis scholiis latinis perquam appositis, haud parum mollior est elegantiorque ea, quam Haitsma exsculpsit.

Post praefationem cernitur locus satis amplus, at latine tantum, de vita Ibn Doreidi ex Ibn Chalekâni Historia inedita virorum illustrium. Teste Ibn Chalekan natus est Ibn Doreid Basrae ann. Heg. 223. Chr. 838. obiitque Bagdadi ann. Heg. 321. qui coepit 31. Dec. ann. Chr. 932. summam inter suos famam consecutus cum aliis scriptis permultis, tum maxime carmine, dicto Macksura, versuum plusquam ducentorum, quod ob copiam et puritatem sermonis arabici non modo admiratores nactum est permultos, sed com-

commentatores quoque haud paucos. Inter hos eminet Abu Abdalla Hosein Ibn Chaluwia, mortuus ann. Heg. 370. et Abu Abdalla Mohammel Ibn Ibrahim, Lachamaeus, mortuus ann. Heg. 570. Conf. etiam de Ibn Doreid, ſtrenuo vini potatore, at litterarum arabicarum principe, Abulfed. Annal. ad ann. Heg. 321. Tom. II. p. 377. nec non Caſiri, Tom. I. p. 139. et De-Roſſi, Dizionario, p. 64.

Hollandicam Carminis verſionem editam eſſe, inſcriptam, Treurzáng van Ibn Doreid. Haag, 1798. 8. ſignificavit Intelligenz-Blatt der Allgem. Liter. Zeitung, Anm. 171. 18. Octobr. 1800. Verſionis, cujus auctor eſt M. W. Bilderdijk, editionem alteram 1808. qui cognoſcere velit, vid. Neue Leipziger Literatur-Zeitung, 1810, num. IX.

211. Monumenta vetuſtiora Arabiae ſive ſpecimina quaedam illuſtria antiquae memoriae et linguae. Ex manuſcriptis codicibus Nuweirii, Meſoudii, Abulfedae, Hamaſa etc. etc. excerpſit et edidit Albertus Schultens. Lugduni Bat. 1740. 4. pagg. 71.

Carmina ſunt, vel carminum fragmenta, a Schultenſio ex variis auctoribus collecta, latine reddita et notis illuſtrata. „Ex iis, inquit in praefatione, Arabicam Dialectum ab ultima inde memoria et antiquitate intime cum Hebraea connexam fuiſſe, atque ejusdem Stirpis alterum conſtituere Ramum multo florentiſſimum, luce meridiana clarius pateſcet.“ Cujus duo prima ſunt, Amru Ibn El Háreth, Salomonis aequalis fuiſſe ſtatuitur. Poſthaec comparet verſus multo etiam antiquior, decimi Joctanitarum regis, Noamáni, cujus aetas Moſe non inferior, vel et ſuperior aliquanto perhibetur. Carminis illius primo loco poſiti particulae cum ſint memoratae etiam ab Abulfeda, Annal. Tom. I. p. 22 ſq. Reiskius, Annotatt. Hiſtor.

Histor. pag. 9. not. 15. sententiam tulit his verbis: „Hoc carmen de excidio gentis Gorhamicae Salomonis aetatem attingere putat cl. Schultensius in Monum. vetust. Arab. p. 1. Sed, me judice, ipso Muhammede recentius est et in genere de omnibus illis carminibus, quorum in ista collectione Schultensii tantopere celebratur auctoritas, ut septingentis, et ultra, dicantur annis aetatem Muhammedis antevertere, nullum est, quod non confictum et suppositum sit. Nullum certe antiquitatis, nullum Homeriticae dialecti vestigium in illis reperitur. Scripta sunt stilo pedestri, et ne poëtico quidem. Atqui, si Homeritica erant, debebant glossis scatere, et verbis genti propriis, quae Arabum paene nullus alius intelligeret. Ubinam vero sunt illae glossae, illi Homeriticae linguae characteres?" – Verum est, in istis versibus haud quidpiam cerni, quod peculiare videri possit, et a trito sermone alienum. Quid tamen, si quis dixerit, formas vocum singulas vel obsoletas vel peregrinas sensim permutatas fuisse usitatioribus? quod quidem facile accidere potuisse intelligat, qui cogitet, memoriter atque ore tantum traditos fuisse illos versus, non litteris consignatos. Quod autem arte carent et colore poëtico, id tantum abest ut contra eorum antiquitatem quidquam valeat, ut potius eandem confirmare videri possit.

Schultensii hic liber adhaeret Consessibus Haririi IV. V. et VI. ab eodem Schultensio editis. Venit etiam cum Historia imperii vetustissimi Joctanidarum in Arabia felice – Harderovici 1786. 4. vid. supra num. 181. Magnam Monumentorum partem repetiit Eichhorn in commentatione sua Ueber die verschiedenen Mundarten der arabischen Sprache, quae praemissa est libro, Richardson's Abhandlung über Sprachen, Litteratur und Gebräuche morgenländischer Völker, Leipzig 1779. 8.

212.

212. Proben der arabischen Dichtkunst in verliebten und traurigen Gedichten, aus dem Motanabbi, arabisch und deutsch, nebst Anmerkungen. Leipzig, 1765. 4. pagg. 94.

Motanabbii carmina universa ex codice Warneriano Bibliothecae Leidensis, unacum excerptis Scholiis Abu'l Hosein Ali ben Ahmed Wahediensis, in suos usus descripta habebat Reiskius, editurus arabice et germanice cum annotationibus, si per temporis rationem fieri posset, vid. ejusd. Lebensbeschreibung, pag. 163. Cum redemtorem nancisci non posset, visum est, specimen tamen in lucem proferre suis sumtibus. Sunt carmina XVII. quorum nonnisi eam partem, quae amatorii generis est, decerpsit Reiskius; sequuntur carmina II. lugubria, et haec quidem integra. Sermo arabicus cum vocalibus careat, cum adnotationes etiam sensum magis quam voces spectent; editio haec lectores requirit, qui sint in cognoscendis arabicis exercitatiores. Aliud Motanabbii carmen, integrum, vulgavit Reiske in Animadversionibus suis ad Abulfedae Tabulam Syriae p. 208 sq. Tria ejusdem carmina exhibet Chrestomathie arabe par Silv. de Sacy, qui de auctore refert Tom. III. p. 109. sqq.

Nomen poëtae, inter suos celeberrimi, erat Ahmed Ibn Hosain, Kendita; natus est Kufae, in vico Kenda dicto, ann. Heg. 303. (Chr. 915–916.) Quo vulgo venire solet, cognomen المتنبي traxit ex eo, quod aliquando in deserto Samávah prophetam sese jactaret, non alio eventu nisi hoc, ut disjecta, quae eum sectaretur, plebe in carcerem ipse mitteretur, unde longo demum tempore postea dimissus est, ubi ad saniorem mentem eum rediisse constitisset. Obiit ann. Heg. 354. Chr. 965. Vid. de eo Reiske, in Lebensbeschreibung, loc. cit. D'Herbelot, voce Motanabbi, p. 638. et maxime Abulfeda, Annal. T. II. p. 482.

p. 482 sq. In Miscellis orientalibus, nomine The Oriental Collections – edi coeptis anno 1797. Londini, 4. in ipso limine, p. 1 – 14. exstat relatio de vita Motanabbii, auctore Jo. Haddon Hindley, cum duorum ejus carminum specimine, arab. et anglice.

213. Carmen arabicum sive verba doctoris Audeddini Al Nasaphi de religionis Sonniticae principiis numero vincta, nec non Persicum, nimirum doctoris Saadi Shirazitae operis pomarium dicti initium, ubi de Deo T. O. M. Edidit ac latine vertit J. Uri. Oxonii, 1770. 4. p. 25.

Paucis absoluta haec est editio; praeter versionem latinam neque commentandi neque praefandi caussa verbulum accessit ad contextum. D'Herbelot tradit, voce Nassafi, p. 662. auctorem, Abu Hafs Omar, natum esse in urbe Nassaf, ann. Heg. 461. Chr. 1067. mortuum ann. Heg. 537. Chr. 1142. Samarcandae. „Le même Nassafi, inquit, est auteur d'un poëme, qui contient deux mille six cent soixante distiques, intitulé, Khelafiah almandhoumah, sur tous les articles de la Sunnah, qui est la pratique, et l'observance particuliére de tout ce qui regarde le Musulmanisme" Editio haec disticha exhibet haud plura quam XXVI. Arabicus sermo caret quidem vocalibus, sed ad intelligendum eum non parum juvat latina versio, satis illa ad verba et orationis formam adstricta.

214. Specimens of arabian poetry, from the earliest time to the extinction of the Khaliphat, with some account of the authors, by J. D. Carlyle – professor of Arabic in the university of Cambridge. Cambridge, 1796. 4.

Sermo arabicus, typorum forma admodum quidem speciosus, at signorum ad cognoscendum adjumento

mento haud instructus, absolvitur pagg. 71. Specimina sunt LX. Eaque in praefatione sua universe significat editor sumta esse nullo discrimine habito ex editis libris ineditisque. At sane perpauca sunt, quae primus ipse in lucem evulgavit. Agmen ducit, cujus Lebid auctor est, carminis initium, subsistens vers. 16. Quae sequuntur II. III. IV. VI. VII. VIII. edita jam pridem erant ab Alb. Schultensio in Excerptis ex Hamása. Alia plurima sunt repetita cum ex Erpenii Elmacino, tum maxime ex Abulfeda Reiskii. Num. LIII. (p. 56.) spectandum exponitur, quo omnium minime nobis opus erat, Tograi carmen integrum, ex editione Pocockii, octava nunc vice illud typis descriptum.

Majorem libri partem, p. 1 – 180. eadem carmina conficiunt anglico sermone, eoque rhythmico, expressa, habentque singula praefationis quidpiam praemissum. At arabica lecturis nequidquam prodesse potest istiusmodi versio. Tantum enim abest, ut auctoris cujuscunque verba formulasque reddere curet interpres, ut suum ipsius sensum secutus, suis magis formulis sententiisque libere utatur. Veluti num. II. ubi poëta Maânum, munificum virum, luget hoc modo:

Adite Maânum, et dicite ejus sepulchro: rigent te pluviae matutinae, aliae post alias!
O enim sepulchrum Maâni, prima tu es fossa terrae, designata munificentiae cubiculum.

h. e. munificus erat Maân, ut ante illum nemo.

Anglico sermone produntur haec:

Friends of my heart, who share my sighs!
Go, seek the turf where Mano lies,
And woo the dewy clouds of spring,
To sweep it with prolific wing.

Within

Within that cell, beneath that heap,
Friendship and truth and honour ſleep —

In mentem venit, Gallica etiam apponere, quibus eundem illum locum arabicum reddere poſſe ſibi viſus eſt nonnemo in Nouveaux Contes Arabes, ou supplément aux mille et une nuits, – par M. l'Abbé ***. à Paris, 1788. 12. p. 302. Sunt haec: Venez tous, venez répandre des pleurs sur son urne. Puisse la rosée du matin s'épancher toujour sur son tombeau! Puisse-t-elle y faire germer les fleurs, y faire naitre des guirlandes pour couronner le plus généreux des hommes! – Praeclaram de ſe expectationem motam explere non potuit Carlyle. Anno 1799. iter fecit Conſtantinopolin in comitatu legati ab Angliae rege miſſi, dehinc luſtravit Aſiam minorem, Aegyptum, Palaeſtinam, Syriam, Graeciam, et multa litterarum artiumque monumenta reportavit ſecum redux in patriam: ſed valetudinis jacturam paſſus mox obiit 12. Apr. 1804. annos natus quadraginta quinque.

215. Anthologia ſententiarum arabicarum, cum ſcholiis Zamachsjarii, edidit, vertit, et illuſtravit Henricus Albertus Schultens. Lugd. Bat. 1772. 4. pagg. 171.

Extat Leidae in bibliotheca publica liber, inſcriptus الكلم النوابغ, h. e. Dicta clara, qui nomen prae ſe fert Zamachſcharii, magnam inter ſuos litterarum famam adſecuti. Nomen viri erat Abu'l Kaſem Mahmud fil. Omar; cognomen traxit a pago, dicto Zamachſchâr, in Chowarezmia, ubi natus eſt ann. Heg. 467. Obiit ann. Heg. 538. Chr. 1143. Videatur de illo Abulfeda, Annal. Tom. III. pag. 489. et D'Herbelot, p. 922. ubi multa varii generis ſcripta commemorantur, ab ipſius ingenio profecta, libri vero dicti Al Nawâbig mentio facta nulla. Vid. tamen

De-Rossi, Dizionario, p. 193. Veniunt autem hoc nomine sententiae rhythmicae, varii argumenti, nec omnes ejusdem acuminis vel ponderis, tales fere, quales sunt Salomonis sententiae hebraicae. Illas, num. 285. praeter prologum, vel ex suo ipsius ingenio duxit, vel, quod credibilius est, ex lectione, memoria, usuque hominum congessit Zamachschari, et commentario grammatico, seu scholiis perpetuis illustravit. Alb. Schultensius, cum Erpenii rudimenta linguae arabicae iterum ederet (1733. 1770. 4.) dignum habuit illud opusculum, quod pluribus innotesceret. Edidit unacum prologo sententias hic inde decerptas XX. hac ratione, ut non modo textum instrueret vocalibus, et latine redderet, sed et singulas voces tractaret copiosius. In praefatione sic ille statuit: „Dignum est totum illud opusculum, commentario Zamachsjarii, Philologorum Arabum facile principis illustratum, quod diem lucemque adspiciat.“ Monitum exsecutus est Henricus Albertus Schultens, Johannis Jacobi filius, Alberti nepos. Edidit sententias ducentas, posthabitis singulis, quae minus placerent. Arabico sermoni, vocalibus nudo, latinam interpretationem addidit; scholia Zamachscharii non omnia, sed selectiora, subjecit, arabice tantum; notas addidit (inde a p. 112.) ad illustrandum sensum exquisitiores magis quam copiosiores. Judiciose in tractando opere versatus est Schultensius, etiamsi juvenis, haud major annis XXII. Legendo huic libro si quis minus exercitatus operam dare velit, possit initium sumere a Florilegio, Rudimentis Erpenii adjuncto, atque hinc demum pedem proferre ad Anthologiam.

216. كتاب الامثال seu proverbiorum Arabicorum centuriae duae, ab anonymo quodam Arabe collectae et explicatae: cum interpretatione latina et scholiis Josephi Scaligeri I. Caes. F. et Thomae

MAE ERPENII. Leidae, in officina Raphelengiana. 1614. 4. pagg. 126.

Arabica, ex Abu Vbeid, أبو عبيد, aliorumque ſcriptis collecta, Romae nactus D. Florentius (de Florence), in patriam reverſus communicavit cum Iſaaco Caſaubono, addita, quam Romae a Maronita quodam confici curaverat, latina verſione, ſed barbara illa atque in multis locis inepta. Caſaubonus majorem libelli partem miſit ad Scaligerum, rogans, velit difficiliores quasdam ſententias latine explicare. Hic ubi omnium, quae accepiſſet, verſionem latinam, notis etiam illuſtratam, mox remiſiſſet; Caſaubonus poſthac aliud exemplum, primo illo et plenius et emendatius, transmiſit Scaligero, ut quam inchoaſſet operam perficeret: quod quidem promiſit. Ipſe, at non praeſtitit, vita defunctus menſe Januar. ann. 1609. Igitur Erpenium, litterarum Arabicarum perquam ſtudioſum, qui Lutetiam Pariſ. veniſſet ann. 1609. incitavit Caſaubonus, ad perficiendum opus, ut poſſet in publicam lucem edi. Recepit in ſe Erpenius et ſtrenue perſecutus eſt: ſed quod typographus deeſſet, dilatum eſt negotium donec, in patriam redux, Raphelengii typis librum ederet, praefixa ad Caſaubonum, qui in Anglia nunc degeret, epiſtola d. Cal. Mart. 1614. cujus exordium hoc: Ecce tandem typis Raphelengianis, non Lebeanis, ut futurum putabas, excuſum libellum noſtrum Proverbiorum. – Quinam fuerint qui Lebeani dicuntur typi, infra poſtremo bibliothecae loco declarabitur.

217. Proverbiorum arabicorum centuriae duae, ab anonymo quodam Arabe collectae et explicatae: cum interpretatione latina et Scholiis Joſephi Scaligeri I. Caeſ. F. et THOMAE ERPENII. Editio ſecunda priore emendatior. Lugduni Bat. ex typographia Erpeniana, linguarum orientalium. 1623. 8. pagg. 134.

Nova haec editio inscripta est Merico Casaubono, Isaaci filio. Praefationi subjectae sunt binae litterae, ad Erpenium scriptae ab Isaaco Casaubono brevi ante obitum tempore, quibus maximam, quam ex libro sibi misso cepisset, voluptatem significarat, haec inter alia scribens: „Toto morbi mei tempore fuit mihi in manibus, dies noctesque, tuus liber."

Caeterum conferendus est Ed. Pocockius in specimine historiae Arabum Oxon. 1650. 4. ubi pag. 349–357. haud pauca ab Erpenio minus recte dicta emendantur et restituuntur.

218. Centuria Proverbiorum Arabicorum, juxta cum interpretatione latina, in usum tyronum nec non Collegiorum. Editore ANDREA SENNERTO, P. P. in Acad. Witteberg. typis et impensis Fincelii. 1658. 4. pagg. 24. Extrema pagina exhibet Korani Suram I. arab. et latine.

Repetita est Erpenii centuria prima, sed omissis Scholiis, passim interspersis, omnibus, quibus vel dictio declaratur, vel sensus. „Observationes illae, ait Editor, viva voce possint facile insinuari excipique a discentibus." Arabica descripta sunt iisdem typis exilibus, qui cernuntur in Sennerti Arabismo. Witteberg. 1658. 4. et in Wichmannshausen Gymnasio arabico. ib. 1724. 4.

219. Locmani Sapientis Fabulae et selecta quaedam Arabum adagia, cum interpretatione latina et notis THOMAE ERPENII, Leidae, in typographia Erpeniana linguarum orientalium. 1615. 8.

Haec est prima editio Fabularum, quas ad fastidium usque, in Germania maxime, ab aliis post alios repetitas esse constat. Et quidem dupliciter prodiit prima editio. Altera, mere arabica, absolvitur fere

fere plagulis duabus. Altera, arabico latina · pagg. 78. amplam habet praefationem ad linguarum orientalium in orbe christiano studiosos, et singulis fabulis adagiisque additam versionem. Utriusque arabicus sermo caret vocalium figuris, quod illis nondum instructa esset tum officina Erpeniana, cum primum illa hoc specimen emitteret. Adagiorum est centuria una, perfecta.

Caeteras Fabularum editiones jamjam commemoravimus. Ab hoc loco non aliena videntur haec. Arabice Locmani fabulas octo exhibet opusculum, Fabularum Aesopicarum delectus Oxoniae e theatro Shelonidano. 1698. 8. Sunt illae apud Erpenium 2. 31. 15. 24. 25. 30. 18. 22. Latine vertendis indulsit Tanaquil Fabr. vid. Ejus Epistolae, pars prima, editio altera priori emendatior. Accedunt et ejusdem auctoris Fabulae ex Locmanis Arabico latinis versibus redditae. Salmurii, 1674. 4. Pag. 260 sqq. exhibentur Fabulae Locmani XVI priores, singulae primo ex versione Erpenii, deinde Jambeo carmine redditae a T. Fabro. Additae duae, Venter et Pedes, Sol et Ventus, sed praemissa hac admonitione ad lectorem, p. 275. „Quas vides fabellas, Lector, has duas septimo ante obitum die, saeviente febri et emota mente, vir ingens composuit, ita ut cum has colligeremus, in singulis pene versibus divinandum fuerit, cum vix dimidiatos posset dolore proloqui, aliquoties etiam interrupta versuum serie, a primis in ultimos delaberetur."

220. Locmani Sapientis Fabulae et selecta quaedam Arabum Adagia, cum interpretatione latina et notis Thomae Erpenii. Lugduni Bat. 1636. 4. p. 60.

Secunda haec editio ita quidem adornata est, ut specimen habeat libri separati: sed pertinet tamen etiam

etiam ad Grammaticam Erpenii denuo editam anno 1636. hujusque partem efficit.

Iterum in volumine inſcripto: Arabicae linguae tyrocinium cet. Lugd. B. 1656. 4. edita ſunt a Golio eadem Adagia centum, poſita nunc inſcriptione: Sententiae arabicae, cum Locmani Fabulis. Addidit autem Golius p. 65–262. complura alia, ante non edita; inter haec: Adagiorum arab. centurias III. et quasdam metro conceptas ſeu poetarum gnomas, cum interpretatione et notis: nec non, arabice tantum, Arabum ſententias aliquot, partim ſoluto, partim ligato ſermone.

Denuo edidit Adagia Erpeniana, ſervata inſcriptione ſententiarum, Alb. Schultenſius, unacum Th. Erpenii Grammatica arabica, Lugd. Bat. 1748. 4. et ib. 1767. 4. Quae in Nouvaux Contes Arabes, Paris, 1788. p. 314–353. Gallico ſermone expreſſa ſunt Adagia CCXIII. hauſta ſunt ex Goliana editione, atque ex Florilegio Alb. Schultenſii.

221. Selecta quaedam ex ſententiis proverbiisque arabicis, a viro ſummo Thoma Erpenio olim editis, cum verſione latina hic illic caſtigata, et acceſſione centum proverbiorum, mere arabicorum. In uſum collegii domeſtici recudi fecit, atque e codd. mſſ. emendavit Everardus Scheidius. Hardervici Gelr. typis arabicis editoris. 1775. 4.

Praefationis loco praemiſſa eſt diſſertatiuncula de voce, مثل ſive מָשָׁל, ex Meidanio. Sequuntur p. 1–13. Excerpta ex Sententiis 50. lectione paſſim emendata ex codice aliquo msto., et p. 14–41. Selecta ex centuriis (duabus) proverbiorum 75. Addita ſunt, antehac non edita, ſelecta ex Meidanii collectione proverbia centum, p. 41–64. vocalibus omnia inſtructa.

Al

Al Meidani natus est in urbe Nisâbûr, ejusque vico seu hippodromo, dicto Meidan. Hinc cognomen traxit. Nomen viri erat Abu'l Fadl Ahmed Ibn Mohammed. Obiit anno Heg. 518. Chr. 1124. vid. Pocockii Specimen Hist. Arab. pag. 368. De-Rossi, Dizionario p. 129. Confecit amplum Syntagma Proverbiorum arabicorum 6000. ordine hoc, ut quae eadem littera inciperent omnia confereret, addito commentario, quo non tantum voces obscuriores ex usu linguae declararet, sed et formulae origines, quantum fieri posset, ex historia repeteret, atque ex ingenio populi moribusque illustraret. Edendi operis consilium olim agitavit Edw. Pocock. Versionem latinam ab se confectam, alterum iter orientale ingressurus ann. 1637. tradidit suo Collegio servandum ea conditione, ut, quamquam rudis et minus perfecta, ab alio, sibi si quid humani acciderit, perfici atque edi posset. Anno demum 1671. urgente inprimis Castello specimen typis descriptum ad excitandos emtores divulgatum fuisse traditur in vita Pocockii, praefixa ejus operibus theologicis, p. 69. At eventu res caruit: versio autem illa servatur in Bibliotheca Bodlejana. Catalog. p. 90. num. CCCXIII. Neque Reiskii animus alienus erat ab edendo Meidanio. Habebat ipse apographum sua manu ex codice Leidensi factum, cui accessere indices diligentia Jo. Christi. Krügeri, (Reiske's Lebensbeschreibung, p. 126.) qui suis etiam usibus Meidanii opus descripsit. Et Krügerianum quidem exemplum superest in Bibliotheca Lipsiensi academica: Reiskii autem quod erat, curante Scheidio cessit Academiae, quae Harderovici est, in Belgio.

Quae edita nunc habemus, sunt haec:

222. Sammlung einiger arabischer Sprüchwörter, die von Stecken oder Stäben hergenommen sind. Von Jo. Jac. Reiske. (Leipz. 1758.) 4. pagg. 31.

Sunt formulae VIII. a baculo ductae omnes, quibus illustrandis ex Meidanii commentario et aliunde collatum, quantum satis est. Rejskii verba extrema haec: Profiteor me operis Meidanii amore captum; quam velim multos esse, qui arabicis litteris operam dent et Meidanii rationem habeant, ut brevi posset in lucem pervenire.

223. Specimen Proverbiorum Meidanii ex versione Pocockiana edidit HENR. ALB. SCHULTENS. Londini 1773. 4. pagg. 55.

Pocockii volumen illud integrum in suos usus descripsit Schultensius Oxonii ann. 1772. ediditque hoc specimen, ut videntibus legentibusque desiderium injiceret habendi operis universi. Absolvitur illud sententiis CXX. promiscue hinc illinc decerptis, estque totum Pocockianum, praeter unicam observationem, p. 32. suppeditatam editori ab amico, quem Guilielmum Jones fuisse facili conjectura assequimur.

224. Meidanii Proverbiorum arabicorum pars, latine vertit et notis illustravit HENR. ALBERT. SCHULTENS. Opus posthumum. Lugd. Batav. sumptibus auctoris, 1795. 4. pagg. 314.

Vulgavit Schultensius edito programmate latino a. d. 29. Mart. 1791. consilium suum de edendo Meidanii opere voluminibus tribus in 4. maj. pretio 10 aureorum Hollandicorum; nec defuere, qui redemtores sese profiterentur: at morbo ille correptus 24. Nov. 1792. postquam lente elanguisset, exspiravit 12. Aug. 1793. typis exscripta nonnisi parte ea, quae subsisteret p. 308. Proverb. CCCXXXIV. Hisce ut accederent, quae calamo descripta atque elaborata deprehenderentur alia, curavit Nicol. Guil. Schröder, qui et suas nonnullas adnotationes adjunxit p. 309–314. et Praefationem scripsit prid. Calend. Novembr. 1795.

1795. nec ipse multos annos superstes; obiit enim optimus vir, qui in litteris orientalibus sua aetate parem habebat neminem, a. d. XXI. Maj. 1798. annos natus propemodum LXXVII. Relatio de hoc opere perquam accurata extat in Götting. gel. Anzeigen 1796. 118. St. Retulit de eodem quoque Ill. Silvestre de Sacy in Magasin Encyclopédique, Num. 10. Ann. III. (1795.) p. 222–234. – De Schultensii vita atque ingenio qui cognoscere velit, vid. Memorabilien, Part. VIII. 1796.

225. Selecta quaedam Arabum Adagia, e Meidanensis Proverbiorum Syntagmate nunc primum arabice edita, latine versa et illustrata edidit Ern. Frid. Car. Rosenmüller. Lipsiae 1796. 4. pagg. 28.

Ex apographo Krügeriano edita sunt proverbia XVII. eaque tam scienter tractata, ut non possint non esse qui alios plures fasciculos, quorum spem quoque fecit editor, ab ipso requirant vehementer.

226. Est quoque penes nos, ex liberalitate Ever. Scheidii, fasciculus trium plagularum, 4. maj. referens arabice tantum Proverbia Meidanii centum unacum ejusdem Scholiis, omnia ex primo ordine, litterae Eliph, praeter postremum, quod est ex ordine litterae ص desumtum.

Scheidianis typis et impensis excusa haec fuere ante annum 1790. et quae extremo loco cernitur formula تم تم (Tantum!) innuit, non esse quod amplius exspectetur. Etenim coepto destitit Scheidius, ubi cognovisset, a Schultensio occupatam esse Meidanii edendi provinciam.

227. Arabum philosophia popularis, sive syl- loge nova proverbiorum. A Jacobo Salomone Dama-

mafceno dictata excipit et interpretatus eſt perilluſtris vir Fridericus Roſtgaard, piae memoriae. Edidit cum adnotationibus nonnullis JOANNES CHRISTIANUS KALLIUS. Hafniae, 1764. 8. pagg. 192.

Sunt DXLV ſententiae breves, varii argumenti variique ponderis, nonnullae etiam in aliis libris antea vulgatae. Omnes eas Roſtgaardius, cum juvenis arabicam linguam coleret Pariſiis, ex ore excepit magiſtri Salomonis, Damaſceni hominis, qui latine ſingulas interpretaretur, et plurimarum quoque uſum ſignificaret. Erat autem Salomo ille haud dubie idem, qui Salomonis Negri nomine famam aliquam conſecutus, obiit in Anglia anno circiter 1729. Vid. Memoria Negriana hoc eſt Salomonis Negri Damaſceni vita olim ab ipſomet conſcripta nunc autem acceſſionibus quibusdam illuſtrata, - - ex autographo auctoris edidit Gottlieb Anaſtaſius Freylinghauſen S. Theol. P. P. Halae Salicae 1764. 4. Kallius, profeſſor Hafnienſis, cum multo poſt tempore ipſum illud opusculum juvenile nactus eſſet, a Roſtgaardio, viro nunc gravi dignitate conſpicuo, excitatus ut illud obſervationibus auctum in lucem ederet, morem geſſit. Uſus autem eſt ratione ea, ut materiam omnem complecteretur quatuor libris minoribus, publice defendendos more academico propoſitis. Specimen primum p. 1–64. editum menſe Februar. 1757. ſecundum p. 65–96. menſe Jul. ejusdem anni, tertium pag. 97–128. menſe Jul. 1758. quartum p. 129–192. menſe Jul. 1760. Acceſſit tandem, ut quae typis exſcripta eſſent libri formam nanciſcerentur, inſcriptio nova, cum praefatione, qua multa emendantur, nonnulla ad illuſtrandum adduntur. Exornâre quidem ſtuduit Kallius materiam, quantum ipſa ferre poſſet: ſed videtur illa vix digna, quae magno ſtudio et multa diſciplina excoleretur.

228.

228. Ebn Medini Mauri Fessani Sententiae quaedam arabicae. nunc primum edidit, ac latine vertit Fraciscus de Dombay. Vindobonae, 1805. 8. pagg. 72.

Sententiae sunt 341. quas qui vel ipse animo concepit, vel aliunde collegit Abu Madin oriundus Fessa, ابو مدين الفاسي, mortuus est anno Heg. 589. Chr. 1193. Omnia paucis exceptis sunt rhythmice, sunt breviter et rotunde, quaedam etiam acute dicta, veluti 6. اذا غضبت قايما فاقعد واذا غضبت قاعدا فارقد Stans si irascaris, reside; si sedens, recuba. 90. خير النوال ما كان بغير سوال Optimum donum quod datur non roganti. 115. رب سكوت ابلغ من كلام Silere nonnunquam plus valet quam verba facere. Retulit de hoc opusculo ill. Silvestre de Sacy in Magasin Encyclop. Decemb. 1808. p. 426–433. et subinde sensum dicti expressit curatius, veluti his: 97. خل الجاهل في جهله وضع المعروف في اهله Relinque stultum in stultitia sua, et colloca notum inter suos. Laisse le sot dans sa sottise et place la bonne action (le bon avis) chèz celui qui en est digne. 120. ركوب الاسنة في الاضطرار جنة Insidere cuspidibus hastarum necessario insania est. Affronter les lances (monter à cheval sur le lances), quand'il le faut, c'est un bouclier. 227. الصدق من تمام اليقين والكذب شين للدين Veritas oritur ex perfecta evidentia, mendacium vero est dedecus religionis. La

vera-

veracité (dans le discours) fait partie de la perfection de la foi, et le mensonge est l'opprobre de la religion.

229. Sententiae Ali Ebn Abi Talebi arabice et latine, e codicibus manuscriptis descripsit, latine vertit, et annotationibus illustravit, CORNELIUS VAN WAENEN. Oxonii, e typographeo Clarendoniano. 1806. 4. pagg. XVI. 428.

Quae volumen amplum complectitur, sunt hoc ordine collocata. 1. Collectio prima, p. 1–43. refert ex codice bibliothecae Leidensis 1457. descripta Dicta 275. eadem, quae paucis omissis vulgata sunt in editione Lugd. Bad. 1629. 8. Erpeniana dicitur haec constanter, quamquam constat Golii esse, nec posse esse Erpenii, qui obiit anno 1625. 2. Secunda Collectio p. 44–127. exhibet Dicta 537. pariter alphabethico ordine disposita, selecta e codice Leidensi 1448. quo Dicta Ali collegit et digessit Abdul Wahid Ibn Muhammed. Ignoravit editor, a Gerardo Jo. Lette Lugduni Bat. 1748. unacum Caab ben Zoheir (num. 203.) vulgatas esse p. 90 sq. Sententias Ali „e collectione Abdul Wahid ben Muhammed." Casu tamen accidit, ut Lettianae sint maximam partem aliae. 3. Collectio tertia p. 129–141. absolvitur Dictis 48. communicatis a J. J. Schultens e cod. ms. Meidanii, in quo illa praefixio Ali nomine continua exstant, non intercedentibus aliis. 4. Collectio quarta p. 143–159. addit Dicta Ali 17 alia, communicata ab Ever. Scheidio, qui in suo codice Meidanii ea aliis interspersa cognoverat. Unum, num. III. p. 146. locum quoque nactum in Meidanii Proverbiis editis ab H. A. Schultens 1795. p. 171. 5. Annotationes in Collectionem primam p. 160–248, et Notulae in 13 sententias, quae in cod. Leidensi desunt, sed partim in Parisiensi, partim in editione Th. Erpenii (immo vero, Go-

Golii) exſtant, p. 249-252. 6. Annotationes in Collectionem ſecundam, p. 253-370. Finem faciunt indices, arabicus, hebraicus, locorum ſacrae ſcripturae.

Cornelius van Waenen, natus 1732. Gorinchemiae in Hollandia, auctor diſſertationis academicae de linguae hebr. pomoeriis ampliandis, praeſide J. J. Schultens habitae Leidae 1759. et iterum editae in Sylloge diſſertationum . . . . Part. poſter. 1775. 4. p. 717 ſq. juvenis coepit animum advertere ad tractanda Ali Dicta et ſi tempus ferret edenda; nec poſtmodum, nactus eccleſiaſticum munus in patria, deſtitit operi exornando amplificandoque ſtudium conferre. Credibile, ipſum eſſe, quem in animo habebat Henr. Alb. Schultens, cum ſcriberet 1777. quae ſupra recitata ſunt num. 196. p. 187. ſed cum non eſſet qui vellet ſuis ſumtibus edi opus bibliopola, ille ſenex jam factus convertit ſe ad curatores legati Clarendoniani, impetravitque quod peteret, accedente etiam Hermanni Muntinghe, profeſſoris theologiae in academia Groningenſi, commendatione. Eſt ſane hoc ſenſus liberalis, generoſi, Britannico nomine digni: et quis quaeſo fuerit, qui invideat Seni bene de litteris merituro laetitiam ex ſucceſſu operis perceptam? quamquam ipſe non ſupererat, quum abſolutam illud in lucem prodiret, obiit enim die 27. Jun. 1805. ſed parum tamen abeſt quin doleas, non aliud praeſtantius fructuoſiusque opus taliſſe honorificam iſtam ſententiam. Dictorum hujusmodi brevium ſane non erat penuria, nec deerant quae accommodata eſſent uſibus tironum: his enim opus, quod punctis vocalibus accurate ſit inſtructum, apprime utile ſe reputaſſe Curatores ipſi profeſſi ſunt in praefatione ex aedibus Clarendonianis Jul. II^{mo} 1806. Quam vero multa ſunt argumenti hiſtorici, biographici, geographici, lexi-

lexicographici, caet. quibus aegre caremus, et quae delitescunt in ipsa bibliotheca Bodleyana.

Hariri, de quo vid. d'Herbelot, biblioth. Orient. pag. 430. et potissimum Abulfeda, Annal. Tom. III. p. 413 sq. natus est Basrae anno Heg. 446. mortuus anno 515. Christ. 1121. Nomen viri erat Abu Muhammed Al Kâsem Ibn Ali – cognomen Hariri traxisse videtur a vitae genere, quod versaretur in serico vel texendo vel divendendo. Confecit, praeter alia, dissertationes quinquaginta, dictas Makámáth; quibus nonnemo, cui nomen Abu Zeid, verba facit ad oblectandam audientium multitudinem. „Macamat„ verba sunt Reiskii in Annotat. histor. ad Abulfedae Annal. Tom. IV. p. 728. „sunt dissertationes, in quibus enarrantur, quae in publicis conventibus, concursibus plebis, dicta factave fuerunt. Proprie consistentiae, seu concursus populi, coronae spectatorum et auditorum. Mokimin sunt οἱ περιϛησαμενοι ὄχλον, plàni, impostores, praestigiatores, thavmaturgi, qui populi multitudinem ad se alliciunt. Talis fuit ille Abu Zaid, quem Haririus in unaquaque dissertatione introducit alia atque alia et semper diversa ratione imposturae crumenas auditorum emungentem. – Credidi me debuisse veram vocis significationem exponere, quae ab interpretibus hactenus percepta non fuit." Tantam vero hoc opus consecutum est famam atque auctoritatem, ut, teste Golio, in Asia et Africa studiosis elegantiorum litterarum commodior vix alius habeatur, a quo proprietatem linguae simulque copiam et elegantiam addiscant.

Primus, qui operis partem publici usus fecit, est Jo. Fabricius, Dantiscanus, qui Consessum primum arabice et latine cum multis annotationibus edidit in Specimine arabico, Rostochii 1638. 4. p. 1 – 72.

72. Postmodum Golius, a quo tradita ille habebat, quae suo nomine edere ipsi visum est, ipse edidit in Accessionibus ad Erpenii Grammaticam arab. Lugd. Bat. 1656. 4. p. 211–225. eundem primum Consessum arabice et latine, cum succinctis suis Scholiis in margine positis.

Longo temporis intervallo demum edita sunt alia.

230. Haririi eloquentiae arabicae principis tres priores consessus, e codice msto. Bibliothecae Lugduno Batavae pro specimine emissi, ac notis illustrati ab ALBERTO SCHULTENS. Franequerae 1731. 4. pagg. 181.

Primi Consessus versio latina Golii est. Editionis initium fecit Schultensius, cum esset professor linguae hebraicae Franequerae, unde vocatus est anno 1729 Leidam, superstite quidem sed ad munus dudum languido Jo. Heimanno, litterarum orientalium professore. Ex hoc libro nonnulla repetiit Vriemoet in suo arabismo. 1733. 4.

231. Consessus Haririi quartus, quintus, et sextus, e codice msto. latine conversi ac notis illustrati, accedunt monumenta vetustiora Arabiae, curavit et edidit ALB. SCHULTENS. Lugd. Bat. 1740. 4. pagg. 279.

Praefationem, qua omnium Consessuum versionem sibi dudum paratam esse significat Schultensius, excipiunt Excerpta de Haririo ex Ibn Chalekân opere de viris illustribus. Notae utrinque uberes sunt et copiosae. Accesserunt huic volumini Indices, qui in priori desiderantur.

232. Abi Mohammed El Kasim Bosrensis vulgo Haririi Confessus XXVI. Rakda seu variegatus dictus e codice msto. unacum Scholiis arabice edidit ac vertit Jo. Jac. Reiske, Sorbigensis. Lipsiae 1737. 4. pagg. 16.

Severius de primo hoc suo specimine statuit Reiske, in Vita sua pag. 14. pronuntians, non esse nisi tenue tironis exercitium, quod gratuletur sibi in paucis tantum exemplis substitisse, et ipsis pridem elapsis e conspectu et memoria hominum. Usus autem est Reiskius codice tunc Jo. Christoph. Wolfii, antea Hinckelmanni, quem commemorat Wolfius Biblioth. Hebr. Vol. IV. p. 776.

233. Abi Mohammed Al Casim vulgo dicti Hariri, eloquentiae arabicae principis, quinquagesimus Confessus Basrensis, e codice msto. Bibliothecae Bodlejanae latine conversus a Joh. Ury, accedunt dialogi Persico-Anglici. Oxonii 1774. 4. pagg. 36.

Sermoni arabico praeter latinam versionem satis adstrictam accedunt quoque scholia succincta in margine collocata.

Praeter hos Confessus VIII. vulgati sunt quoque alii, et quidem XLIX propemodum integer a Rosenmüllero: Ueber einen arabischen Roman des Hariri. Leipz. 1801. 8. XIV. Arabisches, Syrisches und Chaldäisches Lesebuch, herausgegeben von Rinck und Vater. 1802. 8. pag. 128 sq. VII. et XI. Arabische Chrestomathie von Jo. Jahn. Wien, 1802. VII. et IX. Chrestomathie Arabe par S. de Sacy. Paris 1806. ubi etiam ejus, quem imitatus est Hariri, duae Makamâth propositae sunt Tom. III. p. 192. et 217.

Ha-

Haririi confessus quinquaginta omnes edere instituit Scheidius. Descriptae sunt ipsius typis plagulae quatuor, 4. maj. Exhibent sermonem mere arabicum, vocalibus instructum, interspersis frequentibus numerorum signis, quae innuunt Scholia quoque arabica haud defutura. At subsistit textus, p. 32. in Confessu quinto, in verbis illis, quae cernuntur in Schultensiana editione p. 144.

Henricum Alb. Schultensium in eo fuisse anno 1781. ut universos Haririi Confessus arabice, cum versione latina ab avo elaborata, in lucem ederet ex ipsius constat professione. Memorabilien. VIII. St. p. 36.

Viennae Johannem Jahn unacum Arida, Syro, editurum esse Confessus L ad quatuor libros mstos. bibliothecae Caesareae, publice nuntiatum est Intelligenz - Blatt zur Allgem. Literat. Zeitung. 1803. num. 41.

Hebraice conversi exstant Confessus Haririi in Bibliotheca Bodlejana, vid. Catalog. p. 97. num. 497. Personis quae praecipuas in illis partes agunt, dictis Háreth ben Hemmâm et Abu Zeid, substituuntur Geber Ithiel (Proverb. XXX. 1.) et Cheber Hakkeni (Jud. IV. 11.) Hinc ducta inscriptio libri מחברות איתיאל. Qui versionem hanc hebraicam adornavit, est R. Jehuda fil. Salomonis, dictus Charizi, חריזי, ortu Hispanus, qui floruit sec. XII. Idem vero, qui arabicos confessus vertit hebraice, et ipse ex suo ingenio, imitatus Haririum, confinxit hebraico sermone confessus quinquaginta, designatos loco cit. Catalogi p. 96. num. 492. 493. In his, qui primas partes sustinent, dicuntur Ethan HaEzrachi (1 Reg. IV. 31.) et Cheber Hakkeni. Sermo primus est de

linguae Hebraeae praestantia; decimus inscribitur de agricola; vicesimus, de VII virginibus; tricesimus, de medico Turco; quadragesimus, de gladii cum calamo contentione; quinquagesimus carminibus constat, ad oblectandum animum compositis. Tituli et praefationis pars arabico sermone exprimuntur. Specimen operis edidit Jon. Ury, inscriptum: R. Jehudae F. Salomonis vulgo dicti Charizi eloquentiae hebraicae principis primus et tricesimus consessus de latrone transfigurato nuper e codice msto. latine conversus, accedunt versiculi ex quinquagesimo ejusdem consessu excerpti. Londini. 1773. 4. pagg. 24. Quae dicta hic a nobis sunt, facient ad ea componenda, quae impedite satis tradidit Wolfius, Biblioth. hebr. Vol. I. pag. 141. III. p. 89. IV. p. 776. Conf. etiam De-Rossi, Dizionario, p. 81 sq.

Six Assemblies; or, ingenious conversations of learned men among the Arabians, upon a great variety of useful and entertaining subjects; formerly published by the celebrated Schultens in Arabic and Latin, with large Notes and Observations explaining several peculiar customs, manners and idioms of speech amongst the eastern people; whereby much light is thrown upon many passages of Scripture, both of the old and new Testament: together with a collection of several proverbial sayings among the Arabians, with an explanation of their singular beauty and propriety, the whole now translated into English, with improvements, by Leonard Chappelow, B. D. Arabic professor in the University of Cambridge. Cambridge 1767. 8.

Singulos consessus excipiunt notae. Quae in inscriptione libri memoratur Proverbiorum collectio, non alia refert, nisi quae sunt in hisce sex Consessibus subinde interspersa.

Gal-

Gallice editus eſt Conſeſſus XLV. in Magasin Encyclop. (1765.) Tom. II. p. 779 ſqq. Qui eum vertit, Venture, interpres linguarum orientalium, miſſus cum copiis Gallicis in expeditionem Aegyptiacam, periit 1799. in abitu ab oppugnato oppido Ptolemaide, Magac. Encyclop. Ann. VIII. num. 13. pag. 114. Volney's Reiſe, aus dem Franzöſiſchen, von Paulus, Th. III. Jena 1800. p. 419.

234. Abi'l Walidi Ibn Zeiduni Riſâlet ſeu Epiſtolium arabice et latine cum notulis edidit J. J. Reiske. Lipſiae 1755. 4.

Quod in hoc epiſtolio oſtentatur dicendi genus, proxime nobis accedere videtur ad illud, quo uſus eſt Hariri. Textus arabicus p. 1–8. in uſum quidem auditorum ſed ſine vocalibus editus, deſcriptus eſt ex codice Warneriano Leidenſi 1577. Catalogi p. 473. Praefatio p. I–VI. nonnulla tradit de auctore, nato Cordubae in Hiſpania anno Heg. 394. qui coepit Octob. 29. ann. Chr. 1003. et mortuo Hiſpani anno Heg. 463. qui coepit anno 1070. Octob 8. vid. Caſiri Catalog. Tom. I. p. 106. Verſio latina pag. VII–XVI. notas adſperas habet pauciores et breviuſculas, ſed non otioſas.

Integrum hoc opuſculum iterum editum eſt, ſed minus emendate, in Hirtii Inſtitutionibus arabicae linguae, Jenae 1770. pag. 483–515. addito, quod ipſe Reiskius communicavit, ſpecimine commentarii, ad hoc Epiſtolium ſcripti ab Ibn Nobâthah, Aegyptio, qui mortuus eſt octogenario major anno Heg. 768. Chr. 1366–67. Epiſtola ſcripta eſt nomine puellae nobilis et ingenioſae in procum repudiatum non minus acerbe et comtemtim, quam lepide ac eleganter, ludens

dens in variis historiis, traditionibus, proverbiis, poëtarum sententiis. Conf. De-Rossi Dizionario voce Zaidun, pag. 191 sq. qui vero errat quum putet, utramque auctoris epistolam, non Zeiduniam modo sed et alteram, quae Dschahuria dicitur, editam a Reiskio esse.

CLAS-

CLASSIS IV.

Chriſtiana.

IV. Christiana.

235. „Septem Horae Canonicae, à Laicis hominibus recitandae, juxta Ritum Alexandrinorum, seu Jacobitarum, Alexandrino Patriarchae subditorum, Arabice, editae a Gregorio Georgio Veneto, sub auspiciis Leonis X. Pontificis Maximi in urbe Fani, Feria tertia, die XII. mensis Ailul (Septembris) anno Christi millesimo quingentesimo decimo quarto, uti p. 110. adnotatur."

„Typographia Arabica, quam fumtibus Julii II. Pontificis Maximi laudatus Gregorius, saeculo Christi decimo sexto ineunte, in urbe Fani erexit, omnium tam in Italia, quam in ceteris Europae partibus prima fuit; ex ea tamen nonnisi memoratus septem Horarum Canonicarum Liber prodiit; cujus quidem editionis exemplaria, nusquam, quod sciam, hodie reperiuntur; ideoque eundem, utpote rarissimum, huic Catalogo operae pretium duxi adtexendum."

„Codex in 8. chartac. constat paginis 111. Arabicis characteribus, et sermone, Fani, ut supra dictum est, editus a Gregorio Georgio Veneto, anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto."

Assemanii haec sunt, Catalog. Biblioth. Mediceae. Florentiae, 1742. p. 83. qui libri inscriptionem etiam et epigraphen arabicam refert p. XLV. At ill. Tychsenius, cum negaverit, Repertorium von Eichhorn, T. XI. p. 105., recte traditam esse ab Assemanio et inscriptionem et formulam extremo loco positam, rogantibus

tibus nobis humaniffime per litteras tribuit, quae a nobis referri queant.

De Tychfeniano igitur exemplo haec accipe. Infcriptio non eft nifi trium vocum, كتاب صلاة السواعي (h. e. Praecatio Horarii). Et funt precationes novem; fecundae fubjecta funt haec: abfoluta eft precatio nocte dimidia Sabbathi peragenda juxta ritum Graecum; eademque formula علي طقس الرومي fubjecta quoque eft quintae et octavae. Extrema opusculi formula haec:

وكان الفراغ من هاداه السواعي المباركه نهار
الثلاثا تاني عشر شهر شتمبريو سنة الف
وخمسمايه واربع عشر لسيدنا يسوع المسيح
لذكره المجد امين وهي ختم المعلم
غريغوريوس بيت غريغوريس من مدينة
البندقيه ختمت في مدينة فان تحت حكم
قداسة البابا لهون ماسك كرسي القديس مار
بطرس الرسول بمدينة روما من وجد فيه
غلط يصلحه يصلح الله شانه بشفاعة السيد

امين. Finis factus eft (excudendi) hujus Horarii benedicti Feria III. (die) 12. menfis Septembris anno millefimo et quingentefimo et decimo quarto Domini noftri Jefu Chrifti, ejus memoriae fit laus, amen! Et illud excudit magifter Gregorius Gregorio ex urbe Venetia. Excufum eft in urbe Fani, fub ditione fanctiff. Papae Leonis, tenentis fedem fanct. D. Petri Apoftoli in urbe Roma. Qui deprehenderit in eo (libro) erratum, emendet, emendabit Deus fortem ejus,

ejus, intercedente Domino. Amen. Exemplum est paginarum 237. non computato folio primo, seu foliorum 120. in 8. vel 4. min. Eadem omnino ratio est quoque exempli, quod est in bibliotheca imperiali Parisiis. Et haec quidem certa et explorata.

Accipe nunc etiam, Assemanii dicta quo loco sint habenda. Celeb. De-Rossi in litteris a. d. 3. Sept. 1804. haec scripsit: „Thomas Valperga de Calusio, Taurinensis linguarum orientalium professor, a me rogatus - - in nuperrimo suo itinere Florentino utrumque exemplum VII. Horarum arab. Fanens. 1514. Mutinense et Mediceum, diligenter quoad epigraphem contulit, ac reperiit utrumque cum Tychseniano congruere, ac proinde epigraphen ab Assemano allatam prorsus ejus marte et ingenio fuisse confictam."

Tychsenius loc. cit. pag. 105. „De-Rossi, ait, Florentini exempli notitiam dedit, mihi non visam, in Diss. praelimin. ad Epithalamia exotica. Parmae, 1776." (1775. fol. max.). De-Rossi ipse, Annal. hebraeo-typograph. ab ann. 1501. ad 1540. Parmae 1799. 4. p. 11. extr. mentione facta libri editi 1514. Fani, addit: „Vid. Epithalamia nostra exotic. Diss. prael. p. XVIII." Locus igitur est hic: „Cl. Saxius non hebraicos solum sed et arabicos typos mediolanensi ducatui deberi contendit, quos primum efformasse atque adhibuisse putat Petrum Paullum Porrum mediolanensem civem qui Taurini degebat" (in excudendo Psalterio. Genuae 1516. de quo vid. Handbuch für die Literatur - von Rosenmüller. T. III. p. 369 sq.). „Verum ignorabat Saxius biennio ante quam Porri typi lucem adspicerent, septem Horas Canonicas Fani arabice editas fuisse a Gregorio Georgio Veneto, ex ea quidem arabica typographia quam sumptibus Julii II. idem Gregorius illic erexerat, quam-

quamque arabicarum omnium primam rectissime appellat harum rerum consultissimus Assemannus." Ignorarunt hanc quoque recentissimi scriptores, veluti D. Gottl. Wilh. Meyer, Geschichte der Schrifterklärung, T. II. Götting. 1803. p. 123. Teste Franc. Xaver. Laire, Specim. typographiae Romanae XV. Seculi. Romae 1778. 8. p. 13. „de typographia Fani Fortunae differitur in opere, cui titulus: Giornale de' Letterati di Firenze Tom. II. Part. 3. Art. 2." Aldum Manutium primum in Hypnerotomachia Poliphiti, Venetiis mense Decembri. M. ID. fol. arabicos typos ligno incidi curasse, arbitratus est Henr. Scholz, p. 7. specim. I. Bibliothecae arabicae, de typographiis arabicis. Hamburg. 1741. 4. de quo vid. Acta Historico Ecclesiastica, ann. 1741, p. 612. et Arabische Bibliothek von Froriep. Th. I. 1769. p. 315. Primum in hoc genere conatum, et quidem Alphabethum arabicum, deprehendi in utraque Itineris sacri Bernhard. de Breytenbach et germanica et latina editione, Moguntiae, 1486. fol. refert nonnemo in Allgem. Deutschen Bibliothek, 23. Th. 1. St. 1774. p. 118.

Libro Fanensi usus quoque est Renaudot, in Liturgiarum Oriental. Collectione, Paris. 1716. 4. nuncupans illum Euchologium arab. Melchitarum, Tom. I. p. 217. 220. 230. et alio loco, p. 256. Melchitarum Horologium.

238. Liber mere arabicus, inscriptus

هذا مصاحبت روحانية بين العالمين واسم
واحد منهما شيخ سينان واسم الاخر احمد
العالم التي كانت في رجوعها من الكعبة
نافعة لكل مسلم ومسلمة

h. e.

h. e. Colloquium spirituale inter duos Doctos, quorum alter Scheich Sinân, alter Ahmed Doctor, habitum in reditu de Cabah, proficuum omni Moslemo et Moslemae, pagg. 116. Octav. min. Absque loci et anni indicio.

Exstat Anglica versio libri: Mohammedis imposturae: that is, a discovery of the manifold forgeries, falshoods, and horrible impieties of the blasphemous seducer Mohammed: with a demonstration of the insufficiencie of his law, contained in the cursed Alkoran; deliuered in a conference had betweene two Mohametans, in their returne from Mecha. Written long since in Arabicke, and now done into English by WILLIAM BEDWELL. Whereunto is annexed the Arabian Trvdgman, interpreting certaine Arabicke trems vsed by Historians: together with an Index of the chapters of the Alkoran, for the vnderstanding of the confutations of that booke. London, 1615. 4. plagg. 15.

Et Bedwellus quidem haud dubitabat, opus hoc trium dialogorum vere esse Mohammedani nonneminis, suas dubitationes cum alio, qui illis satisfaceret, communicantis. At nobis plane persuasum, christiani hominis illud esse, Mohammedis auctoritatem occulte et cuniculis quasi oppugnantis et christianam doctrinam commendantis. Et suadet hoc, praeter argumentum libri, cum genus dicendi arabicum, minus illud purum et legitimum, sed ad vulgi sermonem subinde accedens, tum quo editus est locus, quem ignorabat Bedwellus. Romae typis descriptum esse, constat ex catalogo librorum arabicorum, addito Erpenii Rudimentis 1620. Leidae editis, ubi haec: „Excusa quoque Romae sunt inelegantibus typis tria colloquia de religione Mahomedica, in 8°." Et in libro inscripto: De vita et morte Mosis, libri tres. Gil-

Gilbertus Gaulmyn Molinensis ex Ms. exemplaribus primus Hebraice edidit, Latina interpretatione et Notis illustravit. Parisiis, 1629. 8. passim in Notis locus affertur ex isto colloquio, veluti pag. 282. 302. 355. 378. 398. et tertio quidem loco, p. 355. dictum exstat: „Colloquium Achmad et Sinan Romae editum." Hunc ipsum librum innuit Erpenius, scribens Casaubono Lutetiae IV. Kal. Octobr. 1611. haec: Nunc tibi mitto libellum tuum Colloquiorum Arabicorum innumeris mendis typographicis a me repurgatum. Ac primo quidem duo colloquia ad verbum sum interpretatus; in tertio ea solum explicui, quae difficultatem aliquam habere videbantur. Libellus est non inelegans, sed dolendum, tam vitiose excusum esse. Vid. Casauboni Epistolae, pag. 661. Typi arabici, diversi ab illis, qui Fani 1514. adhibiti sunt, haud quidem prorsus inepti, sed quae aliae aliis alligatae esse debebant litterae, ut uno quasi calami ductu plures exaratae videantur, fere omnes solutae sunt atque intactae; quod abhorret a consuetudine Arabum.

Qui iisdem editus sit typis, praeter hunc unicum librum, aliius nuspiam commemoratur. At ill. Silvestre de Sacy deprehendit aliquem, ex hominum memoria paene elapsum, de quo ex ipsius litteris privatis referendi veniam pro ea, quae in ipso est, humanitate nobis sponte dedit. Est vero

237. Libri inscriptio arabico - latina haec:

اعتقاد الامانة الارثدكسية كنيسة رومية . . . .

Fidei orthodoxae brevis et explicata confessio, quam sacrosancta Romana ecclesia docet, et iis maxime proponendam edit, quicunque ab orientalium errore, ad catholicae veritatis communionem accedere, et Romano pontifici praestare obedientiam statuunt. Ro-

Romae, juſſu Sanctiſſ. D. N. Pii V. in collegio Societatis Jeſu. anno M. D. LXVI. 8. pagg. 33.

Eſt procul dubio idem liber, qui ab Jo. Henr. Hottingero, in Promtuario ſ. Bibliotheca Orientali, Heidelberg. 1658. 4. p. 19. Appendicis, refertur hoc nomine: „Profeſſio fidei Chriſtianae, quam profitentur Orientales, qui Eccleſiae Romanae ſe ſubjiciunt, Arabice; libellus duarum chartarum, excuſus typis, ſed parum elegantibus." Qui confeſſionem ex latino ſermone in arabicum tranſtulit, eſt P. Joh. Bapt. Elian, Jeſuita, teſte Rich. Simon, Voyage du mont Liban, traduit de l'Italien du R. P. Jerome Dandini Nonce en ce pais-là. 1685. p. 342. ubi etiam haec tradita: Outre la profeſſion de foy composée par Pie IV. qu'il (le P. Elian) leur (aux Maronites) donna en Arabe, et à laquelle ils souscrivirent tous, le P. Brun avoit fait en Latin un Catechisme qui contenoit les erreurs des autres sectes de l'Orient avec la refutation, et expliquoit en même temps les Articles de nostre foy selon la methode de l'Eglise Romaine. Le P. Jean Baptiste Elian mit en Arabe ce Catechisme, le fit imprimer, et le donna à examiner dans une Synode des Maronites qui fut assemblé au Mont Liban. Il fut receu et approuvé de tous en pleine Synode, et leur servit ensuite de regle. De hac Synodo habita anno 1580. vid. Aſſemani, Catal. Biblioth. Medic. p. 117. – Igitur admodum credibile, etiam Dialogos illos in eodem Jeſuitarum collegio editos eſſe, et auctorem habere eundem P. Elian, Rabbi Eliae Levitae ex filia nepotem. Confeſſio ſubinde nova editione repetita eſt, ſed nonnullis, ut ex re eſſe videbatur, mutatis.

238. Liber arabicus, ſed ſyriacis litteris deſcriptus, in cujus fronte haec: ܒܐܣܡ ܠܠܡܥܒܘ̈ܕ ܐܠܘܐܚܕ ... ܒܠܐ ܗܘܐ .. h. e.

h. e. Liber septem precationum nocturnarum et diurnarum pro quovis die juxta ritum Maronitarum Syrorum, excusus impensis Patris sanctissimi Papae Gregorii XIII. Anno 1584. Romae. In ultima pagina haec: „Sanctissimi D. N. Gregorii XIII P. M. impensa. Romae, Anno Domini 1584. Pontificatus XIII. Et typographia Dominici Basae." 8. plagg. 21.

Sectiones voluminis sunt XVIII. 1. precatio ante abitum in templum, 2. precatio, quum accesseris ad templi portam, et quando illud intres, 3. precatio vespertina, rel. Decimum quintum locum tenent Psalmi VII. poenitentiales, Syriace. Hos excipit supplicatio ad Sanctos, praemissa admonitione, qua dicitur haec supplicatio ducta esse ex Francico in Syriacum. Richardus Simon, Voyage du Mont Liban, p. 268 sq. hujus libri mentione facta haec habet: l'on a ajouté à toutes ces prieres les Psaumes Penitentiaux en Syriaque, avec les Litanies des Saints; mais je croy, que ces Litanies qui sont à nostre usage, n'ont point ésté receües par les Maronites du Mont Liban, si ce n'est depuis fort peu de temps; parceque Gabriel Slonita les avoit ostées de son exemplaire que j'ay entre les mains; et apparemment cette façon de prier les Saints en s'adressant diréctement à eux n'est pas ordinaire dans l'Eglise Orientale. Hic ipse liber dictus est „Litaniae totius anni juxta ritum Maronitarum in Syria, Arabice, sed charactere Syro. Romae anno 1584." in Catalogo librorum mss. et editorum Thomae Erpenii, vulgato unacum Petri Scriverii Manibus Erpenianis, Lugd. Bat. 1625. 4. Eodem loco, postrema opusculi pagina, commemorati duo alii libri, nobis haud cogniti.

Litaniae totius anni juxta ritum communem, Arabice.

Libel-

Libellus piorum exercitiorum, Syriace, sed magis Arabice, licet charactere Syro. Romae.

239. Professio, arab. et lat. اعتقاد الامانة الارثوذكسية مختصر الذي يتقدم برسم الكرسي المقدس الرسولي ليعتقدون به المشارقة الاتيين لاجل اتحادهم مع الكنيسة المقدسة الرومانية

Brevis orthodoxae fidei professio, quae ex praescriptio sanctae sedis apostolicae ab Orientalibus ad sacrosanctae romanae ecclesiae unitatem venientibus facienda proponitur. Jussu sanctiss. Domini nostri D. Clementis Papae VIII. Excusum Romae in typographia Medicea anno à nativitate Domini M. D. XCV.

ختم في رومية العظمى بامر قدس سيدنا البابا مار قليمنطس الثامن في طبع الغران دوكا فلورنسه في سنة الف ...

Iisdem, quibus Edrisii Geographia, typis edita est haec Professio, in 4. Alia editio, arabice tantum, facta simul est ibid. eod.

Steph. Evodius Assemanus, Biblioth. Mediceae Catalog. p. 77. commemorat Professionis hujus exemplum calamo scriptum, additque: „Hanc Fidei Professionem, quae non semel typis sacrae Congregationis de Propaganda Fide edita est, Christiani Orientales omnes, Maronitis exceptis, juxta Decretum Urbani VIII. Pontificis Maximi, statimac Romam adeunt, coram P. Commissario Sacrae Inquisitionis, debent emittere: aliter a celebratione Missae, et a Sacramento Confessionis, et Eucharistiae, etiamsi Catholici sind, rejiciuntur."

„Co-

„Codex in 4. chartac. constat paginis 16. Arabicis literis, et sermone exaratus a Dominico Sirleto Giarbensi, seu de Giarbe, insula prope urbem Tunesim, qui Mahumetica ejurata superstitione, Christianam Fidem Romae amplexus est, anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo quarto, uti in clausula codicis ejusdem Sirleti manu adnotatur."

Missale Chaldaicum ad usum Ecclesiae Maronitarum. Romae, typis Mediceis. 1592. vel rectius 1594.

Exemplorum magnam partem tradidit Maronitis ad eos legatus a Clemente VIII. Pontifice Hieronymus Dandini 1596. Sententiam de libro dixit Richardus Simon, in suis ad Dandini Relationem animadversionibus, uberius et exploratius Euseb. Renaudot, in Liturgiarum oriental. collectione, Tomo II. quo omnes, quas ille complectitur, eaeque variae liturgiae ad codices mstos. latine redditae sunt, additis observationibus. Videndus maxime locus pag. 48. Caeterum Syriacus cum sit liber, et sola, quae S. Cyrilli nomen fert, Liturgia multis orationibus junctam habeat versionem arabicam (Simon p. 321. Renaudot p. 285.) hujus loci non est. Sed locum hic omnino habet alius cum illo conjunctissimus.

240. Liber ministerii diaconici. Romae. 1596. qui complectitur lectiones et orationes inter celebrandam Missam a Diacono, cujus magnae in eo partes sunt, peragendas: hic syriace quidem, sed addita e regione arabica versione syriacis litteris expressa editus pro Maronitis, non ut arabici sermonis usus sit ad altare, sed versio parata est pro laicis hominibus, vel ipsis sacerdotibus et diaconis, ut quae syriaca lingua, doctis solis cognita, canuntur et recitantur, possint intelligere. Ex hoc libro multas precationes in

in ſuam verſionem tranſtulit Renaudot: vid. loc. cit. pag. 47.

Librum putaverim eſſe eum, qui alicubi dicitur Miſſale Arabicum, vid. Epiſtres françoises des personnages illuſtres et doctes à Mons. Joseph Juste de la Scala, mises en lumiere par Jaques de Reves. Harderwyck. 1624. ubi p. 376. haec leguntur ab Henry Loys Chastaigner scripta Scaligero, de Naples 12. Octob. 1595. Nous arrivasmes hier en ceste ville, et auons apporté les livres que vous auons acheptez, qui sont, un Euclide et Avicenna entiers, qui ne se vendent point separez, et le Missal Arabic, que demandiez par la vostre du dernier Aoust, qui estoit acheué d'imprimer depuis quinze jours, cestuyla de qui nous les avons acheptez nous a aussy donné un Alphabet arabic qu'il a corrigé . . . . pour response aux demandes de Monsieur Rapheling. Nous n'auons tronvé que cela des livres que demandiez, il nous a donné le memoire que vous envoyons des livres qu'il doibt imprimer. – Jo. Bapt. Raimondi eſt quem putat.

241. Hebdomadarium, ſeu Horae ſeptem Canonicae, quae a ſecularibus Maronitis recitari ſolent. Romae, apud Jacobum Lunam. 1596. Karſchunice.

Teſte Aſſemanio, Catalog. Biblioth. Mediceae, pag. 89.

242. Doctrina Chriſtianà illuſtriſſ. et Reverendiſſ. D. D. Roberti S. R. E. Card. Bellarmini, nunc primum ex Italico idiomate in Arabicum, juſſu S. D. N. Pauli V. Pont Max. translata, per Victorium Scialac Accurenſem, et Gabrielem Sionitam Edenienſem, Maronitas è monte Libano, Philoſophiae, ac ſacrae Theologiae profeſſores. Munificentia illuſtriſſ. et excellentiſſ. D. D. Franciſci Savary de Breues, Regis

Christianiss., à Consiliis, ejusque apud eundem Summum Pont. Oratoris, et Sereniss. Ducis Andegauensis Regis fratris unici Gubernatoris, ad Fidei propagationem, et Orientalium Christianorum commodum. Romae, ex typographia Savariana excudebat Stephanus Paulinus MDCXIII. 8. pagg. 171.

Arabicam typographiam Franc. Savary de Breves Romae instituit eo consilio, ut orientalibus Christianis prospiceret de libris ad fovendam religionem accommodatis. Primus, quem illa tulit, fructus est hic liber. Et quidem, verba sunt praefantium, „Catechismum hunc ex illustriss. D. Card. Bellarmini Italico arabice verti ille curavit, ut Alexandrinis potissimum, quorum in urbe totius Aegypti longe pulcherrima dignitatem Consulatus nationis Gallicanae curat exerceri, extreme laborantibus succurreret.“ Latinam interpretationem adjunxerunt Maronitae, et arabicum sermonem vocalium notis instruxerunt propterea, ut quoque arabicarum litterarum studiosis prodesset hic libellus.

243. تفسير واسع علي التعليم المسيحي. الذي صنّفه الاب المكرم البهي الكردنال بالرمينو

Dichiaratione più copiosa della dottrina christiana, composta dall' Illustriss. et Reverendiss. Sig. Card. Bellarmino; tradotta di lingua Italiana in Arabica, dall' Arciprete Giouanni Hesronita interprete del Rè Christianissimo della medesima lingua Arabica, e della Sira. E stampata d'ordine di N. Sig. Papa Vrbano VIII. et della Sac. Congr. de Propag. Fide. in Roma, nella stamperia della stessa Sac. Congr. l'anno 1627. 8. pagg. 299.

Nun.

Nuncupavit librum Johannes Hesronita Urbano VIII. sed editionem curavit Abrahamus Ecchellensis, ipso teste in praefat. ad Eutychium Vindicatum. Menda typographica, haud infrequentia, in calce libri notata sunt, praemissa excusatione hac, quod qui imprimendo libro adhibiti fuerint, rudes sint sermonis arabici.'

244. Dilucidatio Speculi verum monstrantis, in qua instruitur in fide Christiana Hamed filius Zin Elabedin in regno Persarum princeps, et refellitur liber a doctoribus persis editus sub titulo, Politor speculi verum monstrantis, per Bonaventuram Malvasiam, Bononiensem, Franciscanum Conventualem. Romae, typis Congregationis. 1628. 4.

Refert Catalog. ann. 1639. et refert quoque Hottinger in Promtuario, pag. 93. ubi mendose exstat Mulvasiam.

245. Brevis orthodoxae fidei professio, quae ex praescripto S. sedis Apostolicae ab Orientalibus ad sacrosanctae Romanae ecclesiae unitatem venientibus facienda proponitur. Arabico-latine. Romae, apud Franc. Zanettum. 1630. 4.

Commemoratur in Catalog. ann. 1639. nec non in Hottingeri Promtuario s. Biblioth. orient. p. 92.

246. Doctrina christiana. التعليم المسيحي. Parisiis, impensis societatis typographicae, librorum Officii Ecclesiastici, jussu Regis constitutae, cum Privilegio Regis. 1635. In fine: Parisiis, excudebat Antonius Vitray. M.DC.XXXV. 8. pagg. 143.

Iisdem, quibus Romana editio 1613. haec quoque Parisina facta est typis Savarianis, nunc Parisios

 dela-

delatis. Inscripsit librum Armando Johanni, Cardinali Duci de Richelieu, societas typographica Regis voluntate ac praefatae ejusdem Eminentiae diligentia pie instituta. Praefatio nulla. Praefixum est privilegium Regis scriptum 9. Dec. 1631. Arabica et latina eadem quae in Romana editione, vid. Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek, Bd. V. p. 481.

247. R. P. Philippi Guadagnoli Clericorum Reg. Minorum pro christiana religione responsio ad objectiones Ahmed filii Zin Alabedin, Persae Asphahanensis. – Eadem arabice. Romae, typ. S. Congreg. de Prop. Fide. 1637. superiorum permissu. In infima pagina exstant arabice haec: Excudit hunc librum Joseph de monte Libani ex vico Baslukith Romae anno 1637. – Quart. pagg. 1161. Accedunt folia 89, quibus exhibentur summaria libri, indices, corrigenda.

Conscripserat nonnemo de Societate Jesuitarum pro religione christiana librum dictum a se Speculum ostendens quod verum est, مرآة مرية الحقّ. Opposuit huic Ahmed (احمد بن زين العابدين) responsionem, haud male dictam Politor Speculi, صاقل المرآة, qua et Mohammedis doctrinam tueretur, et christianae fidei dogmata, cumprimis de trinitate et de Christi divinitate, impugnaret everteretque. Hoc igitur opus refellit coarguitque Guadagnoli, tractatibus quatuor; primo omnes et singuli libri veteris novique testamenti divini esse probantur auctoritate pontificum, conciliorum, patrum, testimonio etiam Korani aliorumque scriptorum Mohammedanis probatorum, secundo ostenditur, Koranum neutiquam esse Dei legem, quod scateat fraudibus, dolis, ineptiis, tertio doctrina de tribus perso-

perſonis divinis traditur et probatur ex ſacra ſcriptura, ex conciliis et patribus, quarto Chriſti divinitas confirmatur auctoritate Scripturae, conciliorum, patrum, Sibyllarum etiam atque aliorum. – Totum opus, praeter dedicationem et approbantium formulas, mere arabicum, ſed latine prius illud editum, hoc titulo:

Apologia pro chriſtiana religione qua a R. P. Philippo Guadagnolo Malleanenſi, Clericorum Regul. Minorum S. Theologiae et Arabicae linguae profeſſore, reſpondetur ad objectiones Ahmed filii Zin Alabedin, Perſae Aſphahenſis, contentas in libro inſcripto Politor Speculi. Romae, typ. S. Congreg. de P. F. 1631. 4. pagg. 607.

Auctorem libri, dicti Speculum, Jeſuitam dicit Guadagnoli, preſſo quod latere illum certe haud poterat viri nomine. Fuiſſe autem Patrem Hieronymum Xavier, Goâ ad imperatorem Mogolenſium miſſum, qui et Hiſtoriam Chriſti et Hiſtoriam Petri perſice ſcripſit, docet Ludov. de Dieu in praefatione ſua ad illam Hiſtoriam, a ſe perſice et latine cum ſuis animadverſionibus editam Lugd. Bat. 1639. 4. referens locum ex praefatione auctoris ad Hiſtoriam Chriſti, dicentis, alium ſibi in manibus librum eſſe et ad umbilicum fere perductum, qui Speculum veritatem monſtrans nominetur.

Niceronium ſi audias, Memoires, T. VII. p. 275. Nachrichten, T. VIII. p. 334. libro Ahmedis 1625. Romam perlato, ab ipſo pontifice Urbano VIII. juſſus eſt Guadagnoli defenſionem elaborare. Quae cum perveniſſet ad Ahmedem, tantam vim habuit in homine Muhammedano, ut ſacris chriſtianis lubenter ſe praeberet initiandum. Quapropter voluit Pontifex, tam ſalutare opus ſuis ſumtibus et latine et arabice edi in lucem. At auctor ipſe, neque in ſua ad Urbanum epiſtola, neque in praefatione ad lectorem, hujus

jus rei quidpiam commemorat. Nec de opere Malvaſiae (num. 244.) mentionis aliquid uspiam factum eſt.

Epitome de la Bibliotheca oriental, y occidental – de Don Antonio de Leon Pinclo, Madrid, 1737. fol Tom. I. col. 284. refert haec: „P. Felipe Guadagnolo, Clerigo Regular: Apologia por la Religion Chriſtiana, contra Alabedin, que ſe imprimo en Roma, de orden de la Congregacion de Propaganda Fide, 1631. 1634. 4. 1637. 1752. 4. en Arabe." At praeter eas, quas commemoravimus, editiones alias factas eſſe, parum credibile.

248. Dominici Germani de Sileſia Antitheſes fidei, arabice et latine. Romae, typis Congr. de P. F. 1638. 4.

Refert Catalogus ann. 1773.

249. Catechismus Cardinalis de Richelieu, arabice. Pariſiis 1640. 4. maj pagg. 415.

Inſcriptio libri haec: كتاب تعليم المسيحي

صنعه الأب الفاضل المكرم سيّدنا ارمندس يودنّا
دو بلسيس ده ريشليو المفخم مطران مدينة
لوصون * والان فهو كردنال الكنيسة
الكاثوليكية الجامعة الرسولية الرومانية * وقد
ترجمه من اللغة الفرنساوية الي اللغة العربية البادره
جستو ده بوواز رييس الكبوسيين المقيمين
بمدينة بغداد * بامر السيّد المعظم الشريف
المفخم الكردينال امير وولي ريشليو تعطي
هذه الكتب بلا ثمن *

Se-

Sequuntur haec verba latina: „De mandato Eminentissimi Domini Cardinalis Ducis de Richelieu, gratis dispensantur.“ Lutetiae Parisiorum, sumptibus societatis typographicae librorum Officii Ecclesiastici, jussu Regis constitutae. 1640. Epistolam ad Cardinalem, Gallice scriptam ab interprete, „d'Alep, ce 25. Novembre, 1636.“ excipit Typographi praefatio latina, e Lutetia Parisiorum, Cal. Dec. 1640. ex qua videntur nobis haec transcribenda esse: „Ut typis evulgaretur opus, adjutore opus erat sedulo et perspicaci, qui mendas praeli vitio subinde irrepentes elueret. Obvius fuit Gabriel Sionita, e Monte Libano, a Rege nostro Christianissimo jam olim amplissimum stipendium consecutus; favente potissimum Eminent. Cardinale Richelio. Quo nomine totum se debebat nostris conatibus homo devinctissimus. At certe vota nostra per complures annos elusit, ne plane dicam illusisse. Enimvero Sergius quidam Gamerius, dum se Gabrielis consanguineum praedicat, eandem Emin. Cardinalis liberalitatem expertus est. Inde in cognati, beneficiorum immemoris, et tam exiguum laborem aperte detrectantis, provinciam suffectus, iisdem cuniculis patientiam nostram aggrediebatur. Dum enim modici lucelli spe avidus detinetur, quod à nobis Typographis, sub emendationis praetextu, in animum corradere induxerat suum, (homo cujus omnia ab Optimi Principis humanitate pendent); nonnisi potentiorum authoritate potuit flecti, imo nec nisi minis adhibitis in ordinem cogi, nec sine maximo nostro labore in officio contineri. Ad calcem operis perventum erat. Desiderabantur in Epigraphâ septem sive octo ad summum voces, quibus significaretur Eminentissimi Viri pia liberalitas, quâ Orientales omnes, tam foelici et gratuito munere donat. Istius, inquam, sententiae oratio Arabicè exprimenda fuit, quò sibi constet totius tituli ornatus et series. Ea res visa est Sergio, tum ipsius consanguineo Gabrieli, magni

magni alicujus pretii. Ibi labores ut parturientis. Bonus Sergius ſudare, gloriari, ſe ipſum verbis magnificis depraedicare. Ipſe Gabriel, per totam urbem curſitare, potentiorum limina importunus ſalutator adire, egregium tantorum ſtudiorum foetum eruditorum oculis et judiciis obtrudere; paucula videlicet verba ex Latino ſermone converſa in maternam linguam. Habetis verba ipſiſſima. „„De mandato Eminent. Cardin. Ducis de Richelieu, gratis diſpenſantur.““ Hoc ſiquidem in negotio toti dies quindecim periere: donec per graves viros, gratitudinis et officii erga Patronum, bonus alumnus, non ſine ſale et aceto, quo dignus erat, admoneretur. Ea remora injecta eſt bene currentibus.“ – Edita haec ſunt ſuperſtite Gabriel Sionita, qui, referente Abrahamo Ecchellenſi in Notis ad Hebedjeſu, p. 261. novennis in Europam advectus, et poſtea in patriam nunquam reverſus, obiit Pariſiis 1648. teſte Aſſemanio, Biblioth. Medic. pag. 56.

Praemiſſo argumento pagg. 4. Catechismus ipſe occupat p. 1–411. habetque formulam arabice additam, qua Anton. Vitray excudiſſe librum dicitur. Ultimum locum occupat Privilegium Regis idem, quod refert Doctrina chriſtiana, Paris. 1635.

250. Dottrina chriſtiana, arab. Italiana. Romae, typis Prop. 1642. 8. Sette Salmi penitentiali arabici. ibd. eod.

Inſcriptio integra, qualis exhibetur infra num. 256. exſtat in Geſchichte der Litteratur von J. G. Eichhorn. V. Band. Erſte Abtheilung, p. 632.

251. Dottrina chriſtiana, [illegible] [illegible] in Roma, Nella Stamparia della Sacra Congregatione de' Propaganda Fide. 1642. Ara-

Arabice litteris Syriacis, et Italice, alternis paginis. In infima inſcriptionis pagina haec poſita arabice: Excudit librum Joſeph Al Baslukithi de familia Beth Helal de Libano. Romae, 1642.

Opusculum eſt pagg. 140. 8. absque praefatione formulisque adprobantium. Eſt etiam penes nos exemplum aliud pagg. 244. quod adjunctos habet Pſalmos VII. poenitentiales cum variis precationum formulis. Catalogi non referunt hanc editionem.

252. Profeſſio orthodoxae fidei, ab orientalibus facienda, juſſu SS. D. N. Urbani PP. VIII. edita, arabice et latine. Romae. 1648. 8. pagg. 43.

Tridentini Concilii in hac editione magnae ſunt partes, nec pauca omiſſa, quae erant in prioribus editionibus. Integra, arabice et latine locum nacta eſt in Marraccii Prodromo ad refutationem Alkorani, adnexa parti tertiae Prodromi.

253. Annalium eccleſiaſticorum Caeſaris Baronii S. R. E. Card. Arabica epitome. Pars prima. Labore F. Britii Rhedonenſis Capucini in partibus Orientis Miſſionarii Apoſtolici. Typis et ſumptibus S. Cong. propagandae fidei. Romae 1653. 4.

Pas ſecunda ib. eod.

Annalium ſacrorum a creatione mundi ad Chriſti D. N. incarnationem, Epitome Latino-Arabica. Auctore F. Britio Rhedonenſi – Romae, apud Joſ. Lunam, Maronitam. 1655. 4.

Continuationis Annalium Eccleſiaſticorum eminentiſſ. Card. Baronii ab anno 1198. usque ad annum 1646. per Henricum Spondanum Appamiarum in Gallia Narbonenſi Epiſcopum factae et protractae Arabica Epitome. Pars tertia. Opera et labore P. F. Bri-

F. Britii Capucini, in partibus Orientis Praedicatoris Apoftolici, nec non Miffionis Capucinorum Provinciae Armoricae Cuftodis etc. Romae typis S. Congr. de P. F. 1671. 4.

Referunt quidem Catalogi ann. 1773. et 1782. fed minus curate. Quae nos pofuimus, tranfcripta funt ex Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek in Dresden, 3. Band. 4. Sammlung, p. 296. Verfionis auctor vulgari nomine dictus P. Brice, de Rennes.

254. Hugo Grotius de veritate religionis chriftianae. Editio nova cum annotationibus, cui acceffit verfio arabica. Oxonii 1660. 8.

Arabica verfio feorfim excufa pagg. 372. cum arabica infcriptione

كتاب في صحة الشريعة المسيحية نقل من
اللاطيني الي العربي

ut poffent exempla inter orientales diftrahi. Quidquid operis typographicis impendendum erat, fibi imputari voluit Rob. Boyle; huic igitur librum infcripfit E. P. hoc eft, Edwardus Pocock, addita ad lectorem monitione hac: „Monendus eft lector, fi pauca quaedam libro fexto in verfione arabica omiffa vel mutata repererit, ideo hoc factum ne quid de Mohammedanorum rebus et fententia affirmaretur, quod non Authorum, apud ipfos omni exceptione majorum, fide et teftimonio conftaret; idque Authorem ipfum, dum in vivis effet, ea de re confultum, faciendum cenfuiffe: e. g. quod de columba ad aurem Mohammedis advolante à noftris afferitur, etc." Praefatio etiam Grotii ad Hieron. Bignonium omiffa, et nova ab arabico interprete addita, prudenter et circumfpecte fcripta. Pocockius enim Conftantinopoli redux 1640. Parifiis adierat Grotium, conveneratque inter

inter utrumque de negotio peragendo. Sed mora postmodum facienda erat ob sumtus, donec Boylius ultro sua liberalitate succurreret. Missa sunt subinde exempla in Orientem, cumprimis Halebum, sed videtur res omnis fructum tulisse exiguum. Vid. Life of Ed. Pocock by Twells. p. 18 et p. 56 sqq.

255. Thomae a Kempis de imitatione Christi libri quatuor, de Latino in Arabicum versi a P. F. Coelestino a S. Liduina Carmelita discalceato. Romae, typis S. Congreg. de P. F. 1663. 8. (num. 286.)

In Praefatione ad Philarabas, facta commendatione linguae arabicae, cujus unius potissimum usu orientalium populorum conversio, spiritualis profectus et salus aeterna possit procurari, haec addit, qui librum vertit: „In hunc praecipue finem, jam ab annis XXV. dum in missionibus Syriae commorarer, librum hunc in linguam arabicam interpretatus sum, ut scil. communi Orientalium saluti promovendae suaviter viam sternerem, et cunctis aliquid impertirer emolumenti spiritualiter. – Tibi pariter, benigne Lector, cunctisque ad Missiones Orientis aspirantibus hoc modico labore prodesse volui, et calcar addere ad strenue currendum in stadio et studio hujus linguae – Pauca quoque breviter ut attexam superest, de quibus Te monitum volui B. L. primo, quantum ad Prooemium Arabicum, quod hic proxime subsequitur: illud a me de industria adjunctum, ut orientalibus potissimum libri hujus notitiam manifestarem, et qua de causa in linguam ipsorum versum sit, insinuarem. Ne mireris autem, illud ab ipsa interpretatione non. nihil discrepare, quantum ad phrasin Arabicam et styli ornatum: cum enim hic nulli verborum contextui, sicut in interpretatione evenire solet, alligatus eram, stylo paululum elegantiori, quantum potui, utendum fuit, ne a solita Orientalium consuetudine recederem,

qui

qui in Praefatione libri cujuscunque omnem elegantiam et ornatum adhibere solent" etc. Vid. Theoph. Sinceri Bibliotheca Historico-Critica, Noriberg. 1736. p. 105 sq. et vid. quoque Hottingeri Promtuarium, Heidelberg. 1658. p. 89 sqq. ubi, libri nondum editi inscriptio arabica traditur, et specimen aliquod versionis, hac dicta sententia: „Tersa est translatio et nitidior, quam quae ab homine Europaeo expectari possit."

Erat ille P. Coelestinus Jacobi Golii frater germanus, Petrus, ab avunculo, Jo. Hemelario, Antwerp. Canonico, viro probo et docto, revocatus ad religionem avitam, et postea adscriptus Carmelitarum Ordini novo nomine Coelestini à Sancta Lidwina. Anno 1675. Huntingtonus Halebo significavit per litteras Ed. Pocockio, venisse ad se P. Coelestinum, Golii fratrem, ut quomodo valeat, quid agat amicus Pocockius, cognosceret; missum eundem esse cum tribus aliis ad oras Malabaricas, confirmandis Christianis S. Thomae, quod linguae Syriacae, qua in sacris illi utantur, sit perquam gnarus; affirmasse ipsum, redire sibi juventutem; hominem septuagenario duobus annis majorem valere viribus, atque in incedendo non minus quam olim esse agilem. Vid. The Life of Dr. Ed. Pocock, by Twells. p. 71.

Stephanus Evod. Assemanus, p. 133. inter Codd. Mss. orient. Bibliothecae Palatinae Mediceae, commemoravit hunc, chartaceum, pagg. 250. 4. arabicis litteris exaratum: Thomae a Kempis de imitatione Christi libri quatuor, e Latino in Arabicum sermonem translati a Patre Fr. Ignatio Aurelianensi, sacerdote Capuccino Ordinis S. Francisci, anno Chr. 1638. in urbe Alepi, subjecitque sententiam severam hanc: „Cum editione Romae 1663. facta concordat ad verbum praenotata patris Capucini interpretatio, quae quum annos quinque supra viginti Coelestini Carme-

melitae editionem praecedat: idem Coeleftinus Arabicorum Thomae a Kempis librorum, ab antedicto Ignatio Capucino editorum, plagiarius potius, quam interpres dicendus eft."

256. Dottrina Chriftiana ad ufo de' Fedeli Orientali, già per ordine della S. Mem. di Paolo V. Summo Pontifice tradotta d'Italiano in Latino, et Arabico, da Vittorio Scialac Accurenfe, e Gabriele Sionita Edenienfe, Maroniti del Monte Libano. Et hora d'ordine della facra Cong. de Prop. Fide nouamente riftampata, e per più commodità, et utilità di quelle nationi tradotta in Italiano dal R. P. F. Aleffio da Todi Predicatore, e Lettore Generale di lingua Arabica in S. Pietro Montorio di Roma. Aggiuntoui nel fine i fetti Salmi Penitentiali, con le litanie de' Santi, e Preci, et le Litanie della beatiffima Vergine. In Roma. 1668. 8.

Quae in hac editione adfunt Adprobantium formulae, Dedicatio, Praefatio, anni funt 1642. referuntque, novam editionem nunc paratam fuiffe, quod utriusque, et Romanae (1613) et Parifinae (1635.) exempla prorfus deficerent; in Latinae verfionis locum Italicam fucceffiffe eapropter, quod latina lingua minus grata et minus cognita effet orientalibus chriftianis, quam italica; in arabicis nihil mutatum effe praeter pauciores voces fingulas, at in vertendis preffe arabicis fieri haud potuiffe, quin permultum recedendum effet a fermone italico Bellarmini, ob infignem utriusque linguae difcrepantiam.

Pars libri, quae pfalmos poenitentiales et precationum formulas refert, feparatim nonnunquam deprehenditur, habetque fuam infcriptionem, ut ejusmodi exemplum fpeciem habeat libri fingularis. Et Catalogi etiam ann. 1773. et 1782. referunt: Pfalmi poenitent. arab. 1642. 8.

257. Doctrina christiana arabice facta a Johanne Hesronita Archipresbytero. Romae 1671. 8.

Refert Catalog. ann. 1761. et 1773.

258. Catechismus Ecclesiae Anglicanae, arabice. 1671.

Eduardum Pocockium versionem a se factam Oxonii typis edi curasse, et exempla Huntingtono Halebum misisse, refert Twells, in Pocock's Life, p. 78. Hottingeri in Promtuario, p. 93. verba sunt: „Et ego jam antehac Confessionem Helveticam Arabice verti; quam forte commodo alibi, et quidem proxime, totam exhibere dabitur." Sed non putem, eam typis descriptam exstare.

259. Liturgia Ecclesiae Anglicanae, arabice vertit Ed. Pocock. Oxonii 1674. 8.

Catalogi Aurivillii P. II. p. 19. num. 334.

260. Birgitta s. Preces, quas vertebat Josephus Banesius. Romae, typis Propag. 1677. 12.

Ex Catalog. ann. 1773. 1782. et 1793.

261. Michael Febure praecipuae solutiones objectionum, quae fieri solent a Turcis, Judais, et Haereticis orientalibus. Romae, typis Prop. 1681. 12.

Ibid.

262. Breve Compendio della perfection christiana, diviso in due parti. Dove si vede una prattica mirabile per unire l'anima con Dio. Trasportato in Idioma arabico da Monsign. Timotheo Agnelini Arcivescopo di Mardin nella Mesopotamia. In Padova, nella stamperia del Seminario. 1688. 8. pagg. 232.

Tra-

Tractationem ipſam antecedunt pagg. 24. haec: 1. Dedicatio libri ad Mariam Virginem. 2. Praefatio ad Lectorem. Commemoratâ arabicae linguae praeſtantia, hoc tamen in ea deſideratur, quod non utatur interpungendi ſignis. Igitur ex Francorum lingua ea adhibita hic eſſe, quae audiant ويركولا, hoc eſt virgula, et ſic porro. Vocales autem appoſitas eſſe juxta uſum ſermonis vulgaris, ſic enim, ait praefationis auctor, „juſſit nos Dn. Cardinalis Barbarigo (ſic), ut uſus fiat libri, ut adhibeatur in docendis pueris ſcholae noſtrae, hique diſcant, quantum ille faciat in ſpiritualibus atque in unione hominis cum Deo ſummo, ipſius Domino." 3. Exempla variorum typorum orientalium, etiam Perſ. Turcic. Armen. quibus unaquaque lingua exprimitur praeceptum aliquod paucorum verſuum, additis arabice his: Appoſuimus haſce linguas, ut exhibeamus tibi ſpecimen litterarum, quas fieri curavimus in hac regione in uſum Studioſorum, nec non ut intelligas, in omnibus quidem linguis populisque dicta exſtare de verâ ratione hujus perfectionis, ſed non tradita eſſe praecepta firma, quomodo ad eam perveniendum ſit, qualia tradit hic liber. 4. Index corrigendorum, praemiſſa excuſatione, quod qui librum excuderint, nondum ſint exercitati in legendis orientalibus linguis, et quod editor ipſe in emendando non omnia animadverterit.

Libri nulla uſpiam mentio nobis occurrit niſi in Theoph. Sigefr. Bayeri Hiſtoria Congregationis Cardinalium de Propaganda fide. Regiomonti 1721. 4. ubi p. 20. haec: „orientalium librorum elegans typographia quoque Paduae in Seminario fuit. Eſt mihi arabica verſio libri, Breue compendio della perfection chriſtiana, interprete Theophilo Agnelio Archiepiſcopo Mardeno, in quo multa ſpecimina ejus typographiae praemittuntur Syriacis, Hebraicis . . . . litteris, ſans

fane elegantibus." In margine exstat: „A. 1617." in quo erratum est.

263. Zaphi Diarbechirensis Theatrum. Patavii. 1690. 8.

Pag. 1. praecedunt tria loca biblica arabico latina. p. 2. incipit opus arabice, praefixo titulo: ديوان مناجات الحبيب ونصايح الغريب لضعفي الديار بكري cui p. 3. latina respondent: Zaphi Diarbechirensis Theatrum Arabico - Latinum Soliloquii ad Dilectum et Admonitiones ad Proximum divina et morali poësi compactae. In calce: Patavii, ex typographia Seminarii, opera Joh. Cagnolini. Ann. M. IↃↃ. Xc. Volumen hoc pagg. 335. exhibet poëmata moralia de virtutibus et vitiis. Qui edidit Zaphi, non est nisi ipse Timotheus Agnellini. Vid. De-Rossi, Dizionario, p. 191.

Ejusdem quoque est liber, inscriptus: Proverbii utili, e virtuosi in lingua Araba, Persiana, e Turca, gran parte in versi, con la loro ispiegatione in lingua latina, et Italiana: et alcuni vocabuli di dette lingue. Raccolti da Timotheo Agnellini il minimo frà i Vescovi della Mesopotamia. Sequitur inscriptio arabica, qua dicitur liber editus esse: ad instituendos pueros scholarum nostrarum Patavii in lingua arabica, persica, turcica بقلم احقر الاساقفة طيماطاوس ضعفي الضعيف الحبيلي in Padova nella Stamperia del Seminario. 1688. 8. pagg. 55 et 24.

264. Horae diurnae et nocturnae ad usum Orientalium. Romae, typis S. Congr. de Prop. Fide. 1692. Super. Perm. 12.

Latina haec inſcriptio videtur abeſſe ab exemplis miſſis in Orientem. Adeſt enim folium, prima facie repraeſentans imaginem Jeſu Chriſti in cruce pendentis, altera delabentis ſuper apoſtolos Spiritus ſancti. Precationum initium p. 3. (A 2). Hiſce acceſſit pag. 270 ſq. Index feſtorum dierum anni, inſcriptus,

ذكر حساب السنة واعيادها شهرا بعد شهر اول
الثاني كانون ذلك h. e. Computus anni et feſtorum ejus, juxta menſes, quorum, primus eſt Canun alter (ſeu Januarius). Plagulis N et O, quarum paginae non ſunt diſtinctae numeris, exhibetur Ratio computandi feſta mobilia pro ſerie annorum 1693–1800. poſita hac epigraphe, نبتدي في شرح
وتفهيم حساب التقلب اي الثمانية ابراج
الاتية في الحسابين العتيق والحديث, h. e. incipimus explicare et exponere computum Mobilium, ſeu VIII. columnas, quae exhibent utrumque computum, veterem et novum. Extremo libri loco leguntur haec:

قد طبع هذا الكتاب المبارك في مدينه رومية
العظما في ايام رياسة اب الاباء وريس الروسا
الحبر العظيم نايب المسيح وخليفة مار بطرس
الرسول اب المسكونة بابا مار ايننو سنسبوس
الثاني عشر قد طبعه من ماله ورزقه القسيس
ايلياس باسم خوري البغدادي ابن قسيس
حنا الموصلي من نسل البطاركة المشرقين من
طايفة الكلدانيين من عيلة بيت عمون الذي
قبل مواهب من الكرسي الرسولي الاوله
اركدياقون

اركديافون علي كنيسة بغداد والثانية
رونونوطاريو ابوسطوليكو والثالثة حامل
صليب مار بطرس والرابعة كونته ده بالاتينو
والخامسه كاهن كنيسة سلطان اصبانيا طبعه
لاجل منفعة الاخوة المسيحيين القسوس
والشمامسة والشعب الارتودكسيين ويطلب العفو
والغفران من الرب الكريم ومن الاخوة الحنونين
وكل من يصلي فيه ويذكره ويترحم عليه الله
تعالي يعطيه انعامه وخيراته في هذه الدنيا
وفي الاخرة بالملكوت السماوي يجازيه

قد وقف علي طبع هذا الكتاب المبارك احقر
عبيد الله اندراوس من مدينة حلب باسم
كواليرابن مقدسي عبد الله الكلداني الموصلي
ويسال المسامحه من القاري فيه ان وجد به من
الغلط والنقصان يعذره لان ليس يوجد انسانًا
خاليًا من السهو والنسيان غير الله تعالي وحده
الكامل بغير عيب ومنه يطلب العفو والغفران
انطبع في مجمع انتشار الايمان المقدس في
مدينة رومية سنة ١٥٩١ لتجسد الاهنا ومخلصنا
يسوع المسيح له المجد دايمًا امين

h. e. Typis editus eſt hic liber benedictus in urbe Roma magna, regnante Patre Patrum et Principum, Pon-

Pontifice Maximo, Vicario Chriſti et ſucceſſore D. Petri Apoſtoli, patre orbis univerſi; Papa D. Innocentio XII. Editionis ſumtus fecit et e ſuis facultatibus erogavit Presbyter Elias nomine tantum *) Archipresbyter **), Bagdadenſis, filius presbyteri Johannis

*) Trita eſt formula hominum eccleſiaſticorum, qua ex animi humilitate indignos ſe profitentur, veluti qui curavit editionem Pſalmorum VII. poenitentialium adjunctam Doctrinae Chriſtianae, Romae, 1642. dicit طبع . . . الحقير يوسف الابسلوقبتي باسم شماس, Joſephus qui nomine tantum eſt Clericus. Idem in Breviario Syriaco Romae 1647. editio; p. 674. احقر الحقيرين باسم شماس غير مستحق nomine Clericus, non merito. Georg. Dav. Kypke in diſſ. qua codex MS. qui Pſalterium ſyriacum et arabicum et alia nonnulla continet, Regiomonti 1746. refert p. 2. librarium ſe profitentem קשישא בטרוס בשמא ולא בעבודא; Presbyterum Petrum, nomine non operibus.

**) خوري in Fabrica linguae arabicae dicitur Archipresbyter; Canonicus; Parochus; Plebanus, Curatus. Johannes Hesronita in inſcriptione libri Dichiaratione etc. Romae, 1627. (num. 243.) Italice dictus Arciprete, arabice خوري يوحنا الحصروني Aymon in Monumens authentiques de la religion de Grecs, caet. à la Haye. 1708. 4. (idem opus fertur etiam inſcriptum: Lettres Anecdotes de Cyrille Lucar caet. Amſterdam, 1718. 4.) tabulas exhibet, quae eorum, qui Concilio Hieroſolymitano ſubſcripſere, formulas aeri inciſas referunt; in arabicis formulis paſſim cernitur vocabulum خوري.

nis Moſulenſis, ex ſtirpe Patriarcharum orientalium, ex natione Chaldaeorum, ex familia Beith Ammûn, qui accepit beneficia a Sede apoſtolica, ut ſit 1. Archidiaconus eccleſiae Bagdadenſis, 2. Protonotarius apoſtolicus, 3. Staurophorus D. Petri, 4. Comes Palatii, 5. Sacerdos eccleſiae (forte Cappellanus) Regis Hiſpaniae. Curavit excudi hunc librum in utilitatem fratrum chriſtianorum, presbyterorum et diaconorum populique orthodoxi; petitque indulgentiam et condonationem a Domino rel.

Excudendi libri hujus benedicti curam geſſit minimus ſervorum Dei Andreas ex urbe Haleb, nomine tantum (Cavaliere) Eques, filius patris qui Hieroſolymorum loca ſacra viſitavit *), Abdallah Chaldaei Moſulenſis; et rogat indulgentiam lectoris, velit ſiquid in libro erratum deprehenderit vel omiſſum, excuſatum habere, quod hominis non ſit nihil non videre; et nihil excidere ſibi pati, ſed ſolus Deus ſit perfectus et expers labis; atque ab ipſo rogamus indulgentiam et condonationem. Impreſſus eſt in S. Congregatione de propaganda Fide, Romae 1692. ab incarnatione Dei noſtri et redemtoris Jeſu Chriſti, cui ſit laus in aeternum. Amen.

265. Compendium Sacri Oecumenici Concilii Chalcedonenſis, in quo actiones et decreta caet. Romae, 1694. typis Jo. Jac. Komarek Bohemi prope SS. Vincentium et Anaſtaſium in Trivio. Superiorum permiſſu. Fol. pagg. 16. et 240.

Arabica inſcriptio haec:

مضمون المجمع الخلقيدوني المقدس الارثودكسي
في علة هرطقة اوطاخي المنافق مترجم من
اللغة :

*) Vid. Ruſſel über Aleppo, I. Band. p. 28. „Chriſtianus, qui terram Sanctam adiit, inſignitur nomine Muckſi.“ (ſic) Legendum: Mukdeſi.

اللغة اللاطينية الي اللغة العربيه الذي يدرك
فيه ما حدث في ثلاثة مجامع بعلة بدعة
اوطاخي المنافق ثم يستمل (sic) عليه جميع
اعمال هولايك الابآ القديسين وقوانينهم الواجبة
للايمان المستقيم وفرايضهم ضد اوطاخي واتباعه
المخالفين لكي طايفة القبط المكرمين
وطوايف الحبش الموفرين وغيهم
من طوايف الشرقين fic المغرورين بحيلة fic
حزب اوطاخي وديوسقروس السالفين يبلغوا
معرفة اصول اجتماع هذا المجمع العام القاثوليقي
وينكشف عندهم غش الاوطاخين السالفين
ويتفقوا بودة حقيقيه مع الكنيسة الرسوليه
الرومانيه راس البيعة الجامعة كما كانوا في
الزمان القديم بطاعة ابهاتهم القديسين

نطبع fic هذا الكتاب في مدينه رومية
الكبري في دكان المعلم يوحنا من نسبة
المبارك سنة الف ستماية اربعة وتسعين
لتجسد الاهنا ومخلصنا يسوع المسيح له المجد
دايما ابدا امين

„Summarium Concilii Chalcedonenſis ſancti orthodoxi habiti ſuper haereſi Eutychis hypocritae, converſum ex latino in arabicum, quo comprehenduntur quae facta ſunt in tribus Conciliis ſuper ſecta Eutychis hypo-

hypocritae, et quod continet etiam omnia acta Patrum ſanctorum, eorumque canones neceſſarios ad fidem rectam et decreta eorum contra Eutychen ejusque Sectatores diſſentientes, ut natio Coptorum honoratiſſimorum et nationes Habeſſynorum aeſtumatiſſimorum, caeteraeque nationes orientales, deceptae artibus aſſeclarum Eutychis Dioſcurique, cognoſcant veras cauſſas habiti hujus Concilii Generalis Catholici, et agnita fraude Eutychianorum veterum, conſentiant in amore vero cum Eccleſia Apoſtolica Romana, capite coetus univerſalis, quemadmodum fuerunt antiquo tempore in obedientia patrum ſuorum Sanctorum. Excuſus eſt hic liber in urbe Roma magna in officina magiſtri Johannis cognomine Çomárek anno 1694. Chr. "

Dedicationis p. 5-8. initium hoc:

المهدي الي انبا يوحنا المعظم المفخم خليفة
الانجيلي مار مرقس اول واشرف بطاركة
الكنيسه الاسكندريه والي جميع اصحاب
الكهنوت المصريين والحبشيّن اي المطارنة
والاساقفه المجلين والكهنه والشمامسة
المكرمين والي ملك الحبش العالي الغالب
الجليل وساير الاكابر والاركنه المصطغين sic
الموقرين وكافه طوايف القبط والحبش المباركين
القاطنين في الديار المصرية واقاليم الحبشية
المقتديّن بتدبير انبا يوحنا المعظم البطريكي
الاسكندراني من الحقير فرنسيس مريا من
مدينة سالم في جزيره سقليه قس بنعمه ربنا
يسوع

يسوع المسيح وكاروز رسولي لتبشير الانجيل
المقتدي برهبنة الرهبان الاصغار المرسل الي ارض
مصر من قبل الحبر العظيم وبصلاة ريس رهبنته
الشاروفينه الصلح والاتفاق بينكم وفي ربنا
المخلص الذي بموته علي خشبة الصليب منح
لنا الخلاص وبصعوده الي السموات وهب لنا
السلام امين

„Ad Praeſulem Johannem, ſucceſſorem Evangeliſtae D. Marci, primi et eminentiſſimi Patriarcharum eccleſiae Alexandrinae, et ad univerſum Clerum Aegyptium et Habeſſynum, et quidem Metropolitas et Epiſcopos venerandos, et ſacerdotes diaconosque honorandos, nec non ad regem Habeſſyniae omnesque proceres et magnates, et ad omnes nationes Copticas et Habeſſynicas in Aegypto et in Habeſſynia, qui ſunt ſub moderamine Praeſulis Johannis Patriarchae Alexandrini, ab humili Franciſco Maria ex urbe Salem in inſula Sicilia, presbytero gratia Jeſu Chriſti et praedicatore apoſtolico ad annuntiandum evangelium, e monachis Minoritis, miſſo in Aegyptum a Pontifice maximo et Ordinis ſui Praefecto, Pax ſit et conjunctio inter vos et in Domino noſtro redemtore, qui morte ſua in ligno crucis donavit nobis redemtionem, et aſcenſu ſuo in coelum paravit nobis ſalutem, Amen.“

Sequitur Praefatio, p. 9–12., praefationem excipiunt cenſorum approbantium formulae, p. 13–16. Operis ipſius argumentum hoc: Relatio brevis de tribus Conciliis oecumenicis; recitatio eorum quae ortum fecerunt Concilio quarto generali; hiſtoria et acta Concilii particularis Conſtantinopolitani ſub Flaviano;

viano; de conciliabulo Ephesino: quibus praemissis referuntur documenta spectantia ad convocationem Concilii Chalcedonensis, hujusque Acta et documenta. Conclusio operis haec;

وكانت ترجمة هذا المجمع المذكور في مصر
وتمامه في مدينه رومية العظيمة ام جميع
المدن في يوم من الاخر شهر اب في سنه الف
ستمايه اربع وتسعين مسيحيه ثم اني اسال
لمن يقري في كتابي هذا ان لا يوخذني من
اجل تحديثي في مبتدا ومنتها الكتاب لاني
ظهرت علانيه تحقيق الامور الواقع في المجمع
الخلقدوني بسبب بدعة اوطاخي وحكم
ديسقس sic وفسرت بكلام واضح مما sic صارفيه
لاني عبّرت الحق المستور تحت حجاب خطوط
لغة غريبة لاجل محبة المسيح وصلح واتفاق
فيما بين المومنين به وليس اوثت تلك الامور
والافعال بعناده كي اضادد اهل بلاد الشرق
ودركني العلم ان اهل الديار المصرية لم يعتقدوا
الان بمعني بدعه اوطاخي اما كثيرين منهم
ماسكين بلفظه ثم ايضا اسال القاري ان يغفر
لي بما فسرت مما sic جري في كنيسة
الاسكندريه في انتخاب بطاركه مخالفين
وارثذكسين لاني عملت ذلك كي اهل بلاد
الشرق

الشرق يعرفوا مما جري في ازمنه مختلفه في
البيعه العاميه وفي الكنيسه الاسكندريه بعلة
بدعه اوطاخي ومقالته طبيعه واحده الخارجه
ويصطلحوا مع الكرسي البطرسي الروماني
ويتفقوا معها بالمحبه المسيحيه الحقيقه لانه
راس البيعه الكليه امين

„Facta eſt translatio hujus Concilii in Aegypto, et perfecta eſt in urbe Roma magna, quae mater eſt omnium urbium die quodam extremi menſi Ab ann. Chr. 1694. Supereſt ut rogem lectorem hujus libri mei, nolit mecum agere de eo quod a me dictum eſt in initio et fine libri, quod expoſui res vere geſtas in Concilio Chalcedonenſi ob novationem Eutychio et placita Dioſcuri, et diſerte quae in illo acta ſunt retuli: equidem expoſui veritatem contectam ſub velaminibus ſcripturae peregrinae, ductus amore Chriſti et pacis conſenſusque eorum qui credunt in illum, nequaquam tradidi haec dicta et geſta eo animo, ut adverſarer Orientalibus, neque latet me, Aegyptios nunc non ſectari ſenſum haereſeos Eutychis, complures tantum loquendi ejus formulas tenere. Inſuper rogo lectorem, velit ignoſcere illis quae ſunt a me tradita de factis in eccleſia Alexandrina in eligendis Patriarchis heterodoxis et orthodoxis: feci enim hoc ut orientis incolae haud ignorarent quid acciderit variis temporibus in eccleſia Catholica et in eccleſia Alexandrina quoad haereſin Eutychis ejusque profeſſionem unius tantum naturae, ut loquantur cum Sede Petri Romana, et conjunctionem habeant cum ea in amore chriſtiano vero, cum ſit caput eccleſiae univerſalis. Amen.“

266.

266. Missale, graece et arabice editum in Walachia. 1701. 4. pagg. 1–96. et 1–253.

Inscriptio mere arabica haec:

كتاب القدسات الثلاثة الالهية مع بعض
احتياجات اخر ضرورية للصلوات الارتوذكسية
قد طبع الان حديثا في اللغة اليونانية
والعربية بالتماس ومشارفة الاب الطوباني كيريو
كير اثناسيوس البطريك الانطاكي • سابقا *
بمصرف السيد الامجد الرفيع الشان متقلد
حكم جميع بلاد ونكر وفلاخيا كير كير
يوانو قسطنطين بسارابا ويوضا المكرم في
تقليد رياسة كهنوت الاب المطران الكلي
الغبطة كير ثاوضوسيوس للبلاد المذكورة اعلا
في دير سيدتنا والدة الاله المكنا بسيناغوفو في
سنة الف وسبعماية وواحد مسيحية بيد الكاهن
المتوحدين انثيموس الكرجي الاصل

h. e. Liturgiae tres divinae, unacum quibusdam aliis, quorum usus est necessarius ad Preces Orthodoxas; impressae nunc primum graece et arabice, rogatu et auctoritate Patris beatissimi, Domini Athanasii, Patriarchae quondam Antiocheni; sumtibus Principis Ungaro-Walachiae Domini Johannis Constantini Besaraba Woiwoda; Archiepiscopo dictae terrae Theodosio; in Monasterio Dominae Deiparae dicto Synagúphu. anno Chr. 1701. curante Anthimo hieromonacho, ortu Georgiano.

Inscri-

Inscriptio ut omnis plana sit, dicenda videntur haec: 1. Missa quae latine dicitur, graece est λειτουργία, syriace ܩܘܕܫܐ, arabice قداس, plur. قدابيس; nomen قدسة, unde hic ductum قدسات plur. an alibi usurpetur nescimus. 2. De Jo. Constantino Brancowán vid. Historia Walachiae, auctore Jo. Christi. von Engel, in Fortsetzung der Allgemeinen Welthistorie, 49. Th. 4. Bd. 1. Abth. Halle, 1804. p. 333–377. Walachiae praeesse coepit anno 1688. supplicio affectus est Constantinopoli 27. Aug. 1714. 3. Athanasius patriarcha Antiochenus, cum filiae Constantinus Princeps nuptiale festum celebraret verno tempore anni 1700. adfuit ipse conjugii foedus consecrans, administro Theodosio, Archiepiscopo Walachiae. loc. cit. pag. 354. Iterum adfuit Bukureschti mense Julio anni 1703. ib. p. 360. 4. Anthimus, loco Theodosii Archiepiscopus factus. Ipse curavit typos arabicos, graecos, illyricos, adornavitque rem typographicam, ib. pag. 382. 5. Monasterium vulgo dicitur Snagof, ib. 2. Abtheilung, p. 5. Est locus natura munitus, medio in lacu situs, haud procul ab urbe Bukuresckt.

Inscriptionem, cujus altera pagina conspiciuntur insignia Principis, excipit Epistola haud brevis, arabice et graece alternis paginis, Athanasii ad Principem. Scripsit Patriarcha:

Audivisse se de rebus praeclaris Principis, et fama rerum permotum venisse Antiochiâ, ut praesens videret cognosceretque, fama quae accepisset. Praesentem se factum plura etiam et majora oculis usurpasse, exstructa templa et monasteria, inprimis scholas scientiarum utilium, nempe Graecarum et Slavonicarum, et linguae indigenarum, praeterea institutas typographias in dictis linguis, qualia commoda a nullo prio-

priorum principum effent parata. Vifis hifce apud animum fe conftituiffe, ut rogaret Principem, velit fua beneficentia complecti quoque Antiochiam, ubi et credentes primo Chriftianorum nomen nacti effent, et conftituta fuiffet prima fedes Petri apoftolorum principis; quod facerdotes illius regionis maximam partem pauperes fint ac egeni, vix pares vitae fuftentandae, libri autem arabici, utpote calamo exarati, magno pretio veniant, quapropter pluribus, ob inopiam, invitis illis, vacandum fit ab officio, cum tamen Liturgiae liber fit perneceffarius facerdotibus omnibus, et proficuus Orthodoxis. At clementiam Principis, Dei nutu, occupaffe fuam iftam petitionem, quaefiviffe ex fe Principem, fitne arabibus orthodoxis copia librorum? Igitur fe declaraffe animo conceptam rogationem, hancque a Principe tanta benignitate receptam effe, ut ftatim juffa dederit de Liturgia hac arabico fermone excudenda fuis-fumtibus. Cognita autem ratione, quae locum haberet in iftius regionis coetibus orthodoxis, ut *αἱ Ἐυχαὶ* (الافاشين), orationes facerdotis) legantur fecreto (سرًّا, *μυστικῶς*) arabico fermone, *αἱ Ἐκφωνήσεις* autem, quae alta voce pronuntientur, maximam partem proferantur graece, ftatuiffe Principem, non *τας Ἐκφωνησεις* tantum fed et *τας Ευχας* omnes excudendas effe utrâque lingua, ut liber ufui effet non tantum arabice loquentibus, nec tantum utramque linguam intelligentibus, fed Romanis quoque facerdotibus, et ufus libri in quam plurimos redundaret. Atque abfoluta impreffione juffiffe Principem, diftribui facerdotibus gente arabibus exempla gratis, in fui memoriam, ut queant divino officio fungi. – Scripta eft haec epiftola anno Chr. 1701. menfe Kanun fecundo, Januario; loci ubi fcripta mentione haud facta.

Exci-

Excipit hanc Athanasii Patriarchae epistolam alia, absque temporis notatione, ad universum ταγμα (طغمة) sacerdotum arabicae originis orthodoxorum, in qua haec: Nostis, o mei, quae sit librorum infrequentia inter nostrae gentis homines orthodoxos, etiam sacerdotes, et non posse illos nisi magno pretio redimi. Factum est, ut ipse iter facerem Constantinopolin, atque hinc in Wallachiam, permotus fama Principis, Jo. Constantini Woiwod Basaraba Brancowáni. Exceptus ab eo clementer exposui, interrogatus, de paucitate librorum ecclesiasticorum inter nos, facta nominatim mentione liturgiae divinae (كتاب القداس الالهي). Et ausus sum rogare, velit Ipse prospicere ecclesiis sedis Antiochenae arabicis orthodoxis, et decernere ut Liturgiae liber excudatur utroque sermone. Ille lubenter locum dans precationi decrevit, ut qui praesto esset artis typographicae peritus sacerdos, Ἄνθιμος, pararet arabicos typos, et excuderet τάξιν (طقس) Officii Sancti divini utraque lingua, graeco - arabica. Absoluta editione voluit Celsitudo ipsius, gratis distribui exempla sacerdotibus partium arabicarum orthodoxis, ad salutem animae suae et quietem animarum suorum parentum. Vestrum igitur est quibus hic liber obtingit, memorare nomen ejus in quovis officio, et vota ad Deum pro illo facere.

Tres sunt Liturgiae seu Missae celebrandae formulae, quibus uti solet Graeca ecclesia, 1. Chrysostomi, 2. Basilii M 3. τῶν προηγιασμένων, praesanctificatorum, de quibus agit Leo Allatius in Dissertationibus de libris ecclesiasticis Graecorum, recusis cura Jo. Alb. Fabricii, Hamburg. 1722. et adjunctis Bibliothecae graecae libro V. p. 10 – 23. Has igitur tres Liturgias exhibet hoc volumen. Praemittitur

p. 1 –

p. 1–93. officium veſpertinum et matutinum, nec non rituale officii divini. Pag. 1–206. exhibentur Liturgiae ipſae. Accedit طقس صلاة الـطالبسي قبل تناول الاسرار „ordo precationis μεταλήψεως ante participationem ſacramentorum," arabice tantum; caetera precationes ſunt graeco-arabicae. Poſtrema pagina haec exſtant: Ἐτυπώθη ἡ ψυχωφελεστάτη αὕτη ἱερὰ Λειτουργία, νῦν πρῶτον εἰς ἑλληνοαραβικὴν διάλεκτον ἐπιτάγματι μὲν καὶ δαπάνῃ τȣ̃ – – ἡγεμόνος πάσης Οὐγγροβλαχίας, κυρ. κυρίȣ Ἰωάννȣ Κωνςαντίνȣ Μπασαράμπα Βοεβόδα· παρὰ Ἀνθίμȣ Ἱερομονάχȣ τȣ̃ ἐξ Ἰβηρίας. διορθώσει δὲ κατὰ θατέραν μόνην τὴν τῶν Ἑλλήνων διάλεκτον, Ἰγνατίȣ Ἱερομονάχȣ Φιτυάνȣ τȣ̃ ἐκ Χαλδίας. ἐν τῇ ἱερᾷ τῶν εἰσοδίων τῆς Θεοτόκȣ μονῇ τȣ̃ ΣΥΝΑΓΩΒΟΥ ἐν ἔτει σωτηρίῳ ᾳ ψ α. κατὰ μῆνα Ἰαννȣάριον.

Graeca et arabica ſunt diviſis paginis ſingulis e regione poſita, arabica vocalium ſignis aliisque grammaticis notis prorſus deſtituta; multa rubro colore expreſſa; typi arabici luculenti. Nobis non conſtat, qui mentionem unquam fecerit libri, haud dubie inter Europaeos perquam infrequentis; ipſe etiam Euſebius Renaudot librum cognitum non videtur habuiſſe. Quo nos utimur exemplum, Lipſia ex Breitkopfianae bibliothecae venditione publica levi pretio redemtum.

Joſ. Simonius Aſſemâni Biblioth. Orient. Tom. I. p. 631. commemorat libros ſex, Halébi ſumtibus Athanaſii Graecorum Antiocheni Patriarchae arabice editos, inter codices arabicos ex itinere orientali ſecum allatos. Nobis quamquam haud contigit eorum aliquem oculis uſurpare, tamen credibile videtur, Halebenſes hos libros iisdem, quibus Liturgia graeco-arabica, typis deſcriptos eſſe. Ita cur ſtatuamus, ratio eſt

haec:

haec. Est e numero Halebensium editionum liber Psalmorum, editus ann. 1706. Relationem de hoc libro qualemcunque, ab Altéro Vienna secum communicatam, exhibet celeb. Rosenmüller, Handbuch für die Literatur der biblischen Kritik und Exegese. Tom. III. 1799. p. 52. haud memor, aliam eamque praestantiorem in promtu esse in (Jo. Christ. Göze) Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu Dresden, 1. Th. p. 203. Primi folii paginae alteri impressa insignia Principis Walachiae, positis superne vocibus ΕΛΕΩ ΘΕΟΥ, et ex uno latere litteris initialibus ex altero

Ι.	Κ.
Β.	Β.
Α.	Ν. (immo vero Η)
Π.	Ȣ.

teste Altero, vim earum et sensum haud prodente. Goezius autem tradit, praefatione arabica librum dedicatum esse Walachiae tum temporis Principi, litterasque graecas initiales, insigni additas, latine sic esse accipiendas: Johannes Constantinus Bassaraba Bracovanus Princeps et Dux totius Walachiae. Graece sunt: Ἰωαννης Κωνςαντῖνος Βασαραάβας Βοεβόνδας Αὐθέντης Ηγεμὼν Πάσης Οὐγκροβλαχίας, quae in Liturgia videas sub ipso insigni expressa. Faciunt haec, ut arbitremur, typographiam arabicam, Constantini impensis paratam ad Liturgiam edendam, dono a Principe datam fuisse Athanasio Patriarchae, atque ex Walachia Halebum translatam, ut vulgandis libris ecclesiasticis ibi magis prodesse posset. Rei quidpiam accepit U. J. Seezen, qui in relatione, Von den in der Levante befindlichen Buchdruckereyen, scripta Halébi 1805. et vulgata in Intelligenz-Blatt der Jenaischen Allgem. Literatur-Zeitung. Num. 76. 13. Jul. 1805. commemoratis quibusdam libris Halebi editis, haec tradidit: Librorum facies cum ea esset, quae non

non invitaret emtores; novi typi comparati ſunt ex urbe Bukureſcht in Walachia, et duo illinc homines vocati, qui compingendorum librorum haberent peritiam. Sed mirifice is lapſus eſt in hoc, quod novis his typis deſcriptos libros diceret eos, quos omnibus conſtat editos editos eſſe Londini.

Ex his, quae a nobis dicta ſunt, quid de Bibliorum editione arabica ann. 1700. in Walachia, ut fertur, et quidem Bukureſti facta ſtatuendum ſit, facile unusquisque poterit intelligere, et nobis quid videatur ſuo loco declarabitur. Hic autem de Halebenſibus editionibus, praeter Pſalmos, Evangelia IV. et Lectiones evangelicas, commemorandae ſunt haec:

267. Johannis Chryſoſtomi Homiliae XXXIV. Halebi. 1707. fol.

Formulam „ſine anno et loco" adſcripſit Aſſemanius loc. cit. Biblioth. Orient. T. I. p. 631. ſed alio loco Biblioth. Orient. Tom. III. p. 25. haec exſtant: „Arabico ſermone in urbe Alepo anno Chriſti 1707. ſumptibus Athanaſii Graecorum Antiocheni Patriarchae typis prodiit liber inſcriptus الدر المنتخب ليوحنا فم الذهب, Margarita electa JOANNIS CHRYSOSTOMI, in quo triginta quatuor ſelectae ſancti Doctoris homiliae continentur, videlicet: 1. Ad parentes adhortatio de educatione librorum" etc.

268. كتاب النبوات الشريف طُبع حديثا بمحروسة حلب المحمية سنة الف وسبعماية وثمانية مسيحية باهتمام الاب المفخم والسيد المعظم كيريو كير كيرللوس المكرم البطريرك الانطاكي ادام الله قدسه امين.

Liber

Liber Prophetiarum glorioſus, excuſus nunc in urbe tuta Haleb bene munita, anno 1708. Chriſti, cura Patris graviſſimi et Domini ampliſſimi, Κυρίȣ κυρ. Cyrilli honoratiſſimi Patriarchae Antiocheni. Servet Deus Sanctitatem ejus. Amen.

Liber Aſſemano haud cognitus, ſed certus, dubio neutiquam obnoxius.

269. Paracleticum Arabicum. Halebi 1711. fol.

In Bibliothecae Apoſtolicae Vaticanae codicum mstorum Catalog. Tom. II. p. 432. agitur de codice arabico, ſed Syrorum litteris rotundis ſcripto, in quo eſt Paracleticum juxta ritum Syrorum Melchitarum, inſcriptum البركلستيكون الذي تفسيره المعزي AlBaraclesticûn, h. e. Conſolatorium. „Dicitur, ut picto, παρακλητικὸς, Paracleticus, quaſi Conſolatorius. Videntur enim omnia, quae in eo ſunt, eo maxime ſpectare, ut peccatorem conſolentur, hortentur" rel. Verba ſunt Allatii p. 50. cit. loco in Fabricii Biblioth. Graece Tomo V.

270. Athanaſii Patriarchae Jeroſolymitani Homiliae LXVI Joannis Clyſoſtomi Homilia de Paſchate reſurrectionis Chryſanthi Patriarchae Jeroſolymitani Epiſtola ad ſuos Dioeceſanos de impreſſione hujus libri, graec. arab. Halebi. 1711. fol.

271. رسالة وجيزة توضح كيفية التوبة
والاعتراف
وفيها يلزم المعترف والمعرّف
طبعت حديثًا لنفع المسيحيين

h. e. Tractatus brevis de recta ratione Poenitentiae et Confessionis et quid sit confessarii et confitentis, nunc prima vice impressus in usum Christianorum. Halebi, p. 170. 8.

Teste U. J. Seezen, loc. citato. Col. 642. (num. 4.).

272. Ecclesiae graecae orientalis cum romana occidentali concordia, annitente Euthymio Tyri et Sidonis Archiepiscopo. Romae 1710.

Teste Theoph. Sig. Bayer, Hist. Congregationis de Propaganda Fide. Regiomonte 1721. 4. p. 38. cujus sunt haec: „Al Sadi judicabat, stylo saepius elegantissimo scriptam, quod auctorem arguat gnarissimum ejus linguae; at nonnuspiam insulso, quod eum notet coactum fuisse Italorum sensus sequi cum dispendio eloquentiae." Al Sadi ipsi dicitur, qui celebratior est nomine Selom. Negri. conf. ib. p. 29.

273. Missale Syriacum, juxta ritum ecclesiae Antiochenae nationis Maronitarum, cum interpretatione Carsciunica seu Arabica. Romae, typis Congreg. de Prop. Fide. 1716. sub auspiciis Clementis XI. et Jacobi Petri Evodii, Maronitarum Patriarchae.

Teste Assemanio, Catalog. Biblioth. Mediceae, pag. 82.

274. كتاب يدعي صخرة شك اعني
بيان بدء الانشقاق بين الكنيستين الشرقية
والغربية وفي ان سبب هذا التشويش العظيم
صار حرص الاساقفة الرومانيين لاجل توسيع
رياستهم ثم تنبيه لجميع عبيد الرب علي
الزوان

السروان الذي يزرعه عبيد العدو في هذا الكنايس الشرقية تم ذلك وبرز باللغة العربية في مدينة حلب المحميه بهمة الاب المكرم اثناسيوس البطريك الانطاكي في سنة 1721. (pagg. xxviii. 174. 81.)

„Liber dictus Petra Scandali (ex loco Roman. 9, 14.) hoc eſt expoſitio de ortu Schismatis inter eccleſias Orientalem et Occidentalem, et quod cauſſa magnae hujus perturbationis poſita ſit in cupiditate Epiſcoporum Romanenſium proferendi ſui principatus; accedit admonitio ad omnes ſervos Dei de zizania ſparſa a ſervis Hoſtis in hiſce eccleſiis orientalibus. Perfectus eſt liber exiitque in lingua arabica in urbe Haleb ſtudio patris venerabilis Athanaſii Patriarchae Alexandrini anno 1721. Chriſti."

Inſcriptio arabica petita a nobis, at multis locis repurgata, ex relatione Seezenii, (col. 643. num. 1.). Quo ipſo teſte liber hic cum profectus ſit ex eadem typographia, quae tulit duos alios libros ab ipſo conmemoratos, Pſalterium arabicum, 1725. 8. et Novum Teſtamentum arabicum, 1727. 4. nec dubium eſſe poſſit, utrumque hunc editum eſſe Londini; conſequitur, quoque illum non Halebi, ſed Londini excuſum eſſe in uſum orientalium.

275. مختصر تواريخ المقدسة ثم امانة الرسل ووصايا الله العشر والصلاة الربانية وايضا تلخيص حقايق دين المسيحي الخصوصية

h. e. Epitome hiſtoriae ſacrae ſeu biblicae; ſymbolum Apoſtolorum; oratio dominica; nec non dogmata religionis chriſtianae peculiaria. 1728. 8. pagg. 46.

Londini opusculum, mere arabicum, iisdem quibus Psalterium anno 1725. et Nov. Testamentum anno 1727. typis excusum esse sumtibus Societatis de propaganda cognitione christiana inter exteros, certissimum, vid. quae infra numero 285. sese offerent dicta „of an Arabic abridgement of the Bible obtained from the venerable Society for promoting christian Knowledge."

276. Catechismus Lutheri minor arabice, quem olim sub ductu b. Sal. Negri Damasceni in hanc linguam transtulit jamque in usum certae gentis Muhammedanae vulgavit Jo. Henr. Callenberg, phil. prof. publ. Halae 1729. 12.

Praefationis d. XXVI. Mart. sunt haec: Jam typis exscribi libellum curavi, postquam vir pius me hortatus est, ut in gratiam certae gentis Muhammedanae aliquid arabice scriberem, et evergetae quidam sua me juverunt liberalitate, ut typos arabicos, et reliqua, quae ad editionem necessaria erant, potuerim comparare. Maxima exemplarium pars genti illi Muhammedanae destinata est; pauca hic venalia exponentur.

277. Prima doctrinae christianae elementa rudioribus scripta a b. Aug. Herm. Franckio, in usum gentium quarundam Muhammedanarum arabice reddidit Jo. Henr. Callenberg, phil. prof. publ. Halae 1730. 12.

Praefatiuncula, d. IX. Febr. haec: „Quum superiore anno Lutheri catechismum arabice ederem, praefatus sum de typographeo arabico, eum in finem bonorum sumtibus instituto, ut in eo libelli sanctioris argumenti pro Muhammedanis pararentur. Commovit Deus ab illo tempore nonnullorum animos, ut plures in hanc rem contulerint symbolas, quibus adjutus

jutus jam alterum hunc de religione Chriſtiana libellum publico, poſtquam prioris exempla fere omnia in Moslemorum regiones ſunt deportata." Sed ab exemplis Moslemorum uſui deſtinatis abeſt et inſcriptio latina et praefatio.

278. Thomae a Kempis de imitatione Chriſti libri IV. Romae ex typographia Congr. de P. F. 1730. Sumtibus Joh. Chiath, presbyteri Coptitae.

Teſte Steph. Evod. Aſſemano, Biblioth. Medic. Catal. p. 133. Catal. ann. 1773. et 1782. non referunt hanc editionem.

279. Via ſalutis deſcripta a ven. Joan. Anaſtaſio Freylinghauſenio – jam in uſum quorundam Moslemorum arabice expoſita a Jo. Henr. Callenberg. Halae 1731. 12.

Praefatio ſcripta d. VII. Sept. (num. 284.).

280. Hugonis Grotii adverſus Muhammedanos liber ab Eduardo Pocockio in linguam arabicam translatus, in uſum Moslemorum ſeorſum recudendum curavit Jo. Henr. Callenberg. Halae 1731. 12.

Eſt liber VI. Grotiani operis de veritate religionis Chriſtianae (num. 254.). Ex praefatione, d. X. Octbr. ſunt haec: Hoc libro duce ſi Muhammedani quidam religionis ſuae falſitatem perſpiciant, cupiantque Chriſti doctrinam amplecti, propius illos veritatem docebunt antea a me vulgati Arabici libelli, ſcilicet, Servatoris noſtri concio montana, narratio de ejus in vitam reditu, Pauli Apoſtoli doctrina de juſtitia fidei, Lutheri Catechismus minor, Aug. Herm. Franckii principia doctrinae Chriſtianae, Jo. Anaſt. Freylinghauſenii via ſalutis. —

281. Hugonis Grotii de Novi Testamenti auctoritate liber ab Eduardo Pocockio in linguam arabicam translatus, in usum Judaeorum orientalium seorsum recudendum curavit J. H. Callenberg. Halae 1733. 12.

Est Grotiani operis liber III. Ex praefatione Cal. Deo. scripta: In gratiam illorum, qui in turcico regno, atque in barbaria Africana habitant, Judaeorum, lingua arabica separatim evulgo, quae Grotius in suis de veritate Christiana libris de N. T. veritate atque autoritate disseruit.

Typographia arabica in monte Libano edidit complures libros. Erat vero, teste Assemanio, Catalog. Biblioth. Mediceae. 1742. p. 64. „Abdalla Ben Zacher, Clericus Melchita, qui arabicam typographiam omnium praestantissimam decem abhinc annis (i. e. anno 1732.)" in urbe Aleppi suo Marte excogitavit, et apud Monasterium „S. Joannis Baptistae de Soairo, in meridionali Kesroani parte positum, deinde erexit." Nonnulla de eadem retulit Steph. Schulz, Leitungen des Höchsten - 5. T. Halle, 1775. 8. p. 449 sq. at, quamquam ipse locum adiit, minus accurate; lapsus etiam in eo, quod typos in Gallia factos, et auctorem Solimanum assereret. Rectiora et uberiora tradidit, qui longiorem ibi moram fecit, Volney, Reise nach Syrien und Aegypten in den Jahren 1783. 84. 85., aus dem Französischen, Jena, 1788. 8. II. T. p. 141 sq. Abdalla Halebensis est, ad quem unum omnia is refert, quem ingeniosum hominem et solertem, etiam in scalpendo exercitatum dicit, et typos eosque omnium elegantissimos efformasse et fudisse, et reliqua omnia in monasterio, quod fratrem germanum haberet praefectum, perfecisse affirmat. Monasterium dicitur vulgo Mar-Hanna, s. D. Johannis Baptistae, cognominatum Scho-weir, quod positum est ex adverso vici Scho-weir in monte Kesro-

Kesrowàn. Monachi ſunt Melchitae, et Pontificis Romani partibus addicti, ſed tenent formulam Baſilii M. a romana curia probatam. Volney dum ibi moram faceret, monachorum quatuor erant, qui curarent res typographiae; aliorum quatuor erat libros compingere. At quum monaſterium adiret Browne, Anglus, anno 1797. ceſſabant operae, quod charta peregre petenda magni conſtaret et libris deeſſent emtores, vid. W. G. Browne's Reiſen in Africa, Aegypten und Syrien, in den Jahren 1792. bis 1798. aus dem Engliſchen. Leipzig, 1800. p. 568. vel verſionis M. C. Sprengel, Weimar, 1800. p. 492.

Enumeravit Volney Libros XIII. ex hac typographia profectos, ſed breviſſimis, ſingulorum nomen non niſi gallica ſcriptura exhibens. Duos illorum, مرشد الكاهن, Dux ſacerdotis, et مرشد المسيحي, Dux chriſtiani, ipſe Seezen negavit nanciſci vel conſpicere tantum ſe potuiſſe. Caeteros quos cognitos habemus ſingulos ſuo ordine commemorabimus, nonnullos etiam, quorum nec Volney mentionem fecit, nec Seezen.

Primus, ex hac typographia qui prodiit liber quantum conſtat eſt hic,

282. ميزان الزمان وقسطاس ابدية الانسان

Libra temporis et trutina aeternitatis hominis. 1734. 4. pagg. 362.

Inſcriptio nulla; primi folii altera facie incipit الفاتحة, exordium, quod refert, librum hunc, dictum . . . ميزان, ex Italica lingua in arabicam translatum, calamo deſcribendis exemplis haud parum depravatum, ſtudioſe antequam typis excuderetur recognitum et emendatum, nunc edi coeptum eſſe in Mona-

Monasterio S. Johannis Baptistae, dicto Schoweir in monte Drusorum praefecturae Zeida, anno Chr. 1733.

وكان طبعها في دير القديس يوحنا الصابغ
الملقب بدير الشوير في جبل الدروز من معاملة
صيدا سنة الف وسبعماية وثلث وثلثين

للتجسد الالهي Sequitur praefatio, المقدمة, quae refert de auctore libri de precatione ejus insigni et sancta vitae ratione. Est ille Jo. Eusebius Nieremberg, نيرامبركي, in Hispania, sed ex parentibus Germanicis natus anno 1590, Jesuita factus a. 1614. jubenti hoc Beatae Virgini morem gerens, invitis etiam parentibus; mortuus a. 1658, postquam libros varii argumenti conscripsisset 51. Praefationem excipit فهرس, tabula librorum capitumque. Liber I. est capp. 13. secundus 8. tertius 10. quartus 12, quintus 9. Praemissis hisce paginis 14, numerorum signa non habentibus, incipit contextus ipse. Postremo loco exstant haec; وقد تم طبع هذا الكتاب في اليوم السادس عشر من شهر اشباط سنة الف وسبعماية واربع وثلثين , , , finis excudendi factus anno 1734.

Bibliotheca scriptorum Societatis Jesu opus a rev. Patre Petr. Ribadeneira inchoatum 1602. rel. Romae 1676. tradit p. 444. librum Hispanice primum scriptum esse, et saepius editum Madriti. Etiam latina editio fertur, De discrimine inter temporale et aeternum, Madrit 1654. Italice prodiit Venetiis 1656. Dicitur Gallica quoque versio edita esse a P. Prignon Jesuita. Certe epitome exstat, La difference du temps et de l'éternité traduite de l'Abregé latin du traité com.

composé en espagnol par Jean Eusèbe Nieremberg de la C. d. J. à Lyon, 1684. 12. Germanica versio inscripta, Wagschale der Zeit und Ewigkeit, oder der Unterschied zwischen dem Zeitlichen und Ewigen, von Jo. Euseb. Nieremberg, è Societ. Jesu. in Hispanischer Sprache beschrieben, nachmals in Italian. und nunmehro (wegen dessen Fürtrefflichkeit) Hochteutsch übergesätzet. Francfurt 1663. 12. Arabice qui librum convertit, P. Fromage Jesuita, volumina 32. arabice vertisse perhibetur in Nouveaux Mémoires des Missions de la compagnie de Jesus, dans le Levant. Tome VIII. à Paris. 1745. p. 439. Mortuus est a. d. 10. Dec. 1740, natus annos 65.

Henr. Scholtz, Specim. I. bibliothecae arabicae de typographiis arabicis, p. 10. hunc librum commemoravit his verbis: Joannis Eusebii Nierembergii Hispani S. J. sermones quinque stilo arabico expressi. Chaleppi. 4. 1734. Norat ille, „coenobium, quod memoriae 6. Joannis Baptistae sacrum est," librum ex sua officina edidisse, putabat autem, urbis Halebi esse illud coenobium.

283. Hugonis Grotii adversus Judaeos liber ab Eduardo Pocockio in linguam arabicam translatus, in usum Judaeorum orientalium seorsum recudendum curavit J. H. Callenberg. Halae 1734. 12.

Est liber V. Grotii. Praefatio scripta X. Mart.

284. كتاب وجيز يشتمل علي تاملات روحية الايام الاسبوع قد اعتني بتاليفه وايجاده احد الرهبان الكرمليين الحافين لمنفعة المومنين وكان ذلك في مدينة حلب سنة الف وسبعماية

وسبعماية واحدي وعشرين للتجسد الالهي
وقد طبع الان لتتميم الغرض المذكور في دير
القديس يوحنا الصابغ الملقب بالشوير الكاين
في جبل كسروان من معاملة بيروت وذلك
سنة الف وسبعماية وستة وثلثين للتاريخ المذكور
ولله الحمد الي الابد امين

Liber compendioſus continens Meditationes ſpirituales pro ſingulis diebus hebdomadis; compoſuit eum a ſe excogitatum Monachus aliquis Carmelita diſcalceatus, ut proſit Fidelibus, et quidem in urbe Haleb anno Chr. 1721. et typis editus nunc eſt, ut plurimis ejus uſus pateat, in monaſterio S. Johannis Baptiſtae dicto Schoweir ſito in monte Kesrowân, praefecturae Beiruthenſis, et quidem anno Chr. 1736. Octav. pagg 159.

Praefationem de neceſſitate meditandi et de precatione mentali, qualis ſit et eſſe debeat, excipit tabula meditationum ſeptem pro ſingulis diebus hebdomadis. Sexta, quae verſatur in Paſſione Jeſu Chriſti, ſeptem partium eſt pro ſingulis diebus; hinc factum, ut Volney, T. II. p. 146. ſcriberet: Taammol et Asbouè, Meditatio hebdomadis ſacrae. Ad calcem meditationis VII. notatum eſt: abſoluta impreſſio libri die quarto menſis Tiſchrin primi 1736.

Hunc quoque librum commemoravit Scholtz, loc. cit. p. 10.

285. Via ſalutis – Editio ſecunda. Halae 1737. 12. (num. 278.).

Huic editioni praefixa eſt Jeſu Chriſti ſupplicatio pontificalis, paginarum 4.

286.

286. Ex libro Londinensi (num. 274.). Compendium historiae sacrae seorsum recudi curavit J. H. Callenberg. Halae 1737.

287. مرشد المسيحي Dux Christiani, in monasterio Mar-Hanna, 1738. 4. pagg. 457.

Praefationis haec sunt,

فنقول ان هذا الكتاب جزيل الافادة يشتمل
علي شرح كل ما يجب علي المومن الصد عنه
او العمل به للخلاص وحسن العبادة قد
استخرج حديثًا ونقل عن اصله نقلًا امينًا
بغاية التدقيق والتحرير

hic liber magnae utilitatis, exponens ea omnia, quae Fideli et vitanda sunt et peragenda ad salutem et rectum Dei cultum, nunc primum productus est et ex ea, qua scriptus est, lingua translatus cum fide diligentiaque summa. At neque auctoris nomen proditum est neque illius cui debetur arabica versio. Operis partes duae. Prior agit de vitando peccato, capp. 8, altera inscripta المقالة ثانية في ممارسة الافعال الصالحة ويشتمل علي مقدمة وستة وعشرين فصلا tractatus secundus de faciendis bonis operibus, complectens praefationem et capita 26. Ex praefatione lubet haec recitare.

المقدمة في ضرورة الافعال الصالحة للخلاص.
انه لقد هرتق من يعتقد انه بدون الافعال
الصالحة

الصالحة يمكن الخلاص. لانه كما شهد
القديس ايريناوس والقديس ابيفانيوس ان
هذا التعليم المهلك هو ابتداع والنتينوس
واونوميوس وايسيوس تلميذه المذكور من
القديس اغوستينوس في كتاب الارطقات.
وقد تبع هولاء الاراطقة المذكورين لوتاروس
وكلفينوس واخرون كثيرين من حزبهم، حتي
ان لوتاروس بلغ بجسارته الجهنمية الي ان
قال عن الافعال الصالحة انها خطايا.

„Praefatio de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem. Omnino haereticus eſt qui credit, absque bonis operibus locum habere paſſe ſalutem; teſte S. Irenaeo et S. Epiphanio perniciosa haec doctrina erat Valentini et Eunomii et Aëtii diſcipuli illius, cujus mentionem facit S. Auguſtinus in libro Haereſium. Sectatus vero dictos haereticos Lutherus et Calvinus, aliique multi ſequacium, eoque progreſſus eſt Lutherus in audacia ſua infernali, ut diceret de bonis operibus, eſſe ea peccata."

In calce impreſſio libri abſoluta dicitur die 16. menſis Tiſchrin prioris, h. e. Octobris, ann. 1738.

288. Thomae Kempiſii de Chriſto imitando liber primus ex latino in arabicum ſermonem verſus a P. F. Coeleſtino a S. Liduina Carmelita diſcalceato. Recudi curavit J. H. Callenberg, phil. prof. publ. ord. Halae 1738. Liber II. ib. eod. Lib. III. ib. eod. Lib. IV. 1739. 8. (num. 255.).

Ex praefatione XXI. Nov. 1737. „Menda typographica, ab interprete notata, aliaque a me reperta, cor-

correxi. Caeterum nihil mutavi, nisi quod pauca verba, spectantia ad Sanctorum cultum, ignem purgatorem, aliosque hujus generis errores, sustulerim, lacuna punctis signata. Sed locos istos, cum latinis Coelestini praefationibus, aeque praetermissis, alibi conjunctim nostratibus reddam." Quod num praestitum unquam fuerit, nos ignoramus.

289. Th. a Kempis de imitatione Christi — Romae, typis Petri Ferri, litteris Syriacis, curante P. D. Josaphat Dapsi Maronita, Monachorum sanctorum Petri et Marcellini de Vrbe Abbate, ann. 1738.

Teste Assemano, Biblioth. Medic. Catalog. pag. 133.

290. Thomae a Kempis editio, typis Abdallae Zacheri Diaconi Melchitae, elegantiori Arabismo donata, in monte Libano. 1739.

Teste eodem Assemanio, loc. cit. Hancce editionem haud commemoravit Volney. Sed hoc tamen observavit, Missionarios Gazae, Tripoli, Beiruthi id modo agere, ut orationes sacras ad coetum suum habeant, et pueros Catechismo, Th. a Kempis libro de imitando Christo, et Psalmis imbuant.

291. Ejusdem libri alia editio, impensis P. Fr. Antonii Hierosolymitani Maronitae, Orientalium in sacrosancta Basilica Principis Apostolorum de Urbe Confessarii. Romae, typis Congr. de P. F. 1742. P. I. et II. 12.

Iterum teste Assemanio, loc. cit. nec non Catal. ann. 1772.

292. كتاب الارشاد لمنفعة ساير الملل والعبان

Institutio in usum omnium religionum hominumque, absque loci mentione. 1740. 12. pagg. 315.

Praefatio praedicat Episcopum aliquem orthodoxum, ornamentum Ecclesiae Catholicae, qui libros a se scriptos transferri in alias linguas et typis describi curaverit, ut missis illis per omnes terras consuleret hominibus a salutari cognitione alienis. Hic, nomine presso, dicitur composuisse hunc librum, eumque nuncupasse beatae Virgini Mariae. Librum ex Italico arabice conversum, atque cum permissu Superiorum auctoris sumtibus editum esse, وقد استخرج من اللغة الاطاليانيه الي هذه اللغة العربيه وطبع بدستور الروسا بنفقة مولفه سنة الف وسبعماية واربعين مسيحيه. Praefationem pagg. 7. excipit Syllabus librorum capitumque. Pars I. agit de cognitione Dei veri et de creatione mundi, quae cognita habere necesse sit gentibus, spissa ignorantia pressis ob hujus cognitionis defectum; de lege naturali; de lege scripta, capp. 10. II. de lege Gratiae, capp. 16. III. de omnibus, quae cognoscere nos oportet ad adipiscendam salutem aeternam, capp. 12. Additur monitum, تنبيه, ad salutem non requiri, ut unusquisque omnia, hic tradita, sciat teneatque, satis esse scire universe quae sint credenda et agenda, ut fides habeatur omnibus, quae credit sancta Ecclesia Catholica Romana. Tractatio ipsa est pagg. 308. caeteras occupat فهرس الغلط واصلاحه, index erratorum et emendandorum. Locum, ubi editio facta, Romam esse, vix dubium videri possit.

293.

293. الجزء الرابع من كتاب اباطيل العالم للمعلّم الفاضل ديدكس ستاله مـن رهبان القديس فرنسيس

h. e. Pars quarta libri, Vanitates mundi, cujus auctor doctor eximius Didacus Stella, Monachus S. Francifci. In monafterio Mar-Hanna. 1740. 4. pagg. 582.

In praefatione qui librum arabice vertit Exordium fumit a dictis Pauli apoftoli ad Presbyteros Ephefinos Actor. 20. et fubjicit haec: „Igitur, o fidelis dilecte, cum ego, humilis Pater Alonzo Michael Corjade, monachus Franciscanus, ex oppido Dominae noftrae Mariae Virginis Angelicae de regno Hifpanico, انا الحقير الباطري النسو ميخاييل كورجادي مـن رهـبـان القديس ماري فرنسيس مـن كورة سيدتنا مريم العذرا الملايكية من مملكة ايسبانيا, factus fum Dei gratia Miffionarius in terris his orientalibus, et vero accidit lenitate Dei tempore hujus meae miffionis, ut eveniret anguftia et oppreffio Fidelibus et Miffionariis in Oriente, adeo ut integrum non fit Miffionariis perficere opus fuum diurnum, pofitum in inftituendis Chriftianis et dirigendis illis publice et in dominibus, ut fignificat Apoftolus (Actor. 20, 20.) nolui equidem otiofus effe in cella mea, في قلايتي, fed animum intendi in hac mea vocatione neceffaria, ut prodeffem fratribus meis fidelibus, quo tandem, Deo juvante, ipfe poffim modo; itaque conftitui in lucem promere unionem praeftantem pretiofum, qui adhuc, بعد, latebat fub velamine linguae Hifpanicae, الاسبانولية, puto

puto partem quartam libri insignis, inscripti: Vanitates mundi, quem composuit Pater Didacus Stella, venerabilis monachus S. Francisci, ne quid deesset illi libro in arabica lingua, in quam adhuc, بعد, non translata fuit pars quarta." Dehinc facta et excusatione errorum qui possint arabice vertenti obrepisse, et professione solemni sui cum Ecclesiae doctrina consensus addit haec: „Et haec quidem dicta sunto de illis, ad me quae referri possint in hoc libro, et spectant ad translationem ejus ex lingua originali. Quod autem attinet ad arabicam ejus dictionem juxta regulas grammaticae, et expeditionem sensus, et verborum congruam compositionem, ut fert puritas arabicae linguae; perfectum hoc est ope cujusdam magistrorum hujus linguae in monasterio sancti D. Joannis Baptistae dicto Schoweir in monte Kesrowan, ubi typis descriptus est hic liber opera monachorum regularium graecorum Melkitarum, anno Chr. 1739. Curavit autem excudi hosce libros, بطبع هذه الكتب, Pater venerandus et Doctor acutus, et Praedicator universalis, الكاروز العام, et Missionarius Zelosus in Oriente, Pater Antonius Altajeza, ex oppido Sanctae Mariae Virginis immaculatae ex regno Hispaniae, Procurator Generalis Hierosolymae monachorum S. Francisci, (et quidem excudi curavit) ad promovendum bonum commune." .

انطونيوس اطايزا مـن كورة سيدتنا مريم
العذرا البرية من الدنس من مملكة ايسبانيا
الوكيل العام في القدس الشريف علي رهبان
القديس مار فرنسيس لانتشار الخير العام

Praefationem excipit precatio ad S. Antonium de Padua, et Tabula Meditationum in hoc volumine edita.

editarum. Sunt vero meditationes centum. Extremo loco: Finis factus eſt imprimendi hujus libri benedicti ineunte anno Chr. 1740.

Teſte Seezen praeter quartam hanc partem non niſi prima edita eſt, anno 1739.

Opus hoc Didaci Stellae ex Hiſpanico Italice, ex Italico Latine converſum, frequentatum eſt compluribus editionibus.

294. Baſilii Magni, Caeſareenſis Archiepiſcopi, Regula ad Monachos. Romae, typis Congr. de Prop. Fide. 1745. fol.

Catalog. ann. 1773. et 1782.

295. كتاب مرشد الخاطي في سر التوبة والاعتراف

h. e. „Dux peccatoris in Sacramento Poenitentiae et Confeſſionis.“ in Monaſterio Mar-Hanna. 1747. 8. pagg. 285.

Teſte Seezen, col. 646. (num. 5.) Nos recentiorem editionem commemorabimus.

296. كتاب تفسير سبعة مزمورات من مزامير داود النبي الملقبات بمزامير التوبة وهي المزمور السادس . . .

„Expoſitio ſeptem Pſalmorum de Pſalmis Davidis prophetae, qui dici ſolent Pſalmi poenitentiales, ſuntque VI. XXXI. XXXVII. L. CI. CXXIX. CXLII.“ in Monaſterio Mar-Hanna. 1753. 4. pagg. 311.

Praefationis ſunt haec: Quandoquidem multi eſſent Chriſtiani, qui cuperent frui Commentario in

Pſalmos, qui praeſto eſt in lingua arabica, et refertur ad P. Petrum Arnoude, Jeſuitam miſſionarium, atque ad arabici ſermonis indolem ac puritatem recognitus eſt a magiſtro eximio et philoſopho perfecto, Clerico Abdallah Zácher, Halebenſi, المنسوب الي
الاب العالم المحقق والرسول اللاهوتي المدقق
البادري بطرس ارنودي اليسوعي والمهذب
والمعرب من المعلم الفاضل والفيلسوف
الكامل الشماس عبد الله زاخر الحلبي
ille autem commentarius cum ſit amplioris magnitudinis, utpote trium grandium voluminum, nec poſſit facile totus vel calamo deſcribi vel typis; viſum eſt partem tamen operis deſiderantibus vulgare. Exhibentur itaque Pſalmi VII. Poenitentiales, quorum explicatio comprehendit quaecunque pertinent ad Poenitentiam, confeſſionem, reſipiſcentiam, contritionem, et quae debent ad eam ducere, nec non illam ſequi, caet. Praefationi ſubjuncta haec: Abſoluta eſt impreſſio libri hujus permiſſu Superiorum in monaſterio Sancti Dr. Johannis Bapt. dicto Schoweir praefecturae Kesrowân, opera monachorum regularium Baſilianorum in natione Graeca, anno Chr. 1753.

Textus Pſalmorum non continenter ſcriptus, ſed ſingulis verbis addita eſt expoſitio. Additus eſt p. 290–308. Index dogmatum praecipuorum ordine alphabethico, veluti ايمان, انسان, الله, ارض nec non p. 309–311. Index locorum ſcripturae Sacrae qui illuſtrantur.

Hic igitur commentarius non ex alio ſermone converſus, ſed ab auctore ipſo arabice conſcriptus eſt. Qui recognoviſſe opus, et ne quid alieni in eo eſſet ab

ab ufu arabicae linguae caviffe dicitur Clericus, Abdallah Zácher, idem putandus, quem auctorem habuit typographia in monafterio condita. Vid. fupra pag.

297. مختصر التعليم المسيحي الملتزم
بمعرفته كل مومن
وهو تسعة اجزاء

h. e. „Compendium doctrinae Chriftianae, quam cognitam habere eft uniuscujusque Fidelis, eftque Sectionum novam" in monafterio Mar-Hanna. 1756. 8. pagg. 42.

Infcriptionem refert Seezen, loc. cit. col. 647. (num. 7.).

298. مرشد الكاهن „Dux facerdotis" in monafterio Mar-Hanna. 1760. 4. pagg. 304.

Et auctoris libri et ejus, qui librum arabice vertit, nomen commemorat praefatio.

فيقول الأب الأكرم البادري بطرس فرماج
المحترم احد الرهبنة اليسوعية المتلالية ببهاء
العلم والعمل في بيعة الله الكاثوليكية انني
فيما كنت امعن النظر في كتب العلماء
الاقدمين واجيل طرفي في دساتير الآباء
المتاخرين رأيت في خزانة بيعة الله درة يتيمة
تعز عن ان تعادلها قيمة وهي الكتاب المولف

من

مـن الانبا *) بولس سينيري اليسوعي المدعو منه مرشد الكاهن

„Dicit Pater honorandus, Pater Petrus Fromage venerandus, ordinis Jeſuitici, illuſtris et ſcientia et factis in eccleſia Dei catholica: cum perluſtrarem Scripta doctorum antiquiorum, et oculos converterem in adverſaria patrum recentiorum; vidi in penu eccleſiae Dei unionem aliquem ſingularem, nullo pretio penſandum, puto librum ſcriptum a praeſule *) Paulo Segneri Jeſuita, dictum ab ipſo: Dux Sacerdotis."

Verſionem arabicam Petrus Fromage perhibet a ſe factam Halebi anno 1739. (vid de eo num. 282. et 310.). Eam qui edidere ſignificant, Clericorum rationibus conſultum ſe velle, non defuturum egeno Sacerdoti exemplum ea conditione, ut miſſas recitet pro ſalute animae illius, qui ſuis impenſis editionem fieri voluerit.

Pauli Segnerii Opera edita ſunt italice, Opere del Padre Paolo Segneri della Comp. di Gieſù, in due tomi et in quattro parti diviſe. Parma, 1701. fol. Tomi II. p. 829. locum habet liber ille, inſcriptus: il Paroco iſtruito, cujus gallica etiam verſio exſtat,

---

*) انبا nomen eccleſiaſticum, videtur praecipue in illos Clericos cadere, qui dignitate eminent; veluti ſupra, num. 265. in dedicatione libri Patriarcha Alexandrinus compellatur nomine انبا, et vid. Aſſemani Biblioth. Orient. Tom. II. p. 133. p. 146 ſeqq. Fauſtus Naironus, Diſſ. de origine, nomine ac religione Maronitarum, Romae 1679. p. 86. arabicum انبا توما vertit quidem Pater Thomas: ſed Metran ſ. Archiepiſcopus erat ille Thomas.

exstat, La Pratique des devoirs des Curès, par le P. Buffier.

299. Pauli Segneri Devotus Mariae. Romae, typis Congr. de P. F. 1765. 12.

Paulus Segnerius, Italus, natus 21. Mart. 1624. mortuus est Romae 9. Dec. 1694. maximam celebritatem nactus habitis sermonibus sacris. Italica opusculi inscriptio est, Il Devoto di Maria.

300. كتاب الاكطويخوس المشتمل علي الثمانية الالحان للقيامة ليرتل في ايام الاحاد علي دور السنة منقسمًا حسب ترتيب الابا القديسين الشرقيين الي ثمانية احدات وفق عدد الالحن ثم تلي الالحن المذكورة الاكسابستلاريات وديوملات الايوتينا والاناجيل المختصة بالقيامة

h. e. „Octoëchus, continens octo ἤχους, tonos, pro Resurrectione, ut canantur diebus dominicis per orbem anni, distributos juxta ordinationem Patrum SS. Orientalium ad octo dies dominicos pro numero Tonorum; accedunt ad hos Tonos Ἐξαποστειλάρια, ἰδιόμελα ἑωθινὰ, et εὐαγγέλια ἀναστάσιμα.“ In monasterio Mar-Hanna. 1767. 8. pagg. 478.

Procedunt octo Toni usque ad p. 437. Sequuntur p. 438-456. Ἐξαποστειλάρια et Ἑωθινὰ undecim, et pag. 457-478. Evangelia ἑωθινὰ. Praefationis sunt haec:

جرينا العناية والاهتمام بامر الروسا وحثهم علي طبع حسب النسخة المحررة في كتاب المعزي المستخرج

المستخرج والمصحح والمطبوع عربيا في مدينة
حلب باهتمام البطريك اثناسيوس والتماس
البطريك كيرلس المتعاصرين الذين حرضهما
علي ذلك حصول كثرة الغلط في النسخة
القديمة التي غالتها اقلام الكتبة بالتحريف
وانقلاب المعاني المستقيمة الي التجديف حسبما
يذكر ذلك في مقدمة الكتاب المذكور ثم انه
اذ كان كتاب الاكطويخوس هو فرض
كنايس وتتلوه الكهنة اينما وجدوا لالتزامهم
بتلاوة اللحن المعين ولا يكون عندهم كتاب
المعزي او لكبر حجمه يعسر انتقاله عليهم
وضعنا لهم في اخر الكتاب ما يخصهم لطقس
الاحد اعني الاكسابستلاريات والايوثينا واناجيل
القيامة لتكون منفعة شاملة وافادة كاملة

h. e. „Omnis a nobis cura et opera adhibita eſt, jubentibus Superioribus et excitantibus ut ederemus hunc librum juxta textum qui exſtat in libro المعزي." Conſolator, „qui expromtus atque emendatus typisque excuſus eſt arabice Halebi cura Athanaſii Patriarchae, et rogatu Cyrilli Patriarchae, quos eodem vivendi tempore uſos movit multitudo errorum in textu qualis antea erat, quem obruerant calami deſcribentium turbando et pervertendo recte dicta ad blasphemiam usque, uti dictum eſt in illius editionis praefatione. Et quandoquidem Octoëchus legibus eccle-

ecclesiae sancitus, legitur a Sacerdotibus ubicunque fuerint, utpote qui teneantur legere Tonum qui respondet, ipsis autem desit liber dictus Consolator, aut ob molem non facile describatur; adjunximus pro illis hoc ipso volumine extremo, quae ad illos pertinent pro ritu diei Dominicae, utpote Ἐξαποςειλάρια, et Ἑώθινα, et Ἐυαγγέλια ἀναςάσιμα, ut latissime pateret hujus voluminis utilitas."

Praefationi subjuncta haec: Absolutum est opus in monasterio S. Johannis Bapt. dicto Schoweir, sito in monte Kesrowân opera monachorum graecorum Basilianorum regularium, anno Chr. 1767. Pag. 438. qua incipiunt Ἐξαποςειλάρια et Ἑώθινα XI. pro resurrectione, observatum est: Eothina auctorem habent Leonem regem sapientia praestantem, Exaposteilaria sunt filii ejus, Constantini Regis. Pag. 457. qua Evangelia incipiunt, dictum: Evangelia Eothina, spectantia ad Resurrectionem Domini, eaque XI. leguntur in matutinis dierum Dominicorum per annum (صحر الاحاد; احاد pluralis est, singularis يوم الاحد, dies Dominicus).

De libro Halebi edito quae dicta sunt, spectant ad Paracleticum illud, quod prodiit Halebi auspiciis Athanasii Patriarchae, 1711. fol. (num. 268.). Exaposteilaria, Eothina, aliaque quid sint, docet Allatius, Fabricii Biblioth. Graec. Tomo V.

301. كتاب تاملات جهنم المريعة وحماقة الخطاة الفظيعة يحتوي على سبعة تاملات وكل منها يتضمن ثلثة اجزاء مختومة بصلوة تناسب الموضوع

„Meditationes de Gehenna terribili et de amentia peccati horribili," hoc libro „comprehenduntur septem

septem meditationes, quarum singulae sunt trium partium, addita ad finem precatione subjecto apta." In Monasterio Mar-Hanna. 1769. Octav. pagg. IX. et 163. teste Seezen, col. 647. num. 9.

302. Doctrina christiana, plurium orationum Appendice aucta per Raphaelem Tuki, Episcopum Arsenovensem. Romae, typ. C. de P.F. 1770. 8.

Catalog. ann. 1773. et 1782.

303. Dichiaratione più copiosa della dottrina christiana composta dall' eminentissimo, e reverend. Signor Cardinal Bellarmino tradotta della lingua Italiana nell' Araba, ed ora di bel nuovo stampata. In Roma MDCCLXX. 8. pagg. 411.

Liber, praeter inscriptionem, mere arabicus. Praefationis loco haec p. 3. posita arabice: „In nomine Patris et Filii et Spiritus S. Dei Unius. Declaratio doctrinae Christianae per interrogationes et responsiones alternas discipuli et doctoris translata ex Latino in Arabicum, ad docendos parvulos, et homines simplices, ac rudes mysteriorum div. et religionis christianae catholicae, auctorem habet Cardinalem dictum Rob. Bellarminum, olim excusa est jussu S. D. Papae Urbani VIII. Pontificis summi." Vid. num. 243.

Exemplo, quo nos utimur, junctus est alius liber, iisdem typis Congr. d. P. F. editus, mere arabicus, et arabice quoque inscriptus: Directio ad confessionem et sumendam Eucharistiam, sequitur de virtutibus divinis (Fide, Spe, Charitate), nec non exercitia quaedam christiano homini facienda, pagg. 109. 8.

304. كتاب قوت الانفس المشتمل علي
تاملات · شهرية في الالام سيدنا يسوع المسيح

„Cibus animarum, continens Meditationes pro ſingulis diebus menſis ſuper Paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti.“ In monaſterio Mar-Hanna. 1772. 8. pagg. 345.

Praefatio refert, librum auctorem habere P. Franciscum Raynaldi, oriundum Matelica in Italia, ſaepiusque typis deſcriptum eſſe, ex italica lingua in arabicam eum translatum eſſe a Michaele Mizrak, monacho cônventus Salvatoris, alumno collegii graeci denominati a S. Athanaſio Magno, ميخاييل مزراق احد رهبان دير المخلص سليل مدرسة الروم التي علي القديس اثناسيوس الكبير. Praefationem excipit p. 9-12. Tabula meditationum pro ſingulis diebus menſis. Operis initium facit pag. 13. diſcurſus praeliminaris de oratione mentali ejusque neceſſitate, et tractatus brevis de multiplici ejus utilitate, rectaque illam inſtituendi ratione, المقدمة في الصلاة العقلية وضرورتها . وشرح وجيز في عظم فوايدها وكيفية ممارستها. Singulae meditationes ſunt 3. conſiderationum et 3. precationum.

Liber italice ſcriptus primo Romae prodiit anno 1637. Exſtat verſio gallica, La nourriture de l'ame ou meditations sur la passion - Paris, 1671. 12. Qui gallice reddidit, tradit in dedicatione et praefatione, librum hunc auctorem habere aliquem ſaecularem, et tanto cum applauſu receptum eſſe, ut 18. pluresve editiones factae ſint Romae et alibi in Italia.

306.

305. كتاب النبوات الكنايسي المتضمن
قرات الصوم الكبير المقدس وسواعي جمعة
الالام العظيمة وقراتها وقرات الايام الخمسينية
وسواعي بيرامون عيد الميلاد الشريف وقراته
وسواعي بيرامون عيد الظهور الالاهي وقراته
وما يقراء في الاعياد السيدية وفي اعياد
القديسين علي دور السنة حسب ترتيب الابا
القديسين الشرقيين كما هو معين في كتاب
التيبيكن والتريودي والبنديكستاري والميناون
السنوي

„Liber prophetiarum eccleſiaſticus, quo continentur lectiones jejunii magni Sanctiſſimi, et horarium hebdomadis paſſionum maximae cum lectionibus ejus, et lectiones dierum quinquageſimalium, et horarium vigiliae feſti nativitatis glorioſi cum lectionibus ejus, et horarium vigilia feſti epiphaniae divinae cum lectionibus ejus, et quae leguntur in feſtis Dominae (virginis Mariae), et in feſtis Sanctorum, per orbem anni, juxta ordinationem Patrum Sanctorum orientalium, prout indicatur in libro Typici et Triodii et et Pentecoſtarii et Menaei annui.“

Inſcriptio qualis edita eſt in Seezen's Nachricht, col. 647. (num. 11.) ſcatet mendis. Vox السواعي „horarium“ adfuit ſupra num. 235. et recurrit num. 309. بيرامون eſt *παραμονὴ*, vigilia. In Miſſali graeco - arabico Bukureſchti edito, num. 266. liturgiae Baſilii praemiſſa eſt pag. *πέ* admonitio haec: *Σημειοσαι ὅτι αὕτη ἡ θεῖα λειτουργία τοῦ μεγάλου Βασιλείου οὐ λέγεται πάντοτε, ἀλλ᾽ ἐν καιροῖς τεταγμένοις, ἤγουν*

ἦγου . . . ἐν τῇ παραμονῇ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν γεννήσεως καὶ τῶν Φώτων . . . في بارامونى ميلاد المسيح وفي بارامونى عيد الظهور الالهي

Praefatio enumeratis breviter per capita vaticiniis prophetarum de Messia haec habet:

والحال ان هذه النبوات جميعها قد صدقت علي المسيح ولا تصدق بجملتها علي غيره فاذا المسيح هو الهٌ حق وانسان حق وبالنتيجة يجب ان نومن بكلما تكلمت عنه انبيا الله القديسين وبكلما علمناه تعالي في الجيله الطاهر وبالتالي يتضح ان ايماننا ليس هو ماسسًا علي عقل بشري بل هو ماسس علي اقوال الهية غير قابلة الغش والخداع فلذلك رتبت كنيسة المسيح شرقًا وغربًا ان تتلي نبوات الانبيا في الغرض الكنانسي

اما كنيسة الروم الشرقية فقد انتخبت بعض قرات من اسفار الانبيا تناسب الاوقات التي تتلي فيها هذه قرات فلذلك جمعنا كتبًا يونانية كثيرة وقابلنا النسخة العربية علي تلك النسخ المستعملة في كنايس الروم مقابلةً مضبوطة بغاية التدقيق علي يد من هو

هو متمكن بمعرفة اللغتين اليونانية والعربية
فلا تنسبنّ ما تراه متغيراً عن النسخة العربية
القديمة الي التحريف والغلط وما لا يتغير الي
السهو والشطط اذا كنت لا تعرف قواعد هاتين
اللغتين لان من عرف ذلك فيمدح هذا العمل
ويبرّيه من شوايب الزلل ثم بعد هذا التعب
والضبط علي قواعد لغة العرب استصوبنا ان
نحرره بالمطبعة لامتداد الخير وزيادة المنفعة
ولكي يتحفظ من غلط قلم الكاتبين ويسهل
ثمنه علي الطالبين راجين الاجر والثواب من
الملك الوهاب فلا تنسوا الذين تبعوا فيه من
الرحمة والدعا

„Ita eft, quod vaticinia haec omnia comprobata fint in Chrifto, et conjuncta comprobentur in nullo alio. Certe Chriftus eft Deus verus et homo verus. Ergo nos oportet credere omnia quae profati funt de eo fancti prophetae Dei, et quae docuit nos Deus in Evangelio fuo puro. Igitur patet, fidem noftram haud intellectu humano niti, fed effatis divinis fallere nesciis. Eapropter ordinavit ecclefia Chrifti in oriente ac occidente, ut praelegantur vaticinia prophetarum, fanctione Ecclefiaftica."

„Ecclefia vero graeca orientalis felegit certa capita ex libris prophetarum congrua temporibus quibus illa praelegantur. Ideo adhibiti funt a nobis libri graeci complures, et comparavimus exemplum arabicum cum exemplis illis ufitatis in graecis ecclefiis quam

quam fieri potuit diligentissime *), opera eorum, qui versati essent in utraque lingua, graeca et arabica. Cave igitur, ne quod videris discrepare ab exemplo arabico vetere **), reputes corruptum et mendosum, vel quod intactum est, putes per incuriam non sublatum, si haud cognita habeas utriusque linguae fundamenta. Haec vero qui cognita habet, probabit hoc opus, et repurgatum esse a mendis agnoscet. Peracto hoc labore exactoque ad verum linguae usum textu non dubitavimus typis eum describere, ut pluribus usui esset, ut immunis maneat ab hallucinationibus calamo scribentium, utque minori pretio constet requirentibus. Speramus mercedem et praemium a Rege benefico. Vos autem (lectores) nolite illis, qui opus fecerunt, deesse miseratione et precatione."

Praefationi subjuncta formula, qua dicitur liber excusus cum permissione Superiorum in Monasterio Mar-Hanna, anno Chr. 1775. est in fol. pagg. 226.

306. رسالة مجمع انتشار الايمان -- المقدس

Epistola sacra Congregationis de Propaganda Fide ad Mar Ignatium, qui et Gregorius III. Patriarcham Antiochenum nationis Syrorum, scripta Romae 1775. 4. pagg. 35. syriace, et arabice litteris syriacis, alternis paginis.

Scripta est haec epistola jussu et nomine Pii VI. Pontificis ad Patriarcham Syrorum Monophysitarum, alienum a romana ecclesia. Scribit Congregatio jussisse Pontificem, ut quae sit via vera, certa, ducens ad

*) De peculiari usu ضبط vid. Reiske, ad Abulfedae Annal. Tom. II. p. 582.

**) Forte illud, quod typis editum fuit Halebi anno 1708.

ad salutem aeternam, ipsa declaret illi rationibusque demonstret necessitatem, quae cogat credentes omnes, ut uni tantum capiti subsint, eandemque omnes fidem teneant. Et haec summa est, ad quam redeunt omnia, Pontificem romanum esse Petri apostolorum principis vicarium, ecclesiam veram esse unam, catholicam, et quae sunt talia. Commemoratur p. 9. Eutychen ipsum agnovisse principatum sedis romanae, quod damnatus in concilio Constantinopolitano rem ad Leonem detulerit, hunc cognita caussa firmasse concilii decretum, et celebratissima sua ad Flavianum epistola effecisse, ut publice illa praelecta in concilio Chalcedonensi patres omnes profiterentur: haec est fides patrum et apostolorum, sic omnes nos credimus, ad hanc normam credunt Catholici omnes, damnatus igitur quicunque haec non credit etc. hinc Dioscurum quoque in concilio damnatum esse. — Exposito igitur errore Eutychis Dioscurique traditaque sana doctrina, de persona una duabusque naturis distinctis in Verbo incarnato, profecta a Leone pontifice romano, sequuntur p. 23. haec: Nihil plane penes Congregationem sanctam est dubii suspicionisve, quin prorsus explorata sibique persuasa habeat haec dogmata omnia Tua Dominatio, igitur requiritur a Vobis, velitis in illis tenendis firmiter persistere, atque omnem praeterea operam dare, ut Clerum ac coetum Vobis commissum dirigatis in istis praeceptis, tum certi esse poteritis, Pontificem maximum ex animo gratam habiturum vestram cum sede apostolica conjunctionem perpetuam. Neque vero id agitur in hac re, ut velit imperium habere in coetum vestrum vel Clerum vel personam vestram. Aegerrime vero ipse fert, recedi a decretis Episcoporum, fratrum suorum, et in ordine Sacerdotali divino sociorum. Itaque vult statuitque, servanda illa esse integra atque perfecta, ut Ipse satisfaciat muneri suo, cujus est firmare fratres in fide, ut omnes idem credamus, omnesque simus gregis

Domi-

Domini nostri, qui non potest esse nisi unus, quemadmodum fides nostra vera est una, et baptismus noster unus. – Nomen subscripserunt Jos. Maria Castelli, Praefectus Congregationis, et Stephanus Borgia, Secretarius.

307. Acta Consistorii Secreti habiti die xxv. Jun. MDCCLXXXI. Romae, ex typographia S. Congr. Prop. Fide. 4. pagg. xxvi. arabice et latine.

Defuncto Michaele, Armenorum Ciliciae Patriarcha, cum Archiepiscopi catholici Armeni ritus Basilium Amasiae Antistitem in patriarcham elegissent; missus est Romam curator cum litteris supplicibus ad Pium VI. pontificem, quibus rogarent, velit novum patriarcham Ipse ratum habere, et pallio, etiam Romam haud profectum, ornare. In hac re quae acta sint, refert liber. Praemisso, quod diximus, argumento, exhibetur 1. decretum Congreg. de P. F. quo pontifici commendatur petitio; 2. Pontificis oratio solemnis, qua confirmatur novus patriarcha; 3. pro accepto beneficio gratiarum actio. Ex pontificis oratione intelligas, Armenorum cum ecclesia Romana unionem, per tria pene saecula interruptam, restitutam esse anno 1742. quo primus patriarcha ipse, quamquam senio confectus, Romam venit, et a Benedicto XIV. confirmari se pallioque donari petiit.

308. Catechismus Romanus ex Decreto Concilii Tridentini jussu S. Pii V. editus. Tomus I. typis S. Congreg. de Prop. Fide. 1786. pagg. 976. praeter ea quae praemissa sunt. Tomus II. 1787. pagg. 855. Octav.

Inscriptio arabica; كتاب الكاتيكيزمو رومانو حسب رسم المجمع المقدس التريدنتيني قد

قد تالف بامر الحبر الاعظم البابا بيوس الخامس

Tomo I. praefixum est Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, habitae die 17. Maii 1784. Referente R. P. D. Stephano Borgia Secretario, ad informandos in Christiana doctrina complures Orientis populos, qui Arabico utuntur idiomate, summopere profuturum, typis mandare versionem Catechismi Romani in eadem lingua; Sacra Congregatio rei utilitatem perpendens decrevit, ac jussit, ut idem Romanus Catechismus Arabice redditus typis, ac sumptibus ipsius Sacrae Congregationis accurate excudatur. „Adprobatio" dicit arabicam versionem factam esse a Reverendo Patre Jacobo Arutin Aleppensi Maronita Ordinis S. Antonii M. monacho, et in elegantiorem formam redactam a rev. D. Dionysio Haggiar. Praemissa quoque est epistola Pii Papa VI. arabice et latine, ad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Orientalis ritus Ecclesiasticos Saeculares et Regulares, et communionem Sedis Apostolicae habentes, scripta die 22. Decembr. 1787. qua commendatur illis doctrina in hoc libro tradita, ea tamen moderatione, ut cautum sit ipsorum ritibus, his verbis: „Nolumus tamen, quispiam e vobis existimet, quum in Romano hoc Catechismo multa de ritibus, ac caeremoniis pro Sacramentorum administratione edisserantur, quae Ecclesiae Latinae disciplinae consona sunt, ac a vestris proinde usibus, atque institutis plerumque differunt, velle nos, ut sanctissimas Orientalis Ecclesiae consuetudines, a majoribus vestris acceptas, et ab hac Apostolica Sede approbatas, repudietis."

Tomo II. pag. 710–719. additum est Breve, براءة, seu Bulla Pii Papae IV. die 13. Novembr. anno

Chr.

Chr. 1564. fuper forma juramenti profeffionis fidei. Latine extat in Actis Conciliorum caet. Tom. X. Paris. 1714. fol col. 199 fqq. Sed verbis „Regularium quorumcunque Ordinum, quocumque nomine vel titulo" addidit verfio arabica haec: حتي ورهبان مالطة الكواليرية ثم كاينًّا من كان وباي اسمٍ ونعتٍ كان atque adeo Monachos Maltae Equites, quod hominum genus, qui et Monachi effent et Cavalieri, mirum videri poffit Orientalibus.

Adjunctus quoque eft Index, quem ipfa infcriptio libri in confpicuo ponit, his verbis, وقد اضيف اليه فهرس جميع المواد الموجودة في هذا الكتاب التي منها توخذ مواد الوعظ والتعليم „additus quoque fyllabus omnium argumentorum in hoc opere traditorum, unde petatur argumentum praedicationis et inftitutionis." Nimirum enumerantur dies dominici feftique juxta ordinationem ecclefiae catholico-romanae, dictaque pericopa evangelica fignificatur, quibus locis Catechismi requirenda fit materia ad tractandum pericopae argumentum. Veluti pro fefto Nativitatis Chrifti haec dicta funt: Pericopa eft, „et peperit filium fuum unigenitum rel. Lucae 2, 7. Exponat parochus tertium articulum Symboli fidei, Natus ex Maria virgine. Quippe dictum illud proprie pertinet ad locum hunc, prout tractatur num. 3. cap. 4. part. 3. de Symbolo fidei Apoftolico mox ab initio partis primae hujus libri."

Quaenam fit Catechismi Romani editio, quam expreffit qui arabice vertit librum, omnino non erat cur fuis lectoribus orientalibus fignificaret; credibile eum ufum effe Romana aliqua, eaque tum recentiffima.

sima. In ea, qua nos usi sumus, editione facta studio et industria Andreae Fabritii Leodii, vulgata Augustae Vindel. 1762. 8. exhibetur proximo loco ante Paroemium Catechismi ille Index Concionatorius, inscriptus: Praxis Catechismi seu Catechismus in singulas anni Dominicas distributus, et Evangeliis accommodatus.

309. Horologium. Editio altera, in monasterio Mar-Hanna. 1787. Octav. pagg. 375. Inscriptio haec,

كتاب الاورولوجيون اي السواعي المشتمل
علي صلوات الفرض القانونية وطروباريات
اعياد القديسين وقناديقهم علي مدار السنة
مع كل ما جرت به العادة ان يوضع
بهذا الكتاب من طروباريات التريودي
والبندكستاري وثاوطوكيات وقوانين ومعرفة
ايام عيد الفصح وغيرها من الاعياد والصيامات
التي يختلف وقوعها طُبعت الان علي
الترتيب الكنايسي عونك يا رب القوات

„Horologium seu Horarium, insunt precationes statutae canonicae, et Troparia festorum Sanctorum, eorumque Hymni, pro serie anni, nec non caetera omnia, quae solent locum habere in ejusmodi libro de Tropariis Triodii et Pentecostarii et Theotokii et Canonum, nec non notitia dierum festi Paschatis, aliorumque Festorum et Jejuniorum mobilium. Typis haec nunc edita sunt juxta ordinationem ecclesiasticam, juvante Deo."

Ex

Ex praefatione haud indigna ſunt quae referantur haec,

فمن ثم ان راي مجمع رهبان مار يوحنا الروم الباسيليين القانونيين احتياج الكهنة والعوامّ الي هذا الكتاب الذي يتعسر حصوله خطا علي الطلّاب قدموه مطبوعًا للكنيسة المذكورة لتسهيل العبادة وتعميم الافادة بعد ما راعوا فيه قوانين اللغة العربية ولم يتصدوا المقابلة علي الاصل اليوناني بالتحقيق والتحرير لئلا تعثر الالسن المعتادة علي تلاوته بالاختلاف والتغيير اذ كان لا يوجد اختلاف بالمعني يوجب العنا ولهذا السبب اثبتوا بعض الفاظ ينكرها بعض علما اللغة لا سهوا عنها بل لانها وجدت في كتب البعض الذين يوثق بعربيتهم كلفظة الكافة معرفةً بالالف واللام او مضافة وغير الفاظ ايضًا مما له اعلال عند التصريفيين وتقدير عند النحويين وانهما استخرجوا بعض قناديق من كتاب الميناون لبعض القديسين كان اهمل استخراجها من تقدم من المترجمين . . . .

وقد تم طبع هذا الكتاب طبعًا ثانيًا باذن الروسا في دير القديس مار يوحنا الصابغ . . . .

 Cum

„Cum videret congregatio Monachorum D. Johannis graecorum Basilianorum regularium, carere non posse et clerum et populum hoc libro, cujus exemplum calamo exaratum difficulter obtingit requirentibus; obtulerunt eum typis impressum ecclesiae dictae, (Graecae,) ut facilem redderent cultum et usum facerent communem. Sed antequam eum excuderent, respexerunt in eo regulas linguae arabicae, nec recusarunt conferre eum cum sacro fonte, studiose ac diligenter, ut ne offenderent linguae ejus lectioni assuetae in diversitate et mutatione. Ubi non erat diversitas, sensum quae afficeret, par erat ut acquiescerent editores. Quapropter servarunt quaedam vocabula, quae non omnibus linguae magistris probantur, non quod non sint ab ipsis animadversa, sed quod non desint in scriptis aliorum, quorum arabismus fidem habet atque auctoritatem. Hujusmodi est nomen كافة, pro كافّة, cum Eliph et Lam, h. e. cum articulo ال, aut sine articulo posita ut regimen; nec non aliae voces, in quibus juxta illos qui tractarunt τὸ تصريف, modum conjugandi, est debilitatio, h. e. deficiunt litterae, et secundum eos qui نحوًا, Syntaxin, tradunt, est Substitutio, h. e. ubi potentialiter aliquid inest mente substituendum. Produxerunt etiam editores nonnullos hymnos ex libro dicto Μηναῖον pro quibusdam Sanctis, quos promere intermiserunt superiores interpretes" . . . .

„Absoluta est impressio hujus libri secunda vice impressi permissu Superiorum in monasterio S. D. Johannis Baptistae, dicto Schoweir, sito in monte Kesrowan, opera monachorum dictorum, anno 1787. incarnationis divinae. Ne desit nobis misericordia et deprecatio!"

Prima

Prima editio cujus anni ſit nobis haud conſtat, neutram commemoravit vel Volney vel Seezen.

310. كتاب المجمع اللبنان

Liber Concilii habiti in Libano monte.
typis monaſterii Mar. Hanna, Quart. 1788. plagg. 71.

De Concilio, quibus auſpiciis habitum fuerit, quibus de canſis, quonam tempore, haud quidquam eſt praemonitum. Inſcriptionem illam excipit proxime index partium capitumque. Prima pars de Fide catholica eſt 5 capitum, ſecunda de Sacramentis capp. 14. tertia de Diaconis, Sacerdotibus, Antiſtitibus capp. 6. quarta de Eccleſiis, Monaſteriis, Scholis, et de Decretis Concilii capp. 6, Subjuncta ſunt huic Indici haec:

وقد تم طبع هذا الكتاب . بنفقة جناب الشيخ
غندور قنصل بيروت الكلي الشرف * باذن
الروسا وحثهم في دير القديس مار يوحنا النبي
الصابغ الملقب بالشوير من معاملة كسروان .
بعمل الرهبان القانونيين القاسيليين *
وطبع علي حسب النسخة الاصلية التي
قدمت لهم من السيد البطريك مار يوسف
الكلي الشرف والغبطة . حرفًا فحرفًا من غير
زيادة ولا نقصان ولا تغيير بموجب مرسومه *
وذلك سنة الف وسبعماية . وثمان
وثمانين . . . .

„Abſoluta eſt impreſſio hujus libri expenſis Domini Gondur, Conſulis in urbe Beiruth excellentiſſimi, per-

permittentibus et excitantibus Superioribus, in monasterio S. Johannis prophetae baptistae, dicto Schoweir in Kesrowan, opera monachorum regularium Basilianorum. Et quidem impressus est liber ad exemplum originale traditum illis a Domino Patriarcha Mar Joseph excellentissimo et beatissimo, de verbo ad verbum, nulla facta vel additione vel diminutione vel mutatione, convenienter ejus mandato. Et factum hoc est anno Christi 1788."

Textus absolvitur p. 506. Proxima pagina exhibet Patrum Concilii nomina, primo Patriarchae Josephi Petri, deinde Metranorum seu Metropolitanorum XIII. Et horum quidem nomina posita sunt hoc ordine:

I. Gabriel, Metran Sarephthae Sidoniae, صارفية صيدا. II Simeon, M. Damasci. III. Abdallah, M. Beiruthi. IV. Elias, M. Arkae, عرقا. V. Basilius, M. Tripoleos. VI Philippus, M. Lystrae, لوسترا. VII. Stephanus, M. Botruni, البطرون. VIII. Gabriel, M Accae, عكا. IX. Johannes, M. Laodiceae. X. Jgnatius, M. Tyri. XI. Gabriel, M Halebi. XII. Michael, M. Paneadis, بانياس. XIII. Tobias, M. Cypri.

Nominibus subjecta sunt haec,

جري هذا بحضورنا برضا واتفاق الجميع
كما ذكر * واثباتا
لذلك وضعنا اسمنا وختمنا * في 30. ايلول
سنة 1736. *
(*حررة نوفل الخازن قنصل فرنسا بمدينة بيروت)

„Actum

„Actum hoc eft praefentibus nobis, probantibus et confentientibus omnibus, ut ante dictum: atque ad confirmandnm hoc appofuimus nomen noftrum et figillum die 30. menfis Elul, Septembris, anno 1636."

(Subfcripfit Naufel al Chafen, Conful Franciae, in urbe Beiruth).

Succedunt duo alia documenta, quae magis magisque rem geftam declarant. Primum hoc.

حجة

بسم الاب والابن والروح القدس الاله الواحد
فلتكن هذه الحجة الشرعية معلومة عند
الجميع . وهو ان في اليوم الثاني من شهر
تشرين الاول سنة الف وسبعماية وستة وثلاثين
مسيحية . قد قبلت الابا اللبنانيون في
المجمع اللبناني كافة القوانين والفرايض
المتقدم ذكرها . وامضوا بخطهم وختموها
بختومهم . وذلك بعد ترتيبهم اياها بجمعيتهم
السرية مع جمهور علما اتقيا . وحينئذٍ عقدوا
مجمعًا ظاهرًا احتفاليًا في كنيسة السيدة
المعروفة بسيدة لويزه . في دير الرهبان
اللبنانيين في ارض زوق مصبح من معاملة
كسروان في جبل لبنان . وكان التيامه في
نهار الاحد ختام شهر ايلول في التاريخ
المذكور . وكان اجتماعهم في النهار مرتين
مدي

مدي ثلاثة ايامٍ متتابعة . وكان القاريون يتلون
علي المنبر القوانين والفرايض المذكورة من
اول الكتاب الي اخره . وهو اربعة اقسامٍ . القسم
الاول يشتمل علي خمسة روس . والثاني علي
اربعة عشر راسًا . والثالث علي ستة روس .
والرابع علي ستة روس . ثم حكمت ايضًا الاباء
في المجمع المذكور ببعض قضايا تسجلت في
اعماله بخطي انا المسجل . واخيرًا عند تمام
المجمع متح رييس المجمع البركة للمجمعين
واصرفهم . وامرني حضرة القاصد الرسولي بان
اسجل هذا الكتاب . حُرر ذلك في اليوم
الثالث من شهر تشرين الاول .
سنة الف وسبعماية وست وثلاثين مسيحية .
(انا جرجس حبيب لحاقلاني المسجل
بالسلطان البطريركي) .

„ Instrumentum. “

„In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Dei unius,“

Testimonium hoc, seu Instrumentum, notum esse volumus omnibus, nimirum die 2. mensis Tischrin prioris, (Octobris), anno Christi 1736. Patres congregati in Concilio habito in Libano acceptarunt summam Canonum et Decretorum antecedentium, eamque confirmarunt subscripto nomine et sigillo apposito, postquam composuerunt eam in Congregatione sua secreta, adhibitis viris doctis piisque. Deinceps habuerunt

buerunt Concilium publicum solenne in templo Dominae, vulgo dictae Domina Loweizah, in monasterio monachorum Libanensium, in terra Zuk Mesbah, quae est de praefecturis Kesrowan in monte Libano. Fuitque conventus eorum die Dominico, die ultimo mensis Elul, Septembris, dicti anni. Habitique sunt conventus bini singulis diebus per triduum continuum. Et lectores praelegebant de suggestu Canones et Decreta praedicta ab initio libri usque ad ejus finem; suntque partes ejus quatuor, prima capp. 4. secunda capp. 14. tertia capp. 6. quarta capp. 6. Deinde statuerunt etiam Patres in Concilio praedicto de quibusdam articulis, qui consignati sunt in Actis ejus mea Notarii manu. Denique peracto Concilio Praeses ejus largitus est benedictionem congregatis eosque dimisit. Et jussit me Dominus Ablegatus Apostolicus Litteris consignare hunc librum. Scriptum hoc est die tertio mensis Tischrin prioris, (Octobris), anni 1736."

„Ego Georgius Habib, al Hakelani (seu Ecchelensis) Notarius ex potestate Patriarchali."

Alterum documentum p. 510–521. inscriptum est

براة قدس الحبر الروماني في تثبيت المجمع
اللبناني

„Breve S. Pontificis Romani, (Benedicti XIV,) pro confirmando Concilio Libanensi," et subscriptum

تحريراً في رومية حذا كنيسة ستنا مريم
الكبري المعروفة تحت ختم الصياد· في اليوم
الاول من شهر ايلول (سنة 1741.) مسيحية في
السنة الثانية من حبريتنا·

(الكردينال دومينيكوس باسيوناوس)

Datum

„Datum Romae ad Aedem Virginis Mariae Majoris bene notam sub annulo piscatoris, die primo mensis Elul, (Septembris), anno Chr. 1741. anno pontificatus nostri secundo."

„Cardinalis Dominicus Passioneus."

In hoc Brevi non modo Ablegati pontificii, cujus erat primas partes agere, nomen conspicuum est, erat is Josephus Simonius Assemani, ipse Maronita, famam in Europa nactus praeclaro opere, inscripto, Bibliotheca orientalis: sed et, praeter alia, tradita sunt quae erant in Concilio potissimum peragenda. Sed ea commemorare non est opus, Breve integrum cum latine exhibeat Magnum Bullarium Romanum, Tom. XVI.[1] Luxemburgi, 1752. fol. p. 45 sqq.

Superest in libro p. 522–25. aliud Instrumentum, pro paedagogio condito in Ain Tura, حجة مدرسة عين طورا, quod Romae ann. 1743. mensis Schabat, Febrnarii, die 27. scripsit Franciscus Retz, Societatis Jesu praefectus generalis, فرنسيس رئس ريس عام الرهبنة اليسوعية

Conditum dicitur hoc Collegium haud multo antea tempore privatis sumtibus quorumdam Maronitarum, traditumque cum proventibus illi constitutis fidei ac curae Jesuitarum, sedem nactorum in Ain Tura, ea conditione, ut Maronitis haec schola nullo non tempore sit peculiaris. Confirmavit itaque litteris hisce magister generalis hoc institutum, probatum jam anno 1728. ab antecessore Mich. Pescara Tamburino, sancivitque, pueros aliorum rituum, veluti Coptici Chaldaicique, qui possint recipi, nunquam debere quartam partem superare Maronitarum, proventus autem nunquam non separatim esse administrandos, nec unquam ad alias causas usurpandos „Si evenerit, inquit, ut pres-

presbyteri nostri cogantur excedere collegio ejusque administratione, volumus, ut praefectus generalis jure utatur tradendi illius cum domibus reditibusque, tradetque hic illis qui confidant Deo se obtinere illud posse: At si neque hoc locum habuerit, quod speramus nunquam eventurum esse واذا ما امكن ذلك الامر كلك الذي ما نومل حدوثه ابدًا tunc redibunt proventus omnes Collegii ad collegia illa, quae instituet Patriarcha Maronitarum in terris suae nationis." ·

Accedit p. 526–539. Kalendarium ecclesiasticum ab anno 1788. usque ad annum 1887. nec non pag. 540–558. Index rerum ordine alphabetico.

Concili i hujus nationalis formam ac rationem omnem qui velit cognoscere, utatur libro inscripto: Nouveaux Mémoires des Missions de la Compagnie de Jesus, dans le Levant. Tome VIII. à Paris, 1745. Exstat p. 362 sqq. relatio haud inelegans, quam Tripoli 15. Octobr. 1736. misit P. Jesuita Fromage, qui ipse rebus interfuit, et inauguravit Concilium concione e suggestu habita arabico sermone in templo monasterii „Louaisè," edita et ipsa gallice loc. cit. p. 392 sqq. In hac ratione Ablegatus Pontificius constanter dicitur Allemanni, non culpa scribentis, sed edentis,, qui ignorasse videtur Assemani nomen sane haud obscurum. Videndus vero etiam Catalogus Bibliothecae Mediceae, 1742. in quo p. 118 sqq. auctor, Stephanus Evodius Assemanus, se in Concilio Promotoris munere functum professus, partes quas egit avunculus, Jos. Sim. Assemanus, luculenter exposuit, nec non de turbis et dissensionibus ex Concilio ortis retulit et de obtrectationibus, quibus petebatur Ablegatus, quae effecere ut, non Clementis XII. auctoris Concilii, sed demum Benedicti XIV. auctoritate ratum illud haberetur: cujus etiam erat, Assemanum Ablegatum absol-

vere,

vere, et ornare honorificentissimis litteris, in forma Brevis a. d. 14. Sept. 1741. ad eum scriptis, quas editas habes loc. cit. p. 120.

Patriarcha, quo praeside Concilium habitum fuit, in ipso libro Concilii, partis III. cap. 4. quo Patriarchae singuli enumerantur, pag. 396. dicitur يوسف الرابع الخازن من غوسطا, „Josephus quartus al Chazen ex Gusta." Oppidum est haud procul à mari, quod tenent primores familiae Chazen, teste Niebuhr, Reisebeschreibung, Tom. II. 1778. pag. 467. Stephani Evod. Assemani, Biblioth. Mediceae pag 118. sunt haec: „Defuncto Jacobo Evodio, Patruo nostro, Maronitarum Patriarcha, anno Christi 1733. die 19. Februarii, unanimi Episcoporum suffragio suffectus est Joseph Gazenus, Episcopus Augustae in Kesroano." At Oriens Christianus studio et opera Mich. Le Quien, Tom. III. Paris 1740. fol. p. 76. ex epistola gallice scripta ab urbe Tripoli die 25. Mart. 1733. haec tradit: Jacobo mortuo cum Patribus ad eligendum novum patriarcham congregatis non esset eadem omnibus sententia, Magnates districtus Kesrouanensis, ea divisione audita, confestim equis armisque assumptis cucurrisse ad Synodum, ac denuntiasse episcopis, nisi in unum quantocius consentirent, a se ipsis Patriarcham eligendum, eumque fore episcopum Josephum; Synodum itaque, licet antea Josephum istum neglexisset, quem tanto oneri sustentando minus aptum reputaverat, in hunc nihilominus unanimi voce conspirasse Addidit Le Quien: „Hic Josephus, cognominatus Khasen, ex Principum Kesrouanensium familia, quae a ducentis circiter annis principatu hujus regionis potitur, natus est in Agosta oppido Kesrouani, juvenis duxit uxorem, ex qua liberos suscepit; ea mortua monachus primum, deinde episcopus, demum mortuo Jacobo factus est Patriarcha: primus ad hanc dignitatem ex sua familia assumptus."

Con-

Gondur, Consul Franciae Beiruthensis, qui sua munificentia effecit, ut liber typis describeretur, videtur ille esse, quem commemoravit Antonius Arida, Tripolitanus Maronita, in Arab. Chrestomathie von Jo. Jahn. 1802. p. 272. Patrem habuit, quem Volney, Tom. II. pag. 38. versionis Germanicae, dicit Sad - el - Kuri, Arida, pag. 270. سعد الخوري الماروني „Saad Archipresbyter Maronita," qui erat كاخية, Kiaja, primus minister Principis. Filius, in gubernandis rebus successor patris, perfida caede haud multo post evulgatum librum peremtus est a Pascha famoso compellatione Aldschezzâr, الجزار, „mactator," de quo vid. Volney, loc cit. In ipso Concilio libro pag. 505. legas وليعتني السيد البطريك الكلي قدسه بطبع كتاب مجمعنا هذا اللبناني, „et curare velit Dominus Patriarcha Sanctissimus, ut excudatur liber nostri hujus concilii Libanitici ad utilitatem Cleri, ut parabilis sit unicuique, et distribui possit singulis Metranis, Episcopis, sacerdotibus et monasteriis, perveniantque omnes ad argumentum ejus cognoscendum actuque observandum." Et Romanum quoque Pontificem rogatum fuisse, ut Concilium, sibi probatum si fuerit, jubeat excudi arabice typis S. Congr. de Prop. Fide, intelligitur ex ipso Brevi Apostolico, §. 5. latinae editionis. Sane non magnam vim habere poterat liber Canonum et Decretorum, nisi editus ille esset possetque communis usus fieri.

Qui Patrum nominibus suum nomen adposuit, homo laicus, Naufel al Châzen, Consul Franciae Beiruthi, avo ortus est qui a Drusorum Principe Fakreddino rebus suis administrandis adhibitus, primus

suae

fuae familiae, Chazen, opus et nomen paravit, et patre, qui majorem etiam celebritatem et splendorem adeptus est. Hic primo Nader dictus, deinde filium nactus Naufel, more orientalium uti coepit nomine Abu Naufel. Contemtim de illo verba fecit D'Arvieux, Merkwürdige Nachrichten, aus dem Franz. ins Deutsche übersetzt. 1753. T. I. p. 344. T. II. p. 290 sqq. ubi constanter, sed mendose nomen profertur Abu Naufel. Atque hunc maxime secutus est Niebuhr, Reisebeschreibung, Bd. II. p. 458 sqq. At de eodem honorifice locutus est de la Roque, cum ipso versatus anno 1688. vid. Voyage de Syrie et du Mont-Liban. à Paris. 1732. Tom. II. p. 133. et fere modum excedit in eo celebrando Jesuita aliquis in epistola ex Antura Parisios missa et edita in Nouveaux Mémoires — Tom. VIII. p. 492 sqq. Ab illo inde tempore familia Cházen principatum obtinet in gente Maronitica. Hinc ipsum etiam Breve apostolicum, ubi qui inaugurationi Concilii intererant enumerantur, dicit p. 515.

والمشايخ والاعيان الخوازنة والحبيشية والاكابر
,المشهورين في كسروان وجبل لبنان

„principes ac magnates Gazeni, Hebaiscii, et aliarum familiarum insignium montis Libani et Antilibani." Ex hac amplissima familia erat Josephus patriarcha, teste Le Quien loc. cit. primus, et haud dubie non postremus.

Locum, ubi concilio habitum fuit, commemoravit Niebuhr, loc. cit. p. 466. „مسبح دوق, vicus cui quatuor sunt templa, haud procul a fluvio Nahr el Caelb. Prope eum est monasterium Maronitarum, monachis et monialibus commune." Monasterium Loweiza hospitium sibi sumserat Ablegatus et secessum, in quo vacaret rebus a se peragendis; prope ibi ab erat ab Aintura, poteratque consilia communicare.

care cum Jeſuitis. Lettre du P. Fromage, loc. cit. p. 376 ſqq.

Locum dictum Antoura, ubi ſedem eamque peramoenam habebant Jeſuitae miſſionarii, deinde etiam ſcholam Maronitis peculiarem, multis commemoravit La Roque, T. I. p. 29. et p. 233. quo teſte fundum illis, poſt medium fere ſaeculum 17, largitus eſt ille, quem patrem habuit Abu Naufel. Scholae illius ortus in libro Concilii p. 497. num. 8. traditur his verbis: „Laudandus quoque eſt maximopere filius noſter dilectus Pater Petrus Ibn Mobárec, Guſtae natus, Jeſuita, للاب بطرس ابن مبارك الغوسطاني الايسوعي, alumnus Collegii noſtri Maronitici (Romani), famam conſecutus doctrina et religione per orientem et occidentem, qui pro filiis noſtri ritus condidit noſtro aevo Scholam novam penes nos in vico عينطورا in provincia Keſrowan, et reditus illi aſſignavit pro alendis diſcipulis, eamque tradidit gubernationi Jeſuitarum Miſſionariorum, certis tamen legibus, quibus cavetur juribus noſtri ritus Maronitici." Qui ad edenda Ephraem Syri Opera omnia, VI Tomis fol. Romae 1742. ſqq. operam contulit, et Syriaca recenſuit vertitque latine, Maronita Petrus Benedictus, dictus etiam Petrus Benedicti, P. de Benedictis, vulgariter: Pietro Benedetti, P. de' Benedetti, nec non P. Ambarachio, vid. Lettera del Canonico Bandini, pag. 63. et 67. videtur ſane non alius eſſe, quam ipſe idem بطرس ابن مبارك quem laudavit Concilium De illo qui retulit Steph. Evodius Aſſemani, in Praefat. ad Ephraem Syri Operum Syr. et Lat. Tom. III. his uſus eſt verbis p. XII. „Guſtae in Phoenice anno 1663. menſe Junio ex patricia gente natalia duxit Petrus

trus Benedictus, Arabice امبارك Ambarachius nuncupatus. Anno 1672. Romam missus in Maronitarum collegio rel. —

Exstinctus cum fuerit ordo Jesuitarum anno 1773. sui juris facere et Scholam et ejus reditus poterant Maronitae. Quid factum sit, nobis haud constat. Volney, Reise P. II. p. 133. de Antura olim Jesuitarum sede verba faciens, haec tradit: Seminarium quoque instituerunt Jesuitae pro recipiendis discipulis Maronitis et Latino - graecis, at vacuum illud permansit: in eorum locum successerunt Lazaristae, alentes nunc ibi parochum cum fratre laico, qui missionem curant amanter, honeste et decenter. Discipulos defuisse Scholae, et mirum videri debet et absonum ab eo, quod in Concilio dictum: remotis autem Jesuitis nunc vacuam relictam esse Scholam non est quod dubitemus. Caeterum non est quod mireris, eundem in commemorandis libris in monasterio Mar-Hanna excusis mentionem nullam fecisse libri Concilii: nam post ejus commorationem in monasterio demum suscepta est editio. Sed illud excusationem vix habere videtur, quod Niebuhr ne nomen quidem commemoravit monasterii, plane ignarus, ut videri possit, institutae in eo typographiae, tum quum ipse haud procul abesset a loco nequaquam otiosae.

311. Sanctissimi Dni nostri Pii, Papae Sexti, litterae in forma Brevis, ad venerabiles fratres Archiepiscopos et Episcopos ac dilectos filios, Clerum saecularem et regularem, Magnates, universumque populum nationis Maronitarum, super reintegratione in suam sedem Antiochenam reverendissimi Dni Josephi Petri de Stephanis, Patriarchae Maronitarum. Romae 28. Sept. 1789. arabice et latine, pagg. 23. in 4.

Ara-

Arabica inſcriptio haec:

رسالة سيدنا الكلي القداسة بيوس البابا
السادس بصيغة بريفه الي الاخوة الموقرين
المطارين الاساقفة والابنا المحبوبين الاكليروس
العلماني والقانوني والاراكنة وجميع شعب
الطايفة المارونية بخصوص تجبيع السيد
الكلي الاحترام يوسف استفان بطريك الموارنة
الي كرسيه الانطاكي

Pag. 7 ſqq. traditur Confeſſio Joſephi patriarchae, arab. et italice, ex qua temperare nobis non poſſumus, quo minus recitemus haec:

انني انا المدون اسمي ادناه ان قد استنرت
من النعمة الالهية وارتشدت من مراسيم السدة
الرسولية الرومانية المقدسة ام ومعلمة جميع
كنايس التي منها يفيض نور الحق لكل
المسكونة اقر واعترف بغلطاتي البالغة
وباعتقادي الباطل الذي صدر مني في
انخداعي وقداسة هندية الغاشّة اعني حنه
عجيمي راهبة دير بكركه الكاين في جبل
كسروان المحسوبة بباسسة اخوية قلب يسوع
الاقدس: ولذلك انني اوافق واقبل المرسوم
الاول مرسوم مجمع انتشار الايمان المقدس
المحرر

المحرر في (25) ١٥ حزيران (1779) ١٧٧٩ المويد والمثبت من سيدنا الحبر الكلي القداسة البابا بيوس السادس. ثم انني اقرر واعلن بان المذكورة هندية كانت مخدوعة بخباثة واضحة وان تخيلاتها واوحيتها ونبواتها المفتخرة بها وجميع ارايها الجديدة المستغربة في المواد المقدسة لاسيما اتحاد جسدها ونفسها مع جسد ونفس سيدنا يسوع المسيح فهذه جميعها كانت باطلة اختراعية ذات وقاحة ولها قلما يكون رايحة الارتقة:

ولذلك فانني ارفضها وامقتها واردها كما انني اعترف ايضا واوضح بان القول في دخول اخوية البنايين الملعونة في الطايفة المارونية وفي دير بكركة المقدم ذكره هي باطلة بالكلية مخترعة بعدم التقوى ولهذ انني ارجع ناقضا كل اعتقادي السالف بمثل هذة الخداعات والتهمات النفاقية وابطل والاشي كل فعل قد اظهرت واشهرت به اشيا مثل هذة وعلي الخصوص منشوري العمومي المحرر في (17) ١٧ ايار (1777) ١٧٧٧ وكل ما صدر مني لتاييد وتصديق مثل هذه الاشيا المردولة *

ثم

ثم انني اقرر ايضا واعلن باني اوفر واقبل وبقدر ما يمكنه ان يخصني بان اقوم بتكميل المرسومين الاخرين المبرزين من مجمع انتشار الايمان المقدس في اليوم عينه اي الخامس والعشرين من حزيران ١٧٧٩ والمثبتين ايضا من قداسته . ففي الاول منهما قد بطل وتلاشي قانون الرهبنة والاخوية المقامة تحت اسم قلب يسوع الاقدس الماسسة والمرتبة من الراهبة المقدم ذكرها هندية او حنة عجيمي .

وفي الثاني قد برزت الحكومة ضدي بالمنع عن كل سلطان وتصرف بطريكي الي حينما يشا قدس سيدنا البابا بيوس السادس . ثم انه بالمرسوم المذكور يامرني بان احضر الي رومية لكي اجاوب امام قدسه عن ذنوبي السالفة . واما انا فدلالة عن سرعة تقدمة الطاعة لقد كنت حضرت بطيبة الخاطر وقد كنت باشرت ايضا السفر لو لم تمنعني امراضي المداومة ولكن بعد ان ارسلت قصادي عوضا عني فبرافة الاب الاقدس قد انعفيت عن الحضور بشخصي واني اعلن كاين مطبع بان اقبل بطيبة خاطر القيام تحت هذا الرباط الي حينما

حينما يرتضي قدسه ان يحلني ويعفيني منه .
ومن ثمه انني اقبل حسب نص المرسوم نفسه
بان يكون في يد السيد ميخايل الخازن
مطران فيسارية السلطان والتصرف البطريكي
مدة دوامي تحت الرباط *

Jo ſotto ſcritto, illuminato della divina grazia, e iſtruito dai decreti della S. Sede Apoſtolica Romana, madre e maeſtra di tutte le chieſe, da cui ſe diffonde in tutto il mondo la luce della verità, riconoſco, e confeſſo i miei paſſati errori, e la mia falſa credenza preſtata alle illuſioni, e falſa ſantità di Endie, o ſia Anna Agemi, monaca del monaſtero di Becorche nel Chesroano, preteſa fondatrice dell' iſtituto del SSmo Cuor di Geſù; e perciò, aderendo ed accettando il primo decreto della S. Congreg. di Propaganda del di 25 giugno 1779, confermato ed approvato dal SS. noſtro pontefice Papa Pio VI. dichiaro, e proteſto, eſſere ſtata la detta donna manifeſtamente, e maliziosamente illuſa, e le ſue immaginazioni, rivilazioni, e vantate profezie, e tutte le ſue nuove, eſtraordinarie opinioni in materie ſagre, eſpecialmente il unione del di lei corpo ed anima col corpo ed anima del noſtro Signor Geſù Criſto, eſſere ſtate falſe, finte, temerarie, erronee, e che ſanno per lo meno di ereſia:

onde le deteſtò, le abomino, e le rigetto: come altresì confeſſo e dichiaro, eſſere ſtata una mera calunnia empiamente inventata dell' introduzione nella nazione Maronita, e nel ſopradetto monaſtero di Becorche della dannata ſetta de' liberi muratori, e perciò ritratto ogni mia paſſuta credenza à ſi fatte illuſioni, calunnie ed impietà, e richiamo, e revoco ogni

ogni mio atto, con cui ho spacciate e publicate simili cose, e specialmente la mia Enciclica segnata il dì 17. maggio 1777, e ogni altro atto, con cui abbia potuto accreditare, e dar fede a sì fatte abominazioni.

Dichiaro parimente, e protesto di venerare, accettare, e quanto potrà da me dipendere, di eseguire gli altri due decreti emanati della S. Congr. di Propaganda sotto lo stesso giorno 25. giugno 1779, e confermati pure da S. Santità, col primo de' quali è stato giustamente soppresso ed abolito il preteso istituto monastico, e la confraternità sotto il nome del SSmo Cuore di Gesu, fondati e istituiti dalla sopradetta monaca Endie, o sia Anna Agemi;

e coll'altro è stata contro di me pronunziata la sentenza di suspensione da ogni potestà e giurisdizione patriarcale, da durare ad arbitrio della Santità di nostro signore Papa Pio VI., commandando mi si eziando in detto decreto di portarmi à Roma per render ragione alla Santità Sua de' miei passati trascorsi, e ove io in segno di pronta ubbidienza, mi sarei volentieri portato, e ne avevo anche intrapreso il viaggio, si le mie abitnali infirmità me lo avessero permetto, e da cui, dopo avervi mandati in mia vece i miei ablegati, per clemenza e benignità del S. Padre ne sono stato dispensato: dichiarandomi qual figlio ubbidiente di accettar volentieri, e di restar soggetto alla stessa pena di sospensione, fino a tanto che piacerà alla Santità sua di assolvermene e liberarmene, riconoscendi intanto à norma dello stesso decreto in Monsign. Michele Gazeno Vescovo di Cesarea la potestà, e la giurisdizione patriarcale, durante la mia sospensione.

Ita pro imperio statuit de rebus Maronitarum Pontifex Romanus. Quod qui Patriarchae, dum abstinendum ipsi erat a muneris auctoritate, vices gere-

bat

bat Caeſareenſis Epiſcopus, eſſet de familia Gazen, principatum tenente, ſuſpicioni locum facere poſſit, non ſine fraudibus invidiisque contra patriarcham nimis incautum rem peractam fuiſſe. De foemina iſta Hendia, h. e. Iuda, vid. Volney, Reiſe T. II. p. 18 ſqq.

312. Manuductio firma ad fidem veram. Viennae, ex officina Joſ. Kurzböck. 1792. Fol. pagg. 431. praeter ea quae ſunt praemiſſa.

Sunt vero praemiſſa haec: Effigies Patriarchae graeci Hieroſolymitani, Anthimi, in veſtitu pontificali ſellam ſuam occupantis. Formula, quae excudendi libri veniam largitur, ſcripta latine et arabice. Praefatio auctoris Patriarchae, de opere ſuo firmandis ſui coetus hominibus in Palaeſtina, nonniſi arabico ſermone utentibus, ſcripto a ſe dum epiſcopus eſſet Scythopolitanus, verba facientis modeſte, et dicentis, „ودعوتهُ الهادية القويمة الي الامانة المستقيمة, et adpellavi illud Manuductio firma ad fidem rectam." Patriarchae mandatum, ſcriptum Parthenio, filio ſpirituali, hujusque obſequioſum reſponſum. Summa rei haec: Conſcripſit Patriarcha librum ſuum ſermone graeco, eumque ipſe convertit arabice pro ſua ſermonis facultate, at quod ipſe minus verſatus eſſet in puriore arabiſmo, بما اننا غير عالمين الصرف الاعراب في اللغة العربية, multisque praeterea aliis negotiis, etiam ſaecularibus, nunc occupatus, voluit Parthenium ſtudioſe omnia recognoſcere, atque ad ſeverum dicendi genus exigere, ne quid ſuperſit quod lectori poſſit diſplicere. In calce libri ſignificatum, excudendi libri finem factum eſſe die 16. Novemb. ann. Chr. 1792. in urbe Vienna, وفيينا,

فجينا, impreſſum eſſe librum prima vice, حديثًا, in typographia Domini Joſeph كرجيك, Anthimi Patriarchae expenſis, وقد كان المعتمد على طبعه وتصحيحه العبد الذليل في طغمة الكهنة المتوحدين . . . بابا برثانيوس قسطنطين حلبي الوطن وارثوذكسي الراي „et commiſſam ſibi habuit curam edendi et corrigendi ſervus vilis ex ordine (τάγμα) ſacerdotum monachorum . . . . Papa Parthenius Conſtantin Halebenſis patria, orthodoxus doctrina." Addidit; Sicubi vocalis ſit loco non ſuo, non tribuendum hoc eſſe editoris ignorantiae arabismi, ſed mendum vel non fuiſſe obſervatum, vel ortum ex imperitia operariorum, qui ſicubi exciderit e ſuo loco littera vel vocalis, haud ſcitent quo pertineat.

Praemiſſus quoque eſt index partium capitumque. Partes operis ſunt quinque. Quinta p. 359. inſcripta eſt في سبعة أسرار الكنيسة „de ſeptem Sacramentis Eccleſiae," eſtque haec una quaeſtionibus et reſponſionibus diſtincta. Viſum eſt recitare quaedam ex cap. 12. de Sacramento Evchariſtiae, القداس, ut conſtet quid noſtro aevo ſtatuat eccleſia graeca orientalis.

سؤال ما هو القداس جواب انّ القدّاس هو قوّة الهيّة فاعلة بواسطة الكهنة المستقيمي الراي فـقـط محوّلة الخبز والخمر وناقلة ايّاهما الـى

الي جسد ودمّ المسيح بطلبات القدسية
وتكميل حسن ترتيبة مسلّم من المسيح الاله

„Q. Quid eſt al Kaddâs? Reſp. Eſt vis divina operans mediantibus ſacerdotibus, ſed orthodoxis, mutans panem et vinum, et convertens in corpus et ſanguinem Chriſti, rogationibus ſacris et peragendo ut par eſt ritu ejus inſtituto a Chriſto, Deo.“

سوال مَن هو الذي سَلَّمَ القدّاس جواب
اننا قد سمعنا بالقول انّ ربّنا في مساء
الخميس ذاك المساء الذي قد ازمع به ان
يسلّم للصلب اخذ خبزًا وخمرًا وحوّلهما الي
جسده ودمّه واوصي تلاميذه قايلًا هذا
اصنعوه لتذكاري

„Q. quis eſt qui inſtituit al Kaddas? R. Dominus noſter, ut jam dictum eſt, veſpera feriae quintae, ipſa veſpera qua conſtitutum habebat tradere ſe in crucem, ſumſit panem vinumque, et mutavit utrumque in corpus ſuum et ſanguinem ſuum, et praecepit diſcipulis ſuis, dicens: facite hoc in mei memoriam.“

سوال انّ الخبز والخمر كَيْفَ يستحيلان الي
جُسَد ودمّ المسيح جواب بما انّ المسيح
لم

لم يزل الهًا قادرًا علي كُلّ شيءٍ يقدر ان يصنع كُلّ مَا يشاء لانَّـهُ في البدء قال ليكن نورًا فكَانَ قَال ليكن جلدًا وَكَانَ بكلمة الربّ تشدّدت السموات وبروح فيه كُلّ قوّاتها

„Q. panis et vinum quomodo convertunt fe in corpus et fanguinem Chrifti? R. eo quod Chriftus nunquam non eft Deus omnipotens, perficere valet quidquid vult. In principio dixit: fiat lux, et facta eft lux; dixit: fit firmamentum, et fuit. Verbo Domini firmatum eft coelum, et fpiritu oris ejus omnis ejus copia" (Pf. 33, 6.) rel.

سوال سلّمنا حينئذٍ انَّ المسيح بما انّهُ الله كُلّي القدرة نقل الخبز والخمر الي جُسدهِ ودمهِ بقدرته الالهيّة ولكن كيفَ يقدُر الان الكاهن عُلي هُذا الفعل جواب انَّ الكاهن مـا يصنعُ الاستحالة بل يصنعها المسيحُ ذاتهُ بواسطة تضرّعات الكاهن مثال ذلك انَّ اللّه مرّة واحدة قال لتنبت الارض عشب بقلٍ وما يتلوهُ ومن ثُـمَّ الي الان وحتّي الانقضاء عند حلول المطر

المطر تخرج الارض نباتها كذلك مرة واحدة قال هذا هو جسدي وهذا هو دمي هذا اصنعوه لتذكاري الي ان آتي فمن ذلك الحين الي الان وحتي الي ان ياتي يصير ذلك بواسطة تضرعات وطلبات الكهنة وباستدعاء حلول الروح الكلي قدسه بمنزلة هطل المطر تستحيل الموضوعات الي جسد ودم المسيح ولكن هذا ما يصير بغير وساطة الكاهن لان الله يبتغي معاملة الناس ليس لعدم قدرة فيه بل لاجل اكمال البشر واعطاهم قوة مثل هذه ليجود باحسانه اليهم „ „

„Q. Cognovimus, Christum quod sit Deus omnipotens, convertisse panem et vinum in corpus et sanguinem suum potentia sua divina: at quomodo possit nunc idem perficere Sacerdos? Resp. Sacerdos non est qui efficit mutationem, sed efficit eam Christus ipse mediantibus supplicationibus Sacerdotis. Simile est hoc, Deus semel dixit Genes. 1, 11. producat terra herbam oleris et quae sequuntur, et ex eo usque adhuc et usque ad finem terra superveniente pluvia producit plantas suas. Sic semel dixit: hoc est corpus meum,

meum, hic est sanguis meus, hoc facite in mei memoriam donec veniam: et inde ex eo adhuc et donec venerit fiet hoc, mediantibus supplicationibus et rogationibus sacerdotum, et in vocatione descensus spiritus Sancti, loco stillantis pluviae, ut convertant se subjecta in Corpus et sanguinem Christi. Sed non fit hoc nisi mediante sacerdote, quoniam Deus utitur opera hominum, non quod ipsi vis deficiat, sed ut perficiat homines, tribuatque illis ejusmodi vim, ad comprobandam illis suam beneficentiam."

Vid. quae de libro tradita sunt breviter ab Altero, Prof. Viennensi, in Memorabilien, von H. E. G. Paulus, V. St. 1793. p. 197. et copiosius in Götting. Anzeigen, 1793. 164. St. p. 1644.

313. كتاب مرشد الخاطي في سر التوبة والاعتراف

„Dux peccatoris in sacramento poenitentiae et confessionis," in Monasterio Mar Hanna. 1794. 8. Editio altera. pagg. VIII. et 285.

Ex praefatione cognoscuntur haec: Pater Petrus Fromage, Jesuita (سليل الرهبنة اليسوعية alumnus ordinis Jesuitici) et Missionarius, motus zelo divino et amore fratrum, convertit ex italico sermone in arabicum hoc opusculum, cujus auctor est الانبا بولس سينيري „praeful Paulus Segneri" Jesuita; et absolutum fuit opus, puto versionis, in urbe Haleb anno Chr. 1739. vid. num. 282. Praefationi subjuncta est formula, qua liber dicitur secunda vice excusus, permissu Superiorum, opera Monachorum in monasterio Mar-Hanna anno 1794. Prima editio facta

facta anno 1747. Volney, loc. cit. Tom. II. p. 146. auctorem libri dicit Ludovicum de Granada. Et cognitum est opusculum, inscriptum: Dux peccatorum R. P. Fr. Ludovici Granatensis ordinis S. Dominici, opusculum per Michaelem ab Isselt, ex lingua Italica in Latinam nunc recens conversum. Coloniae 1587. 12. Sed qui arabice editus est liber, auctorem habet Paulum Segnerium, et exstat in ipsius Operibus, Tom. II. p. 946. inscriptus, Il Penitente à ben confessarli.

314. Opusculum, quo labefactatur auctoritas Mohammedis, et fides in Jesum Christum commendatur, pagg. 31. Octav. maj. inscriptum

خطاب من صديق للمسلمان

h. e. „Sermo amici ad Moslemos,"

totum arabicum, at vero paginae postremae infimo loco referens haec verba:

A. Wilson, Printer, Wild Court, Lincoln's Inn Fields, London.

Typis vero descriptum est anno 1805. curante societate Missionum Edinburgensis et opitulante Londinensi Societate Missionum in Africa et Oriente. Auctoris nomen Brunton. Relationes, Londini anno 1802. singulis mensibus vulgari coeptae, inscriptae, The Christian Observer, mens. Apr. 1805. haec tradunt pag. 256. Tartary. Mr. Brunton is at present engaged in translating the Scriptures in the Turkish language, which is much spoken in the districts near Karass. An Arabic tract which he drew up, in order to expose the delusions of Mahommedan superstition, is printing for distribution

bution among the Mussulmen, who are very numerous in that quarter. Menf. Aug. pag. 506. haec dicta: Mission Society for Africa and the East. The Society has been at the expence, in conjunction with the Edinburgh Society, of printing an Arabic tract against Mahommedanism written by the Rev. Mr. Brunton, now a Missionary in Georgia, which it is intended to distribute in Africa. Et menf. Septemb. pag. 574. haec sunt relata: In the month of May last, four Missionaries sailed from Leith to join their brethren in Tartary; two of whom had previously been taught the Russian language, and the art of printing. = A printing press and font of Arabic types, 750 copies of an Arabic tract written by Mr. Brunton against Mahommedanism and printed in London, 25 copies of the Arabic New Testament, and of an Arabic abridgement of the Bible, obtained from the venerable Society for promoting Christian Knowledge, together with a great variety of necessary articles, were sent out about the same time. – Non itaque prorsus exhausta erant exempla Compendii ann. 1728. (num. 275.) et Novi Testamenti ann. 1727.

Parum vero credibile nobis videtur fore, ut benevolentissimo consilio eventus respondeat. Non ea est ratio opusculi, ut captare animos et delinire queat Moslemorum. Neque enim caute et prudenter concinnatum est, neque commendationem habet sermonis compositi ad indolem genuinam linguae arabicae: accedit, quod cujus erat typographi menda tollere, permulta reliquit intacta. Exordium excipiunt pag. 2. haec: „Compluribus de causis non amant Christiani fidem Mohammedicam, earum nonnullas commemorabimus, quod

quod non perfecit Mohammed mirandum quid ut comprobaret ſeſe legatum a Deo," من اجل اسباب كثيرة لا يحب المضرانون الامانة المحمدية فان كرها قليلا in quibus المضرانون poſitum eſt pro النصرانون, et فان كرها pro فانكرها. Saepiſſime disrupta ſunt quae continenter eſſent exprimenda, veluti mox ab initio قصد, قني „crede mihi."

Pag. 20. colligit auctor ſummam dictorum a ſe in Muhammedem: his uſus verbis, قد كلمتك يا صاحبي بالنبي العربي اما هو فلا عمل عجايب اصلا . . . adhuc locutus ſum tibi, amice, de propheta arabe, haud feciſſe eum miracula ut probaret ſe legatum a Deo, ſectatum vero eſſe opes mundanas, primo uxorem duxiſſe opulentam, hac mortua duxiſſe filias virorum opulentiorum in Arabia, ut parentes earum conciliaret novae religioni, per ipſas eum evaſiſſe potentem, affirmaſſe eum, ſibi non eſſe nefas ſolvere omnes mores bonos et decentes ut ſatisfaceret ſuae libidini, obfuiſſe mercaturae, ſpoliaſſe iter facientium coetus, rem habuiſſe cum feminis compluribus, affirmantem ſibi a Deo permiſſas eſſe, trucidaſſe adverſarios ſuos, ſitiiſſe eorum ſanguinem, et ſi non occiderentur lacrymas fudiſſe, diremtas a maritis uxores, filias a parentibus vitiaſſe, perfidiam conſtituiſſe ut legem, vaſtaſſe gentem ſuam, invaſiſſe per caedes et ſanguinem imperium, pollicitam eſſe opes magnas ſuis adjutoribus. Sed nunc dicam tibi de propheta Chriſtianorum magno; miſſis

missis spectaculis scortationis, violentiae, violatae fidei, et caedis, cogitemus de virtutibus Christi, quem venerantur Christiani supra prophetas omnes. caet.

315. Epistola orthodoxa ad orientales de Incarnatione adversus Jacobitas, Coptos, Armenos, Syros, et Aethiopes. Arabice, typis Congreg. de Prop. Fide. 8. sine anni indicio.

„Cusa est curante Ludovico Belluga S. R. E. Cardinale, et multae fuit utilitatis orientalibus christianis.“ Verba sunt Amadutii, in nota pag. 11. Catalogi ann. 1773.

316. Sales s. Franciscus. Introductio ad devotam vitam. 8.

His iisdem verbis librum commemorant catalogi ann. 1773. 1782. 1793. Putem, Francisci Salesii, s. de Sales, Episcopi Genevensis, 1665. ab Alexandro Pontifice inter Sanctos et deprecatores relati, librum esse, in usum Orientalium arabice conversum.

CLAS-

CLASSIS V.

B i b l i c a.

V. Bibliica.

317. Epiſtola Pauli ad Galatas, item ſex primaria capita chriſtianae religionis arabice, quibus ad finem adjunctum eſt compendium grammatices arabicae, authore RUTHGERO SPEY Bopardiano, eccleſiae Schonavienſis, quae ſupra Heydelbergam ex Gallis colligitur, paſtore – Heidelbergae excudebat Jacob Mylius. 1583. 4.

De hoc libro quamquam copioſe retulit Hirt, oriental. und exeget. Bibliothek, T. I. p. 1 – 23. neglexit tamen tradere, arabica omnia non fuſis typis, ſed formulis ex ligno ſculptis ligneisque tabulis eſſe expreſſa. Quod vero ipſe tradit pag. 20. „extremo libri folio conſpici aliud alphabetum arabicum, proxime accedens ad Mauritanicum et a noſtro diverſum, at ob uſum in legendis manuſcriptis probe obſervandum," vanum eſt ac inane: ſiquidem vel caſu accidit vel incogitantia, ut arabici typi, ligneae tabulae incisi, inverſo habitu exprimerentur, latinis hebraicisque, qui illis reſpondeant, ordinem ſervantibus; librum igitur ſi invertas, ut ſupra habeas quae infera ſunt, easdem plane figuras arabicas conſpicias, quales exhibet alphabetum poſitum in limine grammaticae, his tamen nonnihil minores: at Mauritanici litterarum generis nullum hic veſtigium.

Praefationem ſcriptam Schonaviae prope Heidelbergam anno 1583. menſe Julio excipiunt epiſtolae duae hebraicae ad editorem, minus pure et emendate

 typis

typis descriptae. Altera, arabici nonnihil interspersum habens, Jacobi Christmanni est, scribentis ביום קך (littera ק 100 posita pro כ 20) die 26. mensis Decembris: Duo mihi sunt pergrata, primum quod versionem ex arabico in latinum abs te factam esse cognovi, deinde quod constitueris opus excudi et publici juris fieri. In eo sum ut in patriam proficiscar, sed ubi brevi rediero ad te veniam, et ex tuis manibus istam versionem accipiam. Deinceps hoc conjunctim agemus, ut ex arabicis libris, qui nobis praesto sunt conficiamus seriem radicum, (h. e. vocabularium). Equidem omnem dabo operam ad perficiendam grammaticam arabicam typis arabicis, nec seponam quae adhuc concinnavi: quum in lucem prodierit opus meum, tui nominis honorificam mentionem faciam in praefatione. – Quae quidem dicta putaverim non de Alphabeto arabico, edito ann. 1582. sed de ampliore pertractatione, cujus certam spem fecisse eum intelligas ex dictis illius, relatis in Hirt's Biblioth. T. III. p. 9. Altera Christophori Hammeri est, rogantis velit sibi suae grammaticae arabicae copiam facere. Scripta est in urbe יינא, non Viennae, ut ven. Adlero visum est, Biblioth. Bibl. p. 136. sed Jenae, die XI. mensis Ab, anno Chr. 1582. De Hammero nonnulla refert Epistola ad Martin Crusium Tubingensem missa a Jo. Thalio Nordhusano 4 Jan. 1583. inter alia scribente etiam haec: brevi grammaticam arabicam edet cum epistola ad Galatas arabice versa, cujus primam paginam habeo, Ruthgerus Spey Bopardianus. – Edita est haec epistola in Nachrichten von ehemaligen Lehrern der hebr. Litteratur in Tübingen 1792. p. 231. Eodem loco, p. 241 sq. etiam Mich. Neandri ad Hammerum epistola descripta est, quod putaretur inedita esse. At novimus nunc, eandem dudum editam exstare in libro: Mich. Neandri orbis terrae divisio compendiaria. Witebergae. 1594. 8. p. 39–56.

De·

De rebus Ruthgeri Spey nihil constat. In hebraicis chaldaicisque praeceptorem se habuisse Immanuelem Tremellium, ipse profitetur in praefatione: in arabicis discendis ipsum non minus ac Jacob. Christmannum usum esse Francisco Junio, perquam credibile.

o Psalterium Syriacum, cum commentario carschiunico-arabico. Typis Monasterii St. Antonii de Kuzaja Montis Libani. 1585. fol.

Maschii haec verba sunt, Part. II. vol. 1. p. 67. teste usi Assemanio. Et sane Assemanius, Catalog. biblioth. Medic. Laurent. p. 71. non p. 51. referens MS. Psalterium Davidis arabicum, e Syriaco conversum cura et studio Georgii Archiepiscopi Nicosiae, Syro Maronitae, perhibet: „Carsciunica haec Psalmorum interpretatio prodiit in folio cum textu syriaco typis Monasterii Sancti Antonii Abbatis de Kuzaja, Montis Libani, anno Christi MDLXXXV. sub auspiciis Sergii Risii, Maronitarum Patriarchae quadragesimi quarti, et Josephi Katheri, de familia Assemanorum, Montis Libani Administratoris." Repetiit haec Simon Assemani, prof. litterarum orientalium Patavinus, in Catalogo de' Codici manoscritti orientali della bibliotheca Naniana, Parte prima in Padova 1787. 4. p. 8. ejusque auctoritate usus est celeb. de Murr, von Syrischen, Samaritanischen und Koptischen Typen, Num. XVII. der litterarischen Blätter, Nürnberg, 27. Apr. 1805. — At sunt, quae dictis fidem habere nos prohibent.

1) Credibile haud est, jam anno 1585. in Libano monte locum habuisse typographiam. Ne Romae quidem novimus librum syriacis typis excusum fuisse anteriorem illo, qui prodiit anno 1584. vid. Num. 284.

2) Hie-

2) Hieronymus Dandini e Societate Jesu, anno 1596. ablegatus a Clemente VIII. ad Maronitas, eorumque synodum habitam a Sergio Risio, Patriarcha, qui Maronitis praefuit ab anno 1581. usque ad obitum 1596. moderatus, tantum abest ut psalterii alicujus editi apud Maronitas usum innuat, ut potius, expressis verbis, neget gaudere illos usu commodisque typographiae. Vid. Voyage du Mont Liban, traduit de l'Italien du R. P. Jerome Dandini, Nonce en ce pais-la. 1685. pag. 86. „Ils (les Maronites) n'ont point l'utilité, n'y la commodité de l'Imprimerie, non plus que dans tout le reste du Levant." – Qui librum gallice convertit suisque animadversionibus locupletavit, Richard. Simon, et ipse putandus est illam Psalmos editionem penitus ignorasse.

3) Ignoravit certe hanc editionem Abrahamus Ecchellensis, Maronita. Edidit librum, inscriptum: Tractatus continens catalogum librorum Chaldaeorum, tam ecclesiasticorum quam profanorum, auctore Hebed Jesu Metropolita Sobensi, Latinitate donatus, et notis illustratus ab Abrahamo Ecchellensi, Syriacae linguae in almo Urbis Gymnasio publico lectore. Romae, typis S. C. de propaganda fide. 1653. 8. de quo copiose refert Rich. Simon, Nouvelle Bibliotheque choisie, T. II. cap. 18. p. 275 – 305. Bootio, Anglo, asserenti, „unicum hominem, Gabrielem Sionitam, proprio marte et consilio apparatum vocalium (syriacarum) primum invexisse (in edita ab eo versione syriaca in Bibliis polyglottis Paris.) ac ante illum omnibus omnino Syris insuetum fuisse, nec in ullo unquam codice conspectum," ut responderet, praeter alia haec opposuit p. 117. „An etiam Psalmorum liber typis excusus in monte Libani ab illustrissimo viro illo Sergio Risio Archiepiscopo Damasceno, multis ante Sionitae editionem annis, immo ante natum Sionitam, suis careat vocalibus?" – Sergil

gii Risii, Archiepiscopi Damasceni, nomine dicto non potest non innuere eam, quae prodiit anno 1610. editionem. Sed quod hanc factam asserit. „ante natum Sionitam," praecipitantius dictum. Obiisse Sionitam anno 1648. annos 71 natum, perhibet auctor libri, Mémoire historique et littéraire sur le College Royal de France, Part. III. p. 100. natus igitur erat anno fere 1577. quo anno jam exstitisse editionem aliquam in Libano monte factam sane non erit qui sibi patiatur persuaderi.

Assemanio autem ista tradenti hoc videtur accidisse, ut, quod ad Sergium Risium, Archiepiscopum Damascenum, pertineret, cupide referret ad Sergium Risium, Patriarcham, annumque 1585. comminisceretur ipse ex ingenio.

318. Evangelia quatuor. Romae 1591. folio.

Duplex editio exstat, I. mere arabica, II. arabica et latina.

I. Editio mere arabica in exemplo, quod ipsi oculis usurpavimus, exhibet inscriptionem, primo arabicam, deinde latinam, hanc: „Evangelium Sanctum Domini nostri Jesu Christi conscriptum a quatuor Evangelistis sanctis id est, Matthaeo, Marco, Luca et Johanne." Romae, In Typographia Medicea. M D XC. Praefatio nulla; primi ipsius, quod inscriptionem refert, folii paginâ altera mox incipit Matthaei evangelium; desinit textus Johannis p. 368. media, subjunctis his verbis:

مطبوعة بمدينة روما بطبعان غران دوقا
في سنة الف وخمساية واحدي وتسعون مسيحية
1591.

h. e. excusum in urbe Roma in typographia Gran Duca (Magni Ducis, Ferdinandi I.) anno mille-

millesimo et quingentesimo et nonagesimo primo Christi.

Romae, in typographia Medicea. Anno 1591.

II. Editionis arabicae unacum latina versione lineis arabicis interposita non una eademque est in exemplis omnibus facies, licet unius editionis omnia esse dubium haud sit. Etenim excudendi libri initium cum fieret, primam paginam, qua Matthaei evangelium incipit, placuit signare numero 9, proximam numero 10, et sic deinceps. Cujus rei causa erat haec, quod constitutum esset, absoluto operi praeter solennem titulum praefigere quoque epistolam, qua Principi cuipiam seu Regi munifico illud nuncuparetur, et negotium omne commendaretur ab editore, Jo. Bapt. Raymundo. Testis est Abbas Caesar Malanima in Bandini Lettera sopra i principj, e progressi della Biblioteca Laurenziana - Firenze. 1773. 12. p. 84. „Questi Evangeliari non hanno la Dedica, perchè si aspettava di farla sotto il nome di un Principe grande e magnanimo." Et haec, quae accedere debebant, visa sunt absolvi posse foliis 4 seu paginis 8. At mutata rerum conditione successu caruit illud consilium, nec quidquam vel epistolae vel justi tituli accessit. Neque vero exemplorum copia omnis ita pressa et luci subtracta est, ut nulla evolare atque in aliorum potestatem pervenire possent. Igitur

1) deprehenduntur exempla, vel titulo prorsus destituta, vel externo folio munita, quod exhibet tituli loco haec verba: „Sanctum Dei Evangelium Arab. Lat." Postremi quaternionis pagina penultima exstat admonitio Typographi nomine scripta haec: „Typographus lectori. Rem arduam et admodum difficilem in hac Thypographia (sic) aggressi sumus, Benigne Lector, quippe quae inusitata et nova est, et adhuc nostris majorumque nostrorum temporibus non

non uiſa, impreſſionem nimirum librorum Arabum, Syrorum, Perſarum, Aegyptiorumque, et plurium qui apud pleraſque alias nationes reperiuntur. Quid igitur mirum ſi qua, pauca tamen, in textu arabico quatuor Evangeliſtarum praetermiſſa ſunt errata? cum in Latinis Graecisque, et Hebraeis excudendis libris, quae ars omnibus jam familiariſſima facta eſt, paſſim magnus, et interdum quidem maximus errorum numerus obrepere deprehendatur? Veruntamen habes ea ibi, poſtquam animadverſa ſunt, calamo, uti oportebat, emendata, hic autem, ubi latina adjecta eſt interpretatio, praeter unum correcta ſunt omnia, iludque (sic) eſt غلبا quod pag.: 103. linea ultima inventum ſic corriges, عليا. In Latina quoque translatione pag: 230. lin. 3. aliud erratum comperies, ubi namque ſcriptum eſt, „et conuertet corda patrum in filios, et non obediunt ad ſcientias juſtorum" etc. legendum eſt, „et conuertet corda patrum in filios, et eos qui non obediunt, ad ſcientias juſtorum." Quodſi benignus lector nonnulla fortaſſe alia inter legendum errata deprehenderit, quae diligentiam noſtram fefellerint, eum etiam atque etiam oratum uolumus, ut qua poterit ſollertia emendet. His itaque interea laetus fruere dum alia complura in liberalium artium ſtudiis commiſſa nobis ab eo, cui hoc onus incumbit, in lucem propediem emittamus. Vale. Romae. In Typographia Medicea. M. D. XCI."

Ad haec duo ſunt notanda. 1) Erratum illud, غلبا pro عليا, non eſt omnium exemplorum; inter quatuor, quae ipſi vidimus, duo ſunt quae diſtincte exhibent vocem عليا, non calamo ſed typis expreſſam. 2) Quod de arabicis calamo emendatis perhibetur, alii judicent. Exemplum mere arabicum, nobis viſum, et ipſum habet erratum illud غلبا,

pag.

pag. 79. lin. 3. nec vel in hac voce, vel in aliis, quae haud defunt, erratis, calami aliquod veftigium deprehenditur.

2) Sunt, quae hunc titulum exhibent:

اربعة اناجيل يسوع المسيح (fic) سيدنا
المقدسة.

Socrofancta quatuor Jefv Chrifti D. N. Evangelia Arabicé fcripta, Latinè reddita, Figurisque ornata. Romae, Ex Typographia Medicea. MDCXIX. Svperiorum permiffv.

Secundum folium habet dedicationem hanc: „Illuftriffimo, et rever. principi Carolo Madrutio S. R. E. Cardinali ampliffimo. Jo. Antonius Rodolus F. Cum Evangelia Arabico fermone confcripta, denuo excudi curarem, ut quae obrepferant ex Typis errata corrigerem, reliquum erat unum, ut ea Principi alicui viro de more infcriberem. Nec fane in ancipiti diu verfari potui, qui omnia Tibi velut fubditum Domino, communi gentium jure debere me et faterer et vellem. Accedebat, quod Princeps fanctiffimae Religionis opusculum nonnifi religiofiffimum et maximo in terris proximum, hoc eft Cardinalis nomen, neceffe erat prae fe ferre in fronte. Praefefert adeo, tuaeq. clientelae commiffum exit in vulgus; et me Tibi plurimis obftrictum nominibus hoc etiam devinciet; fi meae in te obfervantiae pignus exiguum non afpernaberis. Vale." Tertium folium exhibet effigiem Madrutii; quartum refert Admonitionem illam Typographi, modo recitatam a nobis, omiffis tantum verbis: Romae. In Typographia Medicea. M D.XCI. nec vero eadem abeft in poftremi quaternionis pagina penultima, qualis eft primo typis defcripta.

Quod vero ifte Jo. Ant. Rodolus venditat, Evangelia haec arabica denuo excudi fe curaffe, ut quae obrep-

obrepserint ex Typis errata corrigeret, (ipse in fronte المسيغ ponens, pro المسيح) vanissimum est commentum. Praeterea audacter factum et inepte, quod Admonitionem illam Typographi curaret reponi ante textum, ne sublato quidem postremo folio in exemplis omnibus; Goettingensis bibliothecae publicae exemplum non referre illud, testis est Michaelis, Einleitung in die Schriften des N. Bundes; Ed. 4. p. 446. Exhibet quidem exemplum a nobis cognitum p. 103. lin. ult. علينا, non عملنا, sed in eodem tamen deprehenditur p. 230. lin. 3. erratum illud: „et conuertet corda patrum in filios, et non obediunt ad scientiam justorum.“ –

3) Alia primo folio referunt hanc brevem inscriptionem: Sanctum Dei Evangelium Arab. Lat. Secundum folium inscriptum est primo arabice sed litteris haud scite compositis, deinde latine, sic: Evangelium Sanctum Domini Nostri Jesu Christi conscriptum a quatuor Evangelistis sanctis id est Matthaeo, Marco, Luca et Johanne (absque anni mentione). Folio 3. et 4. Praefatio exhibetur, quam dedit „Florentiae ex Typographeo Linguarum exhoticarum V. Kalend. Julii 1774. Caesar Malanimaeus.“ Praefationis initium hoc est: „Inter Libros, qui duobus fere abhinc saeculis Romae prodierunt ex amplissimo ac magnificentissimo Linguarum exhoticarum Typographeo, quod hortante Gregorio XIII. P. M. aere proprio extruxit Ferdinandus Medices tum S. R. E. Cardinalis, Hic, qui penè ex oblivione erutus nunc iterum Tibi, philarabice Lector, exhibetur, nihil initio tulit praefixum in fronte, nec quidquam ad Eum praefatus est Jo. Baptista Raymundus, eidem Typographeo Praepositus, et earundem Linguarum Interpres clarissimus. Cujus omissionis ea tum ratio fuit, quia, ut ex monumentis constat, in animo haberent (sic) alicui majorum

jorum Gentium Principi dicare, eo consilio, ut pro Ecclesiae bono Linguarum studium in Orbe Christiano promoveretur." – De Rodoli illa praefatione mireris mentionem prorsus nullam injici. – Post haec refert praefationis auctor, vulgari nomine: Abbas Malanima, typographiam orientalem Mediceam, a Ferdinando Cardinale conditam, sed ipso post mortem fratris, Francisci, 1587. facto Hetruriae Magno Duce, remissius habitam, anno 1596. in alienam potestatem transiisse, at tamen a conditoris filio, Cosmo II. anno 1610. recuperatam, posthac Florentiam translatam et in regio gazophylacio palatii veteris collocatam, in hoc loco confusam delituisse, donec Cosmus III. adhiberet Petrum Benedictum Maronitam e monte Libano, ut rem redigeret in ordinem; denique Petrum Leopoldum, Magnum Ducem, voluisse se, Malanimeum, quae Benedictus reliqua fecisset, perficere, ut exterorum precibus pro uno alteroque librorum impressorum exemplo impetrando posset satisfieri. Sese igitur cognito, quo Evangeliorum liber laboraret, defectu, jussum à Domino hanc praefationem adjunxisse. Conf. quae retulit Björnstahl, Briefe, T. II. p. 157. et ven. Adler, Uebersicht der Reise nach Rom. p. 55 sqq. et p. 72 sq praecipue vero, quae de hoc Petro Benedicto, Maronita, a Cosmo III. munere professoris in Academia Pisana ornato, et Jesuitarum societati adscripto anno 1707. tradidit p. XII sq. praefationis suae ad Ephraem Syri operum, syriace et latine Tom. III Romae. 1743. Steph. Evodius Assemanus; ut dictum est superius p. 319.

In hac exemplorum varietate editionem non nisi unam esse eandemque, cum ex his, quae jam dicta sunt, intelligitur, tum confirmatur ipso adspectu cerniturque oculis. Exempla conspirant non universe tantum per singulas paginas lineasque, sed in rebus etiam minimis iisque singularibus constanter conveniunt;

niunt; veluti Erratum illud in latina verſione, pag. 130. lin. 3. „et non obediunt" pro: et eos qui non obediunt, in omnibus idem conſpicitur. In omnibus exſtat p. 318. lin. penult. „ſi ergo fuiſtis fideles in bonis iniquitatis," quod debebat eſſe infideles. Pag. 278. lin. 11. in voce وكان punctum litterae Nun deeſt in omnibus, etiam in mere arabico. Cavendis tollendisque vitiis typographicis permagnam, nec eam irritam curam fuiſſe adhibitam, certum: nec tamen deſunt errata; nobis Evangelii Lucae partem perluſtrantibus praeter leviora, veluti quum Teſchdid loco ſuo non poſitum, vel littera ة punctis duobus ſuperne deſtituta, obtulere ſe haec:

pag. 243. lin. 6. (Luc. 2, ult.) يتشاء, creſcebat, pro ينشاء

p. 258. lin. 3. (cap. 5, 33.) فقلوا, dixerunt autem, pro فقالوا

p. 294. lin. 9. (cap. 10, 40.) فقال لها, dic igitur illi, pro فقل لها

p. 310. lin. 10. (cap. 13, 33.) وعدا, et cras, pro وغدا

p. 314. lin. 1. (cap. 14, 28.) يكلمه, perficiat illam, pro يكمله

p. 322. lin. ult. (cap. 17, 21.) ولا يقولون, neque dicetis, pro ولا تقولون

p. 328. lin. 7. (cap. 18, 32.) يسل, tradetur, pro يسلم

Omnia hac in omnibus exemplis, etiam in mere arabico, eadem, excepto uno loco, cap. 13, 33. quo mere arabicum, p. 246. lin. 15. refert, وغدا وفي اليوم الاتي اذهب, arabico-latina autem habent, وعد وفي اليوم الثالث اذهب.

Editio-

Editionis arabico-latinae exempla facta sunt 3000. teste Assemanio, Biblioth. Medic. pag. 55. et mere arabicae 4000. teste Bandinio, Lettera, p. 84. Idem refert Adler, Reise, p. 73. Er dudum invaluit opinio, in Europa prorsus infrequentes esse hos libros, quod fuerint tantum non omnes delati in terras Orientis. Tradit Bandini, Lettera, dicto loco, haec: „Cum auditum esset, multos Infideles sola Evangeliorum lectione conversos esse, voluit hac caussa aliisque motus Gregorius XIII. P. M. typis describi quatuor millia exemplorum, de quibus mille partim inter Christianos dispensata, partim ad Infideles delata, ut vel vendita, vel gratis concessa facerent ad promovendam religionem christianam.“ — De eventu nobis haud quidquam constat; imagines ligno incisae, in utroque libro eaedem, et affabre factae, certe apud Mohammedanos commendationem habere nequaquam poterant. Illud constare poterat, ex quo prodiit Bandini Lettera, 1773. exempla etiamnum haud pauca superesse Florentiae; et Adlerus singulorum, quo redimi possint, pretium, aequum illud ac modicum, significavit loc. cit. p. 73.

Textus arabicus unde sumtus sit, ignoratur. Servat quidem Bibliotheca Medicea volumen, quod et IV Evangelia complectitur et alios N. T. libros, Syriacum et Arabicum, quod qui scripsit, pro Jo. Raimundo scripsisse se profitetur: sed idem absolutum fuisse dicitur demum anno Christi MDCXI. vid. Assemani Catalog. p. 50. Latinam autem versionem, ad verbum quantum fieri poterat factam, ipsius Raimondi esse dubio caret. Supersunt in eadem bibliotheca, teste Assemanio p. 55. „Acta Apostolorum, arabice e Graeco expressa, cum interpretatione latina Jo. Baptistae Raimondi“ adornata eo consilio, ut et ipsa typis Mediceis exprimerentur.

Liber inſcriptus: Voyage fait dans les Departemens – par A. G. Camus. Paris, 1803 Tom. 2. 12. refert Tomo 2. p. 175. ubi de urbe Douay agitur, haec: On a rassemblé dans une salle particuliére les livres de théologie et les manuscrits. J'ai remarqué parmi les livres imprimés le Pseautier Arabe, avec le latin entre lignes et de figures en bois, petit in-fol. de l'Imprimerie des Médicis, à Rome – Vix eſt quod moneamus, Evangelium fuiſſe, non Pſalterium.

319. Pſalmi ſyriace et arabice. In Monte Libano editi, 1610. fol.

Notitiam libri dedit, poſt Lelongium, Doederlein, Repertor. Eichhorn. Tom. II. p. 158 ſq. exemplo Solgeri, nunc Norimbergenſis publicae bibliothecae uſus, quem ſecuti ſunt alii, Maſch, pag. 121. Eichhorn, Einleitung, 2. Ausg. p 525. 3. Ausg. 610. Roſenmüller, Handbuch, T III. p. 22. Nobis uti licuit exemplo, quod ex privata ſua bibliotheca nobiscum communicavit amiciſſimus Bruns.

Volumen eſt pagg. 260. fol. min. Pſalmis accedunt p. 252. pſalmus 151. Hymnus Moſis Exod. 15, 1–20. Hymnus Eſaiae, cap 42, 10–13. (non ut Döderlein perhibet cap. 44., 23 ſq.) et cap. 45, 8. Hymnus Mariae Luc 1, 46 ſq. Hymnus puerorum domus Chananja, et Precatio Ephremi Syri: et bina poſtrema quidem Syriace tantum, caetera omnia adjectam habent arabicam verſionem, litteris ſyriacis iisque minoribus expreſſam.

Formulam, in ipſius frontis infima ora poſitam, repetitamque ultimae pag. extremo loco, exhibuit Döderlein, repetiitque Roſenmüller, loc. cit. Puram eam integramque nos hic ponimus:

يالحبس

بالحبس المكرّم الكاين في وادي قوزحيا في
جبل لبنان
المبارك علي يد المعلم بسكالي الي وعلي
يد الحقير يوسف ابن عميرة الكرمسدّاني
باسم شماس في تاريخ سنة ا سى ربّا

hoc est: „in Claustro honorato, quod est in valle Kuzaja in monte Libano benedicto, perfecit magister Paschalis Eli et humilis Joseph filius Amimah ex Caram-Sadde, nomine tantum, non meritis diaconus, anno 1610. Domini Jesu Christi."

ربّا brevius expressum pro ربـان . — الخاين, quod Döderlein refert, debet esse الكاين, nec non pro تاريك scribendum تاريخ. Monasterii nomen Assemani, Catalog. Biblioth. Medic. pag. 18. dicit Cuzaja, his verbis: „Monasterium Sancti Antonii Abbatis de Cuzaja." Dandini, Voyage du Mont Liban, 1685. p. 145. 149. 158. dicit Chsaya; Niebuhr, Reisebeschreibung, T. II. pag. 471. Kasheja; Volney, Reise nach Syrien, T. II. p. 24. Kozhaje. Oppidum Josephi natale, quod Doederleinio est Crimisade, ab Assemanio, loc. cit. p. 30. dicitur Caramsadde, arab. كرم سدّي. Nomen حبس de monasterio dictum alio loco nobis se non obtulit, nisi unico, Catalogi Bibliothecae Vaticanae Tom. III. p. 173. الحقير في الكهنة والرهبان غبرال بالاسم حبيس بحبس مار ديماط, „humilis intra sacerdotes et monachos Gabriel, nomine tantum non merito Habis in Habs S. Domitii." Vid. Assemani Biblioth. Orien-

Oriental. Tom. II. Differtat. de Monophyfitis pagina fignata t. „Alii monachi funt vel in cella inclufi, vel fupra columnam pofiti. Inclufonum primus Eufebius legitur apud Sozomenum, Hift. Ecclef. lib. 6. cap. 23, qui eum fcribit juxta Carras fponte fua inclufum monafticae philofophiae vacaffe: idque inftitutum hucusque a Syris obfervatur, apud quos in frequentioribus coenobiis cellae exftant feorfim a conventu monachorum pro iis, qui includere fe volunt."

Praefationem, ad fratres fideles Catholicos, fcripfit Sergius Rifius, Archiepifcopus Damafci Maronita, arabice الرزّي, fyriace ܪܘܙܝܐ, Catalog. Biblioth. Vatican. T. II. p. 14. Sed in ea nihil proditum, quod ad editionis hujus hiftoriam fpectet. Commendata facrorum librorum ad falutem animae utilitate his finem facit: Prout largitus nobis eft Dominus nobisque opitulatus, initium capeffivimus et excudi curavimus hunc librum, factumque eft ab eo initium, et prout fuit quoque confilium et voluntas Domini honorati et fratris noftri eximii, Archiepifcopi Georgii Amira, qui in eo nobiscum operam collocavit – Et exftat fol. penult. loco infimo formula adprobantis editionem his verbis: Ego humilis inter Archiepifcopos, Archiepifcopus Georgius filius Amira (عميرة) Hedenita (الهداني) vidi perlegique Pfalmos hosce, nec quidquam deprehendi in illis, quod fit contrarium fidei orthodoxae, juvant vero falutem animae illius qui eorum lectione utatur. – Georgius hic Amira, qui Grammaticam Syriacam edidit Romae in typographia linguarum externarum apud Jac. Lunam 1596. 4. deinceps ipfe Maronitarum patriarcha factus, obiit 29. Jul. 1644. tefte Affemanio, Catalog. Biblioth. Medic. p. 84. Sergius Rifi, cujus permagna pars erat etiam in edenda Bibliorum verfione arabica

Roma-

Romana, mortuus est Romae 29. Aug. 1638, ut refer Döderlein loc. cit. p. 161.

Conclusio operis postremo folio nomine Josephi Amimae scripta refert expressis verbis absolutum illud fuisse anno Chr. 1610. die 10. mensis Thischrin posterioris, h. e. Novembris, dicit magistrum Paschalem Eli oriundum ex urbe Camerino, (Italus igitur erat, forte typographicae artis magister), duosque alios commemorat operis typographici adjutores; caeterum summam rei refert ad Sergium Risi Archiepiscopum, et magnopere praedicat ejusdem patruos, Michaelem et Sergium, utrumque Patriarcham, maxime germanum Josephum, et ipsum Patriarcham, de quibus videatur Assemáni, Biblioth. Medic. p. 17. Neque hic quidquam proditum de origine et historia typographiae Libanicae; typi litterarum passim minus nitidi et luculenti, ut hebetes potius usuque detriti videri possint.

320. Petri Kirsteni Vratislaviensis philosophiae et medicinae doctoris. Epistola S. Judae Apostoli ex Msso Heidelbergensi arabico ad verbum translata, additis notis ex textuum graecorum et versionis latinae vulgaris collatione. Breslae 1611. fol. pagg. 17.

De Kirstenio vid. supra p. 25. Arabicos ejus typos cum ipso migrasse in Sueciam traditum est in libro: Geschichte der seit 300 Jahren in Breslau befindlichen Stadt - Buchdruckerey. Breslau 1804. 4. Vid. Allgem. Deutsche Bibliothek, 98. Bd. 2. St. pag. 414.

321. D. Pauli Apostoli Epistola ad Titum, arabice; cum Joannis Antonidae Alcmariani interlineari versione Latinâ ad verbum. In officina Plantiniana Raphelengii, (Leidae, non Antwerpiae) 1612. 4. pagg. 18. quibus accessit una, Orationem Dominicam exhibens.

Prae-

Praefatus eſt Antonides his verbis: Cum in uſum eorum qui in Academia Lugduno-Batava Arabicae linguae ſtudio delectantur, quorum numerus non infrequens eſt, quorumque conatibus promovendis operam meam addicere aveo, deſideretur textus aliquis Arabica lingua conſcriptus, in quo ſe primis initiis exercere poſſent, rel.

„Pauca ſunt, inquit Maſchius, quae de editore Jo. Antonide habet Lexicon Eruditorum.“ (Joecher's Allgem. gelehrten Lexicon). Perpauca quoque ſunt, quae habet Adelung in Fortſetzung und Ergänzungen zu Joecher's allgem. gel. Lexicon. Haud igitur pigebit cognoſcere, quae Iſaaco Caſaubono Thomas Erpenius ſcripſit Middelburg. a. d. III. Jd. Jul. 1612. „Hebraicam linguam (Leidae) jam diu profitetur Dominus Coddeus. Arabicam profiteri nuper coepit Joannes quidam Antonides, Anabaptiſta Hollandus, qui olim ſerviens Raphelengio, ab eo didicit litteras Arabicas noviſſe; nuper vero cum Arabe quodam Amſtelrodami agente per ſemeſtre integrum converſans, aliquid in eâ lingua intelligere; valde, ut audio, adjutus Grammaticâ quadam Arabicâ Raphelengii. Quid poſſit, non queam dicere; non enim conveni hominem, nec facilè conveniam, ne videar ejus luci velle tenebras offundere, eumque de loco ſuo deturbare; tametſi in Profeſſorum numerum nondum eſt adſcitus: conceſſum enim ei ſolùm eſt publicis praelectionibus per annum continuatis eruditionis ſuae et capacitatis ſpecimen aliquod edere: admittendus poſteà eſt aut remittendus, prout aptus aut ineptus ad eam profeſſionem eſſe judicabitur. Legit autem in loco quodam extra Academiam, quia Latinè loqui congruè neſcit, et donec de profeſſione ſua certus ſit, relinquit uxorem ſuam cum familia Amſtelrodami, ubi vendit vinum aduſtum (eau de vie). Absque hoc homine res meae bono ſatis fuiſſent loco,

et occasio mihi oblata studia mea Orientalia continuandi, quod nunc vix puto futurum: nam ut ego mendicem, eumque coner expellere, a me non impetro, etsi non dubito (libere loquor) quin majori cum publici commodo et Academiae gloria ipse ei muneri praeesse possim." Isaaci Casauboni Epistolae-Roterod. 1709. fol. p. 666.

322. D. Johannis Apostoli et Evangelistae epistolae catholicae omnes, Arabicae ante aliquot saecula factae, ex antiquissimo Mſ. exemplari descriptae, et nunc demum Latinae redditae opera et studio Wilhelmi Bedwelli Haslingburgensis A. (i. e. Anglo) Saxonis. Ex officina Plantiniana Raphelengii. (Leidae) 1612. 4. pagg. 52.

Arabica carent vocalibus signisque aliis. Ad calcem capitis V. epistolae primae, p. 40. haec: „Septimus versus desideratur apud Syros, desideratur etiam apud Arabes: Arabs enim transtulit Syriacum Testamentum, non Graecum ut ex multis locis conferenti apparebit. Unde quae optime a Syro redduntur, ea ab Arabe quoque ad verbum reddita sunt: ubi hallucinatus est Syrus, ibi et Arabs a scopo aberravit longius."

Praefationis verba sunt, p. 6. „Denique linguae arabicae cognitio multum facit ad linguae hebraicae intelligentiam. In vocibus enim obscuris et dubiae significationis lucem tibi maximam, et facem sole meridiano magis illustrem quandoque praefert Arabs, Rabbinos, paraphrastas, scholiastas testor, qui hinc saepe auxiliare praesidium petebant maximum. Dictionarium linguae arabicae Francisci Raphelengii propediem in lucem emittent ipsius heredes. Grammaticam olim dedit Postellus, et dabit brevi Thomas Erpenius. – Plagiarium quendam nostrum comprehendit J. A. (h. e. Joannes Antonides) et publici juris fecit. Conservum ejus nos ipsi manumisimus, reliquos,

quos, ut publico prodesse possint, brevi, favente Numine, libertate donabimus."

Bedwellus mense August. 1612. ex Anglia Lugdunum profectus auspiciis et sumtu viri maximi, Episcopi Eliensis, Lancelot Andrews, (vid. num. 156.) et a Casaubono commendatus Heinsio, Grotio, Erpenio (vid. ej. Epistolae p. 478 sq.) quod, quum multos annos in colenda arabica lingua consumsisset, optaret priusquam sua ederet inspicere Jos. Scaligeri Lexicon arab. ineditum. Dicitur Casaubono vir probus, simplex et pius, p. 478. et alio loco, pag. 485. homo simplicissimus omnium, alienus ab invidia, ab opinione sui, et a studio obtrectandi. – Lugduni dum versaretur, edidit hoc specimen, quod in patria illo tempore, et multo etiam posthac, arabici typi prorsus desiderarentur.

323. Passio domini nostri Jesu Christi, secundum Matthaeum, arabicè, cum Latinâ versione ad verbum, juxta editionem Romanam; vocalibus omnibus accuratè additis. Leidae, in officina Raphelengiana, 1613. 4. pagg. 45.

Quis sit, hanc editionem qui curaverit, haud constat. Raphelengius ipse cum ann. 1597. obierit; non erat, cur Maschius diceret: „Usus quidem est Raphelengius codice Msto. – verum in edenda Passionis historia editionem Romanam sequi maluit."

324. Liber Psalmorum Davidis regis et prophetae. Ex arabico idiomate in Latinum translatus. A Victorio Scialac et Gabriele Sionita Edenienfi Maronitis. – Romae ex typographia Savariana. 1614. 4. pagg. 474.

Vid. Masch, p. 122. et Handbuch – von Rosenmüller T. III. p. 49 sq. Ex Syriaca simplici versione factam esse hanc Arabicam tradit Assemâni, Catalog. Biblioth.

Biblioth. Medic. p. 56. commemorans codicem Pſalmorum ipſius Gabrielis Sionitae manu deſcriptum arabicum cum latina interpretatione inter lineas, ex quo factam dicit editionem arabico-latinam Romae 1614.

Sunt exempla, quae in fronte referant: Romae, Ex Typographia Sauariana. M. DC. XIX. At certiſſime eadem eſt editio, nam utrinque eadem ſunt menda typographica; et noſtro quidem exemplo anni 1619. eadem quoque duo folia, mendorum primo arabicorum, deinde latinorum indicem exhibentia, adjuncta videas, quae ſunt in exemplo anni 1614. Habent praeterea utriusque anni exempla ſingulare hoc, quod pag. ultima (474) ima poſt verba: – – كملت „Completi ſunt Pſalmi cum nonnullis laudationibus, fauente Deo excelſo, cui laus ſemper," poſitam habent vocem (cuſtodem noſtri typographi dicunt, Galli Reclame) وقدوس, quae fraudi eſſe poſſit et ſuſpicionem excitare defectus alicujus. Sed videtur neſcio qua ratione factum eſſe, ut illa vox repeteretur a p. 468. ubi ſuo illa loco poſita.

Qui teſte Franc. Car. Alter (Handbuch von Roſenmüller, T. III. p. 51.). Viennenſi exemplo adhaerent Indices, pertinent ad Dictionarium latino-arabicum auctore J. B. Duval. Paris. 1632. 4.

Editionem absque verſione latina, et ipſam Romae 1614. ex typographia Sauariana profectum refert primo Lelong, p. 125. col. 2. deinde Maſch, p. 122. ſic inſcriptam: Pſalmi Arabici ex Graeco, cura et ſtudio Gabr. Sionitae – Romae. 1614. 4. Et Aſſemani quoque, Catalog. Biblioth. Medic. pag. 56. affirmavit: „Gabriel Sionita Pſalmos etiam arabicos e Graeco edidit typis Sauarianis, excudente Stephano Paulino," annum editionis haud prodens. Et novimus, eſſe exempla, quae nonniſi arabicum textum

tum referant, et quidem binis unaquaque pagina columnis: sed sunt etiam haec ejusdem plane editionis, nam in his quoque typographica errata omnia prorsus eadem. Putamus, inter excudendam editionem arabico-latinam, perfectis singulis plagulis, uniuscujusque paginae latinam columnam ex forma (ut cum typographis loquamur) exemtam fuisse inque ejus locum arabicam columnam alteram insertam, ut nunc forma denuo commissa praelo paginas redderet mere arabicas, pararenturque exempla mere arabica, quae orientalibus hominibus, forte etiam Muhammedanis tradi possent. De duobus istiusmodi exemplis certe cognovimus, postremam quidem paginam, ut in caeteris, exhibere et Insignia Sauariana, et verba haec: „Romae, ex Typographia Sauariana MDCXIIII. Excudebat Stephanus Paulinus Superiorum permissu" et plagulas quoque signatas esse litteris latinis, A–Gg: sed praeter haec nihil conspici quod non sit arabicum, exemtos quoque esse numeros et paginarum et versiculorum, inscriptionem libri ipsam esse mere arabicam. Assemanius igitur quae tradidit, et ipsa Lelongii sunt, nec habent quidquam auctoritatis.

325. Pauli Apostoli ad Romanos epistola, arabice, ex bibliotheca Leidensi. Leidae, in typographia Erpeniana, linguarum orientalium. 1615. 4. pagg. 48.

Quod absoluta ad Romanos epistola plagulae E vacarent quatuor paginae, adjecta est etiam Epistola ad Galatas, cujus in inscriptione et praefatione, quod esset utraque jam typis descripta, mentio facta nulla. Masch p. 133. „Textus, ait, Epistolae ad Romanos sine versione, attamen cum punctis hic prodit." Sed caret arabicus sermo omnibus et vocalibus et caeteris lectionis notis, quibus necdum instructa erat Erpenii nova typographia, cum alterum hoc specimen, post pri-

primum, Lokmáni fabulas, ederetur. Vid. Ejusd. praefatio ad Hiſtoriam Joſephi. 1617. 4.

326. Novum D. N. Jeſu Chriſti Teſtamentum arabice, ex bibliotheca Leidenſi edente Thoma Erpenio. Leidae in typographia Erpeniana linguarum orientalium. 1616. 4. pagg. 648.

Quam doctiſſimus Marſh, (Anmerkungen und Zuſätze zu J. D. Michaelis, T. I. p. 106.) ut ſuam obtulit, opinionem vix dubiam aut incertam habere poterit, quicunque non ſine adhibita animi intentione Erpenii praefationem legerit. Formulam, qua deſcribendi finis factus eſſe dicitur die 10. menſis Baunae (Junii) anno 988 Martyrum, (Chriſti 1271.) ad Evangeliorum librum ſolum pertinere, planiſſime conſequitur ex dictis Erpenii proxime antecedentibus. Altera igitur formula, qua codex exaratus eſſe dicitur anno Martyrum 1059. (Chr. 1342.) non poteſt non de univerſo volumine ad finem peracto accipi. Et ſic quoque refert Catalogus librorum Bibliothecae publicae Univerſitatis Lugduno Batavae, Lugd. Bat. 1716. fol. p. 410. „N. T. integrum, Arabicè, ſcriptum A. 1342. cum variantibus lectionibus ad Acta Apoſt. Epiſtolas et Apocalypſin. Ex hoc exemplari editionem ſuam expreſſit Cl. Erpenius.“ Textus arabicus, neque verſionis neque adnotationis quidquam habens, caret quoque vocalibus legendique caeteris adjumentis. Haud multa libri exempla facta eſſe, teſtis eſt, qui de eo retulit in Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek, T. II. p. 294.

327. Pentatevchus Moſis arabicè. Lugduni Batavorum, ex typographia Erpeniana Linguarum Orientalium, proſtant apud Johannem Maire. 1622. 4. pagg. 458.

Qui editionem curavit Thomas Erpenius, uſus eſt libro msto bibliothecae Lugduno Batavae, in Cata-

Catalogo p. 409. commemorato perpaucis hisce verbis: „Pentateuchus Arabice script. Rabbin." Sed Rabbinica scriptura conversa est ab editore in arabicam, nullis tamen vocalibus additis. Menda in componendis litteris commissa, haud sane infrequentia, certe in eo, quo nos utimur, exemplo, calamo, adhibito subinde etiam scalpello, studiose sunt emendata; sicubi vox, vel vocum series omissa fuerit, adscripta loco est nota Λ, quae moneat, in calce reperiri quae sint addenda; sunt quoque duobus locis chartae segmenta illita ad corrigendam lectionem pag. 22. lin. 2. et 4. et p. 248. lin. 8.

De versionis ad verbum adstrictae indole omnino videndus est Hottinger, in Thesaur. Philolog. Tiguri 1659. 4. pag. 267–270. vel Eichhorn, Einleitung, T. I. p. 590. edit. III.

328. Epistolae S. Johannis arabice et latine, Jonae Hambraei. Parisiis. Vitré. 1630. 12.

Haec ex Lelongii Bibliotheca, p. 127. repetit Masch, p. 136. non habens, quod ipse posset addere. — Versio latina est inter lineas posita. Tertia Johannis epistola explicit p. 100. Proximâ haec legas: „Ne paginae aliquot sequentes vacarent, visum etiam fuit mihi, primam sectionem Euangelii Diui Johannis itidem Arabice, cum versione interlineari latina, per me illustratam, Coronidis loco adjicere." Pag. 111. exstat Approbatio Gabriel. Sionitae scripta Parisiis 24. Aug. 1630. quae dicit versionem latinam esse M. Jonae Hambraei. Extrema tandem pagina haec: Parisiis, excudebat Antonius Vitray, Linguarum Orientalium Regis Typographus. M. DC. XXX.

* Les Epitres de S. Jean en Arabe et la Passion de N. S. selon les 4 Evangelistes, en Syriaque, traduites en Latin. A Paris de l'imprimerie d'Antonie Vitré. 1672.

Praemiſſa eſt ſignificatio haec: Ce petit ouvrage est une édition des épitres de S. Jean en arabe, et la passion de N. S. selon les 4 evangélistes en syriaque, avec le versions latines. Il y a près de 40 ans que j'en achevai l'impression, qui est toujours demeurée dans un magasin, parceque j'attendois que celui qui me l'a fit faire l'envoyât retirer. Mais depuis quelques jours, ayant eu une envie qui est assez naturelle aux personnes de mon âge, de jetter les yeux sur les ouvrages que j'ai fait, j'ai trouvé cette impression dattée de l'année 1635, et j'ai été bien aise de donner au public ce temoignaje du long temps qu'il y a que j'ai l'honneur de travailler pour les lettres, par le commandement de Messeigneurs du clergé, et lors même que les caractères des langues orientales n'étoient pas encore connus dans les imprimeries de France etc. Certum igitur, non niſi unam editionem exſtare, exempla autem, quale penes nos eſt, quae junctam non habeant Paſſionem Syriace, et folio primo, quod ſolemnem inſcriptionem referat, careant, fortuito ex typographi poteſtate eſſe elapſa.

Paſſio autem eſt pagg. 156. Extremo folio haec: „Hiſtoriam paſſionis D. N. Jeſu Chriſti Syriacè, è quatuor evangeliis, adhibita interlineari verſione, contextam à M. Jona Hambraeo vidi, legi, contuli cum hactenus excuſis Syriacis codicibus . . . . ego Hieronymus Parent Pariſinus Theologiae Doctor Sorbonicus XVII. Calendas Junias anni M. DC. XXX." In tergo: Excudebat Anton Vitray etc. M. DC. XXXV.

De Joh. Hambraeo, nato in Suecia 1588. et profeſſore primum Upſaliae, deinde Pariſiis locum nacto, ibique in miſera conditione defuncto anno 1665. vid. Adelung, in Fortſetzung und Ergänzungen zu Joecher's Allgem. Gel. Lexicon, qui haud pauca ab eo edita commemorat, hunc vero librum ignoravit.

vit. Ignoravit eundem et ipſe de Guignes, cum ederet 1787. Essai hiſtorique sur l'origine des Caractères Orientaux de l'Imprimerie Royale, sur les Ouvrages qui ont été imprimés à Paris etc. Qui Ambreus dicitur, in Geſchichte der alten und neuen Herrnhuther – aus dem Holländiſchen – Tübingen 1805. 8. p. 193. non eſt niſi ipſe Jonas Hambraeus.

329. Li ſette Salmi penitentiali. In Roma nella ſtampa della Sac. Cong. de Prop. Fide. M. DC. XLII. con licenza de Superiori. 8.

Facit omnino ſolennis haec inſcriptio, ut libellum ſeorſim editum eſſe putes: ſed proximum folium paginae numerum gerit 163. refertque iterum inſcriptionem hanc: Li ſette Salmi penitentiali, con le Litanie della Beatiſſima Vergine, che ſi cantano ogni ſabbato nella ſanta Caſa di Loretto. Dopò le quali, habbiamo poſto ſecundo l'ordine del numero Arabico tutti i luochi della ſcrittura ſacra, e de' Santi Padri, donde eſſe Litanie ſono ſtate cauate, parte Ad verbum, e parte Ad ſenſum. Nimirum eſt nonniſi acceſſio ad librum num. 250. commemoratum: verum cum poſt Lelongium Maſchius inter biblicas editiones librum referat; noluimus eum in hac ſerie deſiderari.

330. S. Jacobi Apoſtoli Epiſtolae catholicae verſio Arabica et Aethiopica, latinitate utraque donata, nec non a multis mendis repurgata, punctis vocalibus accurate inſignita – – operâ, labore ac ſtudio indefeſſo Joh. Georg. Niſſelii, et Theod. Petraei. Lugduni Bat. 1654. 4. pagg. 32.

Inſcriptionem integram vid. in Baumgartens Nachrichten von merkwürdigen Büchern, T. 6. p. 7. ubi quoque non unam in omnibus unius ejusdemque editionis exemplaribus inſcriptionem deprehendi obſervatum eſt. In eo videntur omnia exempla conſentire,

tire, ut careant omni praefatione. Arabicus textus repetitus eſt ex editione Erpenii. De Theod. Petraeo copioſe refert Jo. Molleri Cimbria literata. Tom. I. p. 489-493.

331. S. Johannis Apoſtoli et Evangeliſtae Epiſtolae Catholicae tres, arabice et aethiopice – cura ac induſtria Jo. Georg. Niſſelii et Theodori Petraei. Lugd. Bat. 1654. 4. pagg. 40.

Neque hic praefationis quidpiam exſtat. Poſtrema pagina nonnullae MSti Leidenſis lectiones ad Erpenii editionem adſperguntur.

332. S. Judae Apoſtoli Epiſtolae Catholicae Verſio arabice et aethiopicae – – a Jo. Ge. Niſſelio et Theod. Petraeo. Lugd. Bat. 1654. 4. pagg. 24.

Pag. 13. incipiunt Ad S. Judae Epiſtolam obſervationes aliquot philologicae brevesque variantis lectionis notae de contextu arabico, et p. 23. Animadverſiones quaedam ad textum Aethiopicum, quibus Romanae editionis loca aliquot emendantur.

333. Li sette Salmi penitentiali. – Romae, 1668. 8.

Eſt hujus editionis eadem ratio quae prioris, num. 13. De libro ad quem pertinet, dictum num. 256.

334. Biblia arabica ſacrae congregationis de propaganda ſide juſſu edita ad uſum Eccleſiarum Orientalium: Additis e regione Bibliis Latinis Vulgatis. Tomus I. (Eadem arabice). Romae, anno MDCLXXI. Typis ejusdem ſacrae congregationis de propaganda fide. Tom. II. et III. eodem anno. fol.

Narrationem, quomodo inſtitutum et peractum, deinde inhibitum recognitumque fuerit hoc opus, coeptum anno 1624. et demum 1671. abſolutum et vulga-

vulgatum, quam dedit Franc. Nazari, Giornale de' Letterati, Rom. 1672. 4. p. 1 sqq. germanice versam tradit cel. Rosenmüller, Handbuch, T. III. p. 56–61. Exempli, quo nos usi sumus, Tomus I. complectitur Pentateuchum p. 1–331. deinde p. 1–472. libros Jos. Jud. Ruth, IV. Regum, II. Paralipom. Praemissa est praefatio, primum latina, deinde quae eadem plane refert arabica. Auctor praefationis, teste Nazario, est Ludovicus Marracci. In ea leguntur haec: „Sacra Congregatio jussit in hujus Arabicae Editionis Impressione Latinum Vulgatae translationis textum vbique e regione Arabici textus apponi, tanquam certam regulam ac normam, qua posset vnusquisque et cognoscere et corrigere quicquid vel Scriptorum ac Typographorum vitio, vel Interpretum et Correctorum defectu in Arabico textu peccatum fuisset." Tomus II. complectitur reliquos Vet. Test. libros omnes, quos sacros suscipit Romana Ecclesia ex decreto Concilii Tridentini, Esdr. Nehem. Tob. Jud. Esth. Job. Psalm. Parabol. Eccl. Cant. CC. Sapient. Ecclesiast. p. 1–505. et p. 1–526. Prophet. et Macchab. I. et II. Tomus III. Evangelia quatuor p. 1–208. Acta Apost. – Apocal. p. 1–283. Accesserunt haec: I. Index testimoniorum a Christo et Apostolis in Nov. T. citatorum ex Veteri. II. Hebraicorum, chaldaeorum graecorumque nominum interpretatio. III. Index Biblicus, qui res eas, de quibus in sacris Bibliis agitur, complectitur. Omnia haec latina primum, deinde etiam arabica. Singulis tomis adest Series Erratorum, non sane nimis longo agmine prodeuntium, cumprimis in Vol. III. nec, monente praefatione, omnia in indicem relata errata in omnibus aeque exemplis deprehenduntur, „quoniam non raro post aliquot paginarum impressionem, ab iis, qui Typographiae mendis emendandis praeerant, errata nonnulla deprehensa, et sub torculari in reliquis paginis correcta sunt." Exempla autem operis facta

supra

supra mille et quingenta. Orientalibus parum probatam fuisse hanc editionem tradit Rich. Simon, Lettres choisies. Amsterd. 1730. T. II. p. 165. „On a imprimé à Rome une Version entière de la Bible en Arabe, qui avoit été retouchée sur la Vulgate. Mais cette Traduction Arabe est tombée d'elle-même, les peuples du Levant ne peuvent gouter ces sortes de Version. Les Maronites mêmes, quoiqu'ils soient entièrement soumis au Pape, ne les approuvent point: ces peuples sont amateurs de leurs anciennes Versions, et de leurs anciens usages."

o Epistolae Joannis arabice. Paris. 1672. 12. vid. num.

335. Liber Octav. min. mere arabicus. Inscriptio latine reddita haec: „Septem Psalmi poenitentiales et Laudatio Virginis Mariae. Qui curavit hoc opus divinitus revelatum, Rogat (pro ipso recitari) Pater noster qui es in coelo; Qui misericordia usus fuerit erga ipsum et defunctos ipsius cognatos, Nanciscetur et ipse misericordiam in morte sua. Parisiis anno Christi 1679." (Littera م posita pro voce مسيحية). Altera primi folii pagina haec: „Ter dicta formulâ: Sanctus est Deus – recita orationem Dominicam, tunc dicas: Ave Maria plena gratiae – tunc recita Fidem, post hanc septem psalmos poenitentiales." Sequuntur p. 3. Psalmi VII. addito p. 18. Psalm. 117. accedit p. 19–22. Laudatio Mariae. Pag. 23. haec exstant,

ايـا ضعفي الحقير راهب من طايفة السريان
امدح وقول .

„o debilis humilis monache de gente Syriaca, lauda et dic: repete stata tua tempora in officio Ejus, et ne sis languidus neque segnis" rel. Ex quibus colligas, Maronitam nonneminem hunc librum concinnasse.

Sequi-

Sequitur nova inscriptio: „Liber Cogitationum et Meditationum christianarum. Qui curavit etc. Gratis accepistis, gratis date. Paris anno Chr. 1679.“ Praefatio copiosa commendat libri usum universis, illis etiam qui sint aliis occupatiores. Sunt autem meditationes 31 pro singulis diebus mensis, 1. de Fide, 2. de fine hominis, 3. de vilipendendo mundo, rel. Pagina penultima monetur lector his: „Sunt qui in exemplis suis libri hujus nostri nonnulla immutarunt a nobis tradita, antequam excuderetur: et quum repererimus ea alterata quoad sensum, par est ut caveas ab illis.“ Postremo loco p. 133. latine haec posita: Parisiis excudebat Petrus Le Petit, Typographus Regius. M. DC. LXXIX. Formula illa, in ipsa inscriptione posita, مجان اخذتم مجان اعطوا, „gratis accepistis, gratis date,“ innuere videtur, factam esse hanc editionem eo consilio, ut nullo pretio exempla cederent orientalibus christianis. De Guignes, commemorans hunc librum, Essai historique sur l'origine des caractéres orientaux de l'Imprimerie Royale – pag. LVII. observavit, opificem in componendis typis arabicis minus versatum dextrumque se exhibuisse. Poterat etiam hoc observasse, editorem puri emendatique dicendi generis minus vel gnarum vel studiosum fuisse: scribit enim قول, dic, pro قل, litterasque د et ں, ت et ث, س et ص, ظ et ض, permutat, et quae sunt alia. Post hunc typis arabicis Savarianis alius liber abhinc nullus prodiit.

Sane referendus erat liber inter illos quos enumeravimus serie proxima: verum a Maschio cum fuerit relatus inter Biblicos; nobis quoque visum est hoc ordine eundem collocare.

336. S. Jacobi Apostoli Epistolae Catholicae, Versio arabica cum interpretatione et punctatione Nis-

 selii,

felii, cui accessit Glossarium radices in eadem occurrentes serie Alphabetica exhibens in gratiam S. Philologiae Consecraneorum edita cura et studio, M. Nicolai Panecii, Zittavia-Lusati, Wittenberg. 1694. 4. pagg. 25.

Glossarium quod accessit, praeter radices nomina quoque complectitur haud pauca.

o Biblia arabica. Bucuresti in Walachia. 1700.

Alexander Helladius, Graecus, in libro: Status praesens Ecclesiae graecae – edito 1714. 8. cum praefatione scripta Altorfii, ubi nomen inscripserat d. 1. Jun. 1709. (Will, Geschichte und Beschreibung der Nürnberg. Universität Altdorf, p. 141.) prodidit p. 17. haec: „Libri Ecclesiastici etiam in Lingua Arabica An. MDCC. unacum N. et V. Testamento cura Patriarchae Antiocheni Bucuresti prodierunt, aliique plurimi indies ibi imprimuntur." – Hinc non dubitavit Lelongius referre p. 25.

Biblia arabica, in fol. Ducurestii in Walachia 1700.

eundemque secutus est Maschius, p. 117. Jo. Dav. Michaelis, ab omni dubitatione alienus, spem et ipse fovit et fecit aliis, fore, ut de libro quantum satis esset, posset referre. Einleitung in die Schriften des N. Bundes. Ed IV. p. 454. Quid? quod Assemani, Biblioth. Medic. p. 57. commemorans arabicum codicem, Prophetas majores minoresque complectentem, affirmavit: „Versio haec praestantissima est, et cum Codicibus Alexandrinis, sive Graeca septuaginta Interpretum concordat, editaque legitur in Bibliis Arabicis, quae anno Christi MDCC. Ducurestii in Walachia prodierunt, cura Patriarchae Antiocheni Melchitarum." – Nos vero haud dubitamus vanam ac inanem pronuntiare de Bibliorum arab. editione Bucurestensi opinationem.

Novi-

Novimus, librum Ecclesiasticum arabice et graece in Walachia 1701. editum esse curante Patriarcha Antiocheno, Athanasio, sumtibus Principis Walachiae: vid. num. 266. sed Biblia arabica ille ipse, qui edidisse fertur ab Assemanio, Patriarcha haud commemoravit, ne innuit quidem in Epistola sua ad Principem, in qua nullo tamen modo poterat abstinere ab illis commemorandis: immo vero ex eadem certissime cognoscitur, Liturgicum illum librum fuisse primum opus profectum ex typographia a Principe instituta. At dixeris, forte in anno significando solum nonnihil erroris esse, prodiisse Bibliorum editionem post librum Liturgicum, prodiisse tamen revera. Sed ne huic quidem cogitationi potest esse locus. Etenim anno etiam 1706. cum Athanasius Patriarcha Halebi ederet Psalmos arabice; iterum quidem ille gratus commemoravit Liturgicum librum, Bibliorum autem editorum mentionem aliquam ut faceret tantum abest, ut potius Epistolam ejus Psalmis praemissam legentibus non possit non certissime constare, haud quidquam biblici operis antehac vel in Walachia vel ab Athanasio Patriarcha typis editum fuisse. In Helladio, homine graeco, inter exteros versante, excusationem habet erroris, vel levitatis etiam suspicio: at non excusari potest in Assemanio temeritas, qua videri voluit librum se ita cognitum habere, ut de versionis etiam indole posset pronuntiare.

337. Quatuor prima capita Geneseos arab. et lat. ex Bibliis Polyglottis pro arabicis collegiis separatim edita a M. G. C. B. Francof. ad Moenum. 1700. 4.

De libro nobis nunquam viso non est quod referamus. De editore, Georg. Christi. Bürcklino, privato doctore Giessensi, Joh. Henr. Majus, filius, ad Uffenbachium haec scripsit anno 1714. „De Burklinio vix est, ut operam tibi in perlustrandis (tuis) codici-

bus mstis spondeas. Eo enim vir bonus et diligens natus est ingenio singulari, et fere dixissem mirabili, ut religioni sibi ducat, alios evolvere libros, quam sacros, aut sacra exponentes. Accedit, quod tanta ejus non sit peritia, ut omnes cujuscunque generis libros manu exaratos intelligere valeat, qui in levioribus et facilioribus haeret unice. Non haec scribo vituperandi causa, quod iniquum esset et non tolerandum, maxime cum Praeceptorem habuerim illum, sed monendi gratia. Grammaticus est, praetereaque nihil." Vid. Commercii Uffenbach. Selecta. 1753. P. I. p. 235.

338. Novum Testamentum Syriacum et Arabicum. Romae typis Congregationis de propaganda fide. 1703. fol. Vol. II.

Maschius cognitum habuit librum (p. 92.) ex Lorckii BibelGeschichte, P. I. p. 426. ubi ex Catalogo librorum Congreg. de P. F. ann. 1773. memoratur. Haud cognitum ille habuit locum Assemanii, Catalog. Biblioth. Medic. p. 51. Hic vero exemplum calamo scriptum anno 1611. indicatur, ex quo editionem factam esse perhibet Assemani. „Hoc nobis planum est, ait, duas modo exstare apud Christianos Orientales Testamenti Novi arabicas interpretationes; Alexandrinam e graeco textu expressam, qua utuntur Melchitae et Coptitae, editaque legitur tam in bibliis Parisiensibus et Anglicanis, quam in pluribus alibi codicibus impressis; et Antiochenam e Syriaco conversam, cujus est frequens usus apud Syros, quae in Nestorianos seu Chaldaeos, Jacobitas, et Maronitas dividuntur. Haec anno Christi MDCCIII. jussu sacrae Congregationis de P. F. ad usum ecclesiae nationis Maronitarum in lucem prodiit Syro - Carsciunice juxta hunc codicem." – Solus, quantum novimus, est ven. Hug, qui hac editione usus nonnulla de ea retulit,

lit, Einleitung in die Schriften des Neuen Test. Part. I. p. 361.

339. Psalmi mere arabici, editi ab Athanasio Patriarcha Antiocheno. Halebi 1706. 4. pagg. 295.

Inscriptionem arabicam vid. in Handbuch – – von Rosenmüller, T. III. p. 52. ubi المحبية reponendum pro الحبيب, et وسبعماية pro وسبعاية. Inscriptionem excipit Epistola Athanasii ad Dominum Joannem Constantinum Basarába Brancowân Principem Ungaro-Walachiae, de quo vid. num. . Ut ex eadem referre nobis liceat, effecit benevolentia celeb. Rosenmülleri, qui textum arabicum, descriptum ex Dresdensi exemplo, nobiscum liberaliter communicavit. Scripsit ille haec:

Gaudium magnum incessit christianos, quum apparuit Constantinus Magnus gestans signum Crucis, quod virtute victoriae maximae (adversarios) prostravit, ut, qui antea a Graecorum injuriis oppressi essent Fideles, evaderent subito victores et tuti Deo adjuvante. Multo magis nunc occupat gaudium universum, imo perfectissimum omnes Fideles, quum comparuisti, o heros generosissime, gestans manu tua zelum illum spiritualem, qui abs te profectus pertingit ad Fideles versantes in terris arabicis. Vere tu refers Maccabaeum illum, Zelatorem suae gentis, qui actus zelo Dei spirituali sancto pro populo Dei novam illi opem tulit, collegitque dispersos. At, quid ego hoc Maccabaei nomine te compello? Tu vero refers Apostolos sanctos, qui miserunt eleemosynas ad fratres fideles in terra Judaica servitute oppressos. Eadem sunt tua merita, Celsissime! quod misisti primum eleemosynas tuas ad fratres fideles in terris arabicis ignominiam et vim

vim patientes, eo quod mitteres Liturgiae librum (كتاب القنداق, Κοντάκιον), quem tua liberalitas fecit typis excudi; et deinde eo quod, per tuae beneficentiae jam memoratae abundantiam ejusque liberalitatem erga christianos, contigit nobis etiam cogitare de imprimendo Psalterio Davidis lingua arabica, juvandis Fidelium natis. Itaque tu fuisti velut is, qui cum patrum primo rationem habuisset, deinde natorum quoque curam gereret. Siquidem prospexisti primum tua gratia Sacerdotibus ecclesiae Dei sanctae, deinde filiorum quoque curam habuisti, ita ut utramque partem gregis Domini Christi amplecteretur gratia tua. Tuam enim Celsitudinem non potest latere, quod suum nobis auxilium per te perfecerit Deus, cum nos eò direxerit (حيث انه وفقنا الي عمل طبع الحروف العربي = —) ut institueremus typographiam litterarum arabicarum in urbe Haleb in praefectura Syriae. Et primum quod excudimus est hoc Psalterium, cujus exemplum ad te mittitur, primum ut tuae erga nos beneficentiae gratias rependamus; secundo offerimus tibi hunc sanctum librum loco muneris, tuae enim liberalitati debetur, tibique offertur, ut nobiscum gratias agas Deo, ut qui substituit te in locum Mosis amici sui, ut conspicuam redderet per te bonitatem suam, quae omnem populum orthodoxum complectitur. Quippe Moses ille magnus tradidit binas tabulas praeceptorum populo Israëlitico, quibus doceretur ad leges Dei rectas vitam instituere. Et nostra gens accepit abs te binas tabulas librorum ecclesiae Catholicae, librum Liturgiae et Psalterium, ut utroque utentes Deo serviant perfecto obsequio et alacritate propensa.

Quam

Quam acceptum habebit te Deus, ubi viderit sanctos hos libros quotidie recitari in ecclesiis tam multis in variis locis etc.

Ex praefatione lubet haec transcribere:

— Deinde animadverti, Psalmos Davidis prophetae et regis, qui nullo non tempore singulisque momentis recitantur in ecclesia Dei, et sine quibus non potest perfici officium praescriptum, esse baculum firmum parvulis natisque fidelibus, (quo nitantur): sunt vero scala intermedia, qua ascendant fideles ad cognitionem, quomodo laudandus sit Deus et magnificandus in ecclesiis et monasteriis sanctis. Igitur suscepi nunc sanctum hoc psalterium typis excudere, pro instituendis filiis Christianorum in scholis, ut parabilis esset liber et opulentis et pauperibus et minori pretio constaret quam liber calamo scriptus, ne esset quo recusare possint pauperes institutionem natorum, et ne deesset illis cognitio, quam parare sibi jussi sunt a Deo, dicente Prov. IV. (vers. 1.) Audite, filii, disciplinam patris, et auscultate, ut discatis intelligentiam.

Priusquam hoc Psalterium excuderetur, correximus illud correctione mediocri (h. e. quantum in nobis erat), orthographiam exigentes ad grammaticae normam, sed (in sermone ipso) nihil mutavimus praeter viginti καθισματα, horum enim compositionem correximus, quod deterioris essent Arabismi. Ubi ab initio dicti alicujus videris crucis signum praefixum; scito, legendum esse hoc dictum more sciscitantis, id est, interrogando, usque ad clausulam quae sequitur illud. Et absolutum est hoc opus anno Christi 1706. in urbe Haleb, quae cognomen habet Albae, estque ex praefecturis Syriae secundae.

cundae. Mementoto noſtrum miſericordia et oratione. Et precamur Deum, ut perficiat propoſitum noſtrum auxilio ſuo et benedictione. Amen.

340. Quatuor Evangelia arabice. Aleppi, ſumtibus Anaſtaſii Graecorum Antiocheni Patriarchae. 1706. fol.

Teſtibus Joſ. Simon. Aſſemanio, Biblioth. Orient. Tom. I. p. 631. et Steph. Evodio Aſſemanio, Catalog. Biblioth. Medic. p. 65. nec non U. J. Seezenio, in Relatione ſupra citata, col. 642. 1).

341. Lectiones Evangelii per annum, cum Homiliis et Kalendario, Arabice, in fol. ſine anno et loco.

Haec Joſ. Sim. Aſſemani tradidit, ib. p. 631. Seezen et inſcriptionem retulit arabicam, loc. cit. num. 2) et annum editionis.

كتاب الانجيل الشريف الطاهر والمصباح المنير
الزاهر طبع حديثًا بمدينة حلب المحمية سنة
الف وسبعماية وستة المسيحية

„Evangelium glorioſum purum, et Lucerna illuminans ſplendens, nunc primum impreſſus eſt" liber Halebi 1706. p. 566.

o Pſalmi Arabice. Patavii typis Seminarii. 1709. 8.

Prima editio Aleppenſis anni 1706. iterum praelo ſubjecta eſt. q)

q) Aſſemanni Catal. Bibl. Medic. p. 64.

Maſchii haec ſunt. At Aſſemani neque formam libri tradidit, neque Patavinam editionem dixit Alep- penſem

pensem repetitam. Verba ejus sunt haec: „Liber Psalmorum Arabicus. – Arabica haec Psalmorum interpretatio edita est juxta Graecam Septuaginta interpretum ab Abdalla Ben Al Phadeli, Diacono Melchita, prodiitque Patavii typis Seminarii, anno MDCCIX. Aleppi sumtibus Athanasii, Graecorum Melchitarum Antiocheni Patriarchae, anno MDCCVI. et novissime in Kesroano Montis Libani, Dioeceseos Berytensis, excudente Abdalla Ben Zacher, Clerico Melchita, rel.“ – Alio loco, Catal. Biblioth. Medic. p. 37. auctor ille versionis Psalmorum arabicae, qua Melchitae utuntur, dicitur Abdalla Ben Alphadl Diaconus, Archiepiscopi Abdallae filius, Syro-Melchita, qui ante saeculum Christi XII. Antiochiae claruit, multosque libros e graeco arabicos fecit. Nobis commenticia videtur Patavina haec editio, quippe non modo exemplum libri nullum, sed etiam, ab illo uno loco si discesseris, ne vestigium quidem aliquod repertum.

Gymnasium Arabicum, in quo tres Davidis odae – – exhibentur a Wichmannshausen. Wittenberg. 1714. 4.

Vid. supra num. 92.

342. Paraphrasis arabica quatuor primarum capitum libri Geneseos cum versione latina. Item Index alphabeticus omnium vocum arabicarum, in quatuor his capitibus lectarum, qui lexici vitem (sic) supplere queat. 4. maj. pagg. 31. absque significatione loci, anni, editoris.

Separatim editum esse librum, non conjunctum cum alio quodam, loquitur facies ejus universa. Et inter Batavos quidem prodiisse, caret dubitatione. Arabici typi sunt simillimi illis, quos adhibitos videas in Enchiridio Studiosi edito ab Hadriano Relando, Trajecti ad Rhenum. 1709. Qui editionem curavit

non

non nisi hoc egit, ut describi curaret quae edita erant in Georg Othonis Palaestra linguarum orientalium. Francof. ad Moenum. 1702. 4.

343. Psalmi arabice. (Londini, sumtibus Societatis de propaganda cognitione Christi apud Exteros). 1725. 8. pagg. 230.

Psalterium hoc non una sed duplici forma excusum esse fertur in Adler's Biblisch-kritischen Reise nach Rom. p. 135.

344. Novum Testamentum arabice. (Ibidem, sumtibus ejusdem Societatis), 1727. 4. pagg. 643. Arabicam utriusque libri inscriptionem refert Handbuch – von Rosenmüller, T. III. p. 54 et 136.

Post ea, quae de utroque libro recte tradidit Maschius, nos quae dicenda nobis habere videmur, sunt fere haec. Praefatio ad Psalmos refert, Athanasium, Patriarcham Antiochenum Graecum, parandis libris divinis et ecclesiasticis perquam intentum, aliquot antehac annis (منذ سنين ما) vulgasse Psalmorum librum arabicum, Halebi typis descriptum: sed cum sint in eo nonnulla minus bene expressa; graeci textus nova comparatione facta, discipulum Ejus, Soleimanum presbyterum, recognovisse versionem arabicam ad sermonis indolem et subtilitatem, cum ad observantiam doctori suo, Patriarchae, monstrandam, tum ad libri usum inter omnes Christianos orientales magis propagandum; eapropter in minorem formam illum nunc redactum esse, ut etiam peregrinantium quisque secum habere illum et nullo non tempore adhibere possit. – Soleimân ille vulgatior est nomine Salomonis Negri. Exstat Memoria Negriana hoc est Salomonis Negri Damasceni Vita olim ab ipsomet descripta, nunc autem accessionibus quibusdam illustrata – ex autographo auctoris edidit Gottl. Anastas. Frey-

Freylinghausen, Halae Salicae 1764. 4. In sua Historia Congregationis Cardinalium de propaganda fide, Regiomonte 1721. 4. edita, passim virum commemoravit Theoph. Sigefr. Bayer, cui primo loco pag. 9. Salomon Niger, mox p. 11. Sal. Al Sadus seu Niger dicitur, dehinc autem constanter audit Salomon Al-Sadi (السادي), quod genuinum hominis Damasco oriundi cognomen putandum est. Eratque in magna dignatione positus apud Bayerum, et ipsum doctrina atque judicio praestantem. Quippe pag. 25. recitata AlSadii sententia de libris arabicis, editis congregationis de P. F. typis, addidit ipse: „Vehemens sane judicium. Tamen ut erat vir magna eruditione et gravitate, nihil mihi temere dixisse videtur." Atque iterum, p. 29. ex vita hominis, quam manu ejus scriptam penes se habebat, relatis casibus praecipuis, „homo, inquit, cujus virtutes et eruditionem praedicare nunquam desistam." At Jo. Jac. Reiske, neque enim alius est qui de utroque libro retulit in Baumgarten's Nachrichten von merkwürdigen Büchern, Halle, 1753. p. 283 sq. in editore peritiam nec non puritatem sermonis desideravit, fidemque rei fecit propositis speciminibus. Certe hebraici fontis usum fuisse Salomoni, neutiquam credibile. – Peracta est editio typis antea haud visis, perquam elegantibus, quales deinceps Goettingam expetiti ornabant quae arabice ederet Jo. Dav. Michaelis. Tamen ubi majusculis typis opus esset, adhibitos videas antiquiores illos minus probabiles, quorum usus erat in edendis Bibliis Polyglottis Waltonianis, nec postmodum alius alicubi se nobis obtulit.

Quem Maschius ad cognoscendam rei historiam commendat, liber: An Extract of several Letters etc. Londini 1720. 8. cum non possit non esse paucissimis obvius; dicenda magis Bibliotheca histor. philolog. theologica Bremensis, cujus Classis quartae fasci-

fasciculo IV. anno 1721. edito p. 711 sqq. videas Excerpta ex litteris quibusdam Anglicis de nova versione arabica Novi Testamenti etc. unde intelligitur, constitutum fuisse, exemplorum octo decemve millia parare, nulla mercede distribuenda. — Caeterum in Catalog. Biblioth. Medic. p. 65. exstat locus invidiae injuriaeque plenus, qui Maschii effugit diligentiam. Assemani, commemorans Evangelium, Arabice e Graeco, haec promit: „Evangeliorum haec interpretatio, quamvis juxta sensum graeci textus sit elaborata, pluribus tamen in locis discrepat ab editis in Polyglottis Parisiensibus et Londinensibus: ex eo fortasse, quod elegantiori arabici idiomatis phrasi illam auctor, seu interpres adornaverit. Eadem legitur impressa Aleppi in folio, anno Chr. MDCCVI. sumtibus Athanasii Antiocheni, Graecorum Melchitarum Patriarchae; et Londini in 4. unacum reliquis Novi Test. libris, et Decalogo, anno MDCCXXV. (sic) cura et studio cujusdam Mercatoris Anglicani, qui versus omnes et loca, quibus Catholicae veritatis dogmata comprobantur, in praefata editione Londinensi nefarie depravavit: ejusdemque quatuor fere millia exemplaria optime compacta Coptis, Melchitis, Jacobitis, et Maronitis dono dedit: indigna hac fraude autumans insanas Novatorum in Sanctam Romanam Ecclesiam hallucinationes Christianis Orientalibus communes facere, et maximum in Asia et Africa catholicae religionis incrementum detinere; sed perperam: depravatae enim hujus Novi Test. editionis vix certiores facti orientalis Ecclesiae Praesules, quamplurima exemplaria concremarunt, ceteris proscriptis, et anathematis poena in legentes, vel eadem exemplaria retinentes inflicta." Proximis annis non omnia libri exempla Londini ex hausta fuisse, cognovimus ex Relationibus, de quibus supra dictum p. 332. inscriptis The Christian Observer. Mense Septemb. 1805. propositae sunt p. 532. duae quaestiones, quarum

rum altera haec: In feveral of the Annual Reports of the Society for promoting Chriftian Knowledge, mention is made of Arabic Teftaments printed by that Society for the pnrpofe of fending abroad. Are there any of thefe Teftaments remaining upon hand? It there be, it may be neceffary, to add, that the Conful General from the Britifh Court to the ftate of Algiers, who now refides in Africa, would be very glad to receive any number that can be fpared, and would difpofe of them, in the moft ad vantageous manner. Et menfe Decemb. p. 773. redditum hoc refponfum: The venerable Society for promoting Chriftian Knowledge have ftill on hand fome Arabic Teftaments, of which, we doubt not, they would be difpofed to grant a part to any refpectable applicant, who fhould fatisfy the Society that he poffeffed the means of advantageously diftributing them.

345. Particula concionis montanae a Domino noftro Jefu Chrifto, Matth. V. cura D. J. H. Callenbergii, arabice. Halae in typographia inftituti Judaici. 1730. 12. Mafch. p. 132.

346. Colloquium Chrifti cum muliere Samaritana. Halae, 1731. 12.

Narratio de Lazari in vitam reditu. ib. eod.

Chrifti Supplicatio pontificalis. ib. eod. Mafch, p. 133.

o ,,Pfalmi Arabice. Aleppi 1735. 8. Notat editionem Henricus Schulzius in Bibliotheca Arabica. Abdalla Ben Zacher Clericus Melchita anno 1732. typographiam Aleppi exftruxit, quam elegantiffimis typis arabicis exornavit."

Haec Mafchius, pag. 124. Fontem alium non poteft habuiffe nifi M. Henrici Scholtz, Silef. p. t. Prof.

Prof. Phil. Ordin. et Gymnaf. Altonav. Rect. Specimen I. Bibliothecae arabicae, de Typographiis arabicis. Hamburgi 1741. 4. de quo vid. fupra num. 235. p. 234. Et vere exftat hujus Speciminis p. 10. hoc: „Pfalmi Davidis Arabici. Chaleppi. 8. 1735." Sed ignorabat auctor, in monte Kesrowan fitum effe coenobium S. Johannis Baptiftae.

347. Pfalmi arabice, impreffi in Monafterio S. Johannis in monte Kesroan. 1735. 8.

Editio haec certa eft, extra omnem dubitationem fita. Praefationis extremo loco refert formulam hanc:

وقد تم طبع هذا السفر المقدس في دير
القديس ماري يوحنا الصابغ الملقب بالشوير
الكاين في جبل كسروان سنة الف وسبعماية
وخمس وثلثين للتجسد الالاهي

h. e. „abfoluta eft impreffio hujus libri facri in Monafterio S. D. Johannis Baptiftae dicto Scho'weir fito in monte Kesrowân anno millefimo feptingentefimo tricefimo quinto incarnationis divinae." — Sed de libro referendi locus erit, ubi ad tertiam editionem ann. 1753. pervenerimus, cujus penes nos eft exemplum.

348. Pfalmi arabice, impreffi in Monafterio S. Johannis in monte Kesroan. 1739. 8.

Mafchius, quae de hac fecunda editione refert, unde hauferit, non conftat.

349. Matthaei Evangelium arabice, feorfum recudi curavit D. Jo. Henr. Callenberg, Theol. et Phil. prof. ord. Halae in typographia Inftituti Judaici. 1741. 8. pagg. 166.

Prae-

Praefatio ſcripta d. 28. Jan. 1741. docet, libros in Anglia editos (Num. 343. 344.) iis potiſſimum eccleſiae orientalis coetibus deſtinatos fuiſſe, quibus arabica lingua vernacula eſſet, Callenbergium vero Muhamedanorum, maxime Indicorum, curam habuiſſe, quorum ingens multitudo licet arabice non loquatur, codices tamen intelligeret arabicos, modo ſint ſingulae voces omnibus ſuis vocalibus inſtructae. Ea propter factum, ut textus arabicus repeteretur, qualis editus eſſet in Bibliis polyglottis Anglicanis.

350. Pauli Apoſtoli Epiſtola ad Romanos arabice. Seorſum recudi curavit D. Jo. Henr. Callenberg. ib. eod. pagg. 78.

351. Acta Apoſtolorum arabice, ſeorſum recudi curavit – Callenberg. ib. 1742. pagg. 192.

352. Epiſtola ad Hebraeos Arabice, ſeorſum recudi curavit – Callenberg. ib. eod. pagg. 54.

353. Pſalterium Coptico-arabicum. 1744. 4.

Inſcriptio paucis vocibus abſolvitur, primo Copticis, deinde Arabicis his: كتاب زبور داود.

Praefationis ſeu cujuscunque ſignificationis haud quidquam exſtat. Inſcriptionem excipit Pſalmus primus. Singulis paginis Copticus ſermo adjunctum ſibi habet Arabicum. Verſus ſinguli ſpatii quidem intervallo diſtincti, ſed numerorum ſignis deſtituti. Extrema pagina, 502. coptice arabiceque proditus annus editionis; arabice dicta ſunt haec: „Abſoluta eſt impreſſio hujus libri ſancti die decimo ſeptimo menſis Thammus, qui eſt menſis Abib (Junius), anno milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quarto incarnationis divinae.“ Latini nihil admixtum; praeter literas ſingulas A B C etc. quibus chartae ſignantur volumen compingenti.

Romae

Romae typis Congregat. de P. F. prodiiſſe hanc editionem haud dubium. Venditatur alia ibidem facta ann. 1749. Catalogus 1761. editus inter libros Copticos pag. 116. refert „Pſalterium Alexandrinum Cophto-Arabicum 1749. in 4." et repetunt haec Catalogi ann. 1765. 1773. 1782. 1793. At parum credibile, repetitam eſſe editionem paucorum annorum intervallo: credibilius multo, annum 1749. in Catalogis negligentius poſitum eſſe pro 1744. etiam hanc ob cauſam, quod editionis haud dubiae anni 1744. cujus exemplo nos utimur, mentionem nullus habet. Ipſe quidem Didymus Taurinenſis, h. e. Thomas Valperga, Abbas de Caluſio, vir generis nobilitate non magis quam litterarum copia et ingenii humanitate conſpicuus, cujus ſupra num 235. p. 233. mentio facta eſt, in Literaturae Copticae Rudimento, Parmae, 1783. 8. p. 16 et p. 33. commemorat typis S. C. de Prop. Fide editum Pſalterium Alexandrinum Copto-Arabicum Romae 1749. in 4. ſed ſecutus forte auctoritatem Catalogi. Idem commemorat editionem primam Pſalterii Coptici cum interpretatione latina Theodori Petraei, Lugd. Bat. 1963. 4. Sed hujus nonniſi ſpecimen, pſalmum primum coptice et arabice exhibens, exſtare certum eſt. Vid. Maſch T. II. pag. 126 et 187. Qui editionem Romanam anni 1744. curavit, eſt Raphaël Tuki, de quo dictum num. 354.

Arabica verſio eſt illius recenſionis, quae Melchitica dicitur Doederleinio, Eichhornii Repertor. T. IV. p. 77. et conſpirat quam maxime cum verſione edita in monte Libano, in Monaſterio Mar-Hanna: certe Pſalmo 45. quem ex variis verſionibus exhibuit Doederlein, loc. cit. p. 86 ſq. lectiones tantum non omnes Numeri 6. deprehenduntur quoque in hac Romana editione. Neque vero conſenſio tam conſtans, quin non modo in ſingulis vocibus, ſed gravioribus etiam locis ab illa recedat: veluti Pſ. 13. (Hebr. 14.)

poſt

poſt verſum 3 ea quae addunt LXX in codice Romano, abſunt quidem a Pſalterio, edito in Libano ann. 1753. ſed exſtant in editione Romana. Refert haec paſſim, parcius ab initio, frequentius verſus mediam partem, lectiones alias in margine poſitas, ſed haud illas magni ponderis, veluti Pſ 76.

a vers. 3 Textus habet التمست, Margo (خ ابتغيت)

b vers. eod. T. فلم اطغ M. (خ ولم اضل)

c vers. eod. T. تعزي M. (تتعزي)

d vers. 4 T. تلوت M. (خ هتهت) mendoſe pro اهتهت

e vers. 6 T. الاولي M. (خ القديمة)

f vers. 8 T. يسّر بعد M. (يرضي ايضا)

g vers. 9 T. هل M. (خ او)

h vers. 17 T. اللجج M. (خ الاعماق)

i vers. 18 T. نسيم M. (خ تعبر نافذة)

k vers. 21 T. كالغنم M. (خ مثل خراف)

Quae marginis ſunt lectiones, eaedem maximam partem (exceptis a g h k) textus ſunt in Pſalterio anni 1753. – Quae autem ſit arabicae verſionis cum coptica conſenſio aliis videndum et judicandum relinquimus.

354. Pſalmorum liber editus in urbe Beirût, بيروت, 1751. octav. min. pagg xxx et 367.

Viſum ſibi librum eſſe affirmat Seezen, loc. cit. col. 648. commemorans duos alios ibidem excuſos,

Sweiéiya, Breviarium graeco-catholicum (forte سواعي), et Kundak, Miſſale.

355. Biblia arabica, Romae 1752. 4.

De hac editione quae ab aliis dicta ſunt optime retulit cel. Roſenmüller, Handbuch, T. III. p. 63 ſq. Geminum praefixum eſt inſcriptionis folium, alterum hoc:

العهد القديم والحديث

الجزء الاول

Bibia Sacra in Lingua Arabica
Tomo I.

طبع سنة 1752. مسيحية بمطبعة مالاكي رونيلي

alterum mere arabicum, cujus averſa pagina, notata numero 2. mox incipit textus libri Geneſeos. Abſoluto Joſuae libro p. 304. inſertum eſt aliud inſcriptionis folium, arabico-italicum, - - العهد Bibia Sacra in lingua arabica Tomo II. ſed non relatum in numerorum ſeriem: proximo enim folio, p. 305. ſequitur initium libri Judicum. Cujus rei ratio videtur poſita in eo, ut omiſſis ambobus foliis arabico-italicis exempla mere arabica haberent hòmines orientales. Arabica in trinis inſcriptionis foliis ſunt iisdem plane formis ex ligno factis expreſſa. Annus editionis proditus conſtanter 1752. non 1753. Volumen pagg. 688. complectitur praeter libros Hiſtoricos, Joſ. Jud. Ruth, IV Reg. II Paralipom. etiam Esr. I. et II. (ſeu Nehem.) et Tobiae librum. Reliqui quantum conſtat non ſucceſſere. Quid cauſae effecerit, ut in hac prima parte ſubſiſteret opus, ignoratur. Vitam edenti defuiſſe non eſt quod opineris. Etenim qui editionem curavit Raphael Tuki, رافايل الطوخي, Epiſcopus Arſenienſis (Arſinoae in Aegypto) edidit anno 1770. Doctri-

Doctrinam christianam arabice, ac ulterius anno 1778. Rudimenta linguae Coptae sive Aegyptiacae ad usum Collegii Urbani de Propaganda Fide. Romae, typis ejusdem congregationis. 4. Quibus qui praefatus est haec de ipso refert: „Auctor hujus Grammaticae Institutionis est Praesul spectatissimus Raphael Tukius Episcopus Arsenovensis, qui Romae degit, et per plures annos in Collegio Urbano Sacrae Congregationis de Propaganda Fide patriam linguam docuit, cuique etiam debemus Euchologii Alexandrini Copto-Arabici editionem, cujus partes sunt Missale ex Codicibus Vaticanis et Aegyptiacis (1746. 4.) Pontificale (1761. 4.) Rituale (1763. 4.) et Theotochiae (1764. 4.) non ita pridem typis hisce nostris preditae.“ Bibliorum arabicorum mentio hic facta nulla. Sed expressis verbis, ab ipso editam esse anno 1752. „Partem I. vulgatae editionis Arabice versam“ testatus Augustinus Antonius Georgius, Fragmentum Evangelii S. Johannis Graeco-Copto-Thebaicum saeculi IV. Romae 1789. 4. Praefat. pag. XII. qui Missale non anno 1746. sed 1736 et Psalterium non anno 1749. sed 1744. prodiisse affirmat, et Tukium dicit obiisse demum anno 1787. XVI. Kal. Novembris. – Typographus, cujus officinae tribuitur opus, dicitur Malâc h e. (non Malchus, sed) Angelus Rutili, estque idem cujus nomen cernitur in fronte Tomi I. operis inscripti: Bibliothecae Apostolicae Vaticanae Codicum MSS Catalogus – ubi verbis: Romae MDCCLVI. subjuncta sunt haec: „Ex typographia linguarum orientalium Angeli Rotilii in aedibus Maximorum.“ Typi arabici, ad describendum opus adhibiti, sunt minus luculenti, et diversi ab iis, quibus adhuc uti solebat typographiae Congreg. de P. F. Sed tamen venditatur liber inter eos, qui Congregationis hujus typographiae debentur. Etenim Catalogus editus anno 1773. inter arabicos libros offert pag. 12. „Vetus Testamentum arabicum 1752. in 4.“ addito

 signo

ſigno †, quod abſumta eſſe exempla ſignificat. Sed in Novo Catalogo anni 1782. ex quo exſulant omnia ſigno † ante notata, recurrit tamen pag. 6. iisdem verbis: Vetus Teſtamentum arabicum 1752. in 4.

356. Pſalmi arabice, impreſſi in Monaſterio S. Johannis in monte Kesroan. 1753. 8. editio tertia.

Inſcriptio libri mere arabici haec: Liber Pſalterii divini Davidis prophetae, ſuntque pſalmi ejus numero 150 diſtributi juxta ordinem Patrum Sanctorum Orientalium in ſeptem Matutina, quae deſtinata ſunt pro ſeptem matutinis Officiis ſeptimanae, et comprehendunt viginti καθίσματα humiliatoria. Matutina excipiunt decem Cantica prophetica, quae ſtatuit Eccleſia canenda poſt Pſalmos. Edita haec nunc juxta dictum ordinem.

Praefationem 12 pagg. excipiunt Pſalmi CL. pag. 14–338. adjunctis Canticis X. p. 399–366. Accedit, qua prima editio caret, plagula 24. paginis numero haud diſtinctis, quae Catechismum quaſi exhibet ſeu ſumma religionis chriſtianae capita, utpote Praecepta Dei X. Praecepta Eccleſiaſtica VII. Conſilia Evangelica III. Sacramenta Eccleſiae VII. Virtutes Cardinales IV. Virtutes theolog. III. Virtutes Morales X. Dona Spiritus Sancti VII. rel.

De Graecorum ratione diſtribuendi Pſalmos in Καθίσματα conſulendus Cardinalis Joannes Bona, in Tractatu de divina Pſalmodia, cap. XVIII. §. 13. p. 903 ſq. Operum Omnium, Antwerpiae, 1677. 4. vel Leo Allatius, cujus de libris eccleſiaſticis Graecorum diſſertationes iterum edidit, et Bibliothecae ſuae Graecae Tomo V. adjunxit Jo. Alb. Fabricius; p. 45: etiam decem illa Cantica quaenam ſint ſignificatum.

Ex Praefatione viſum eſt haec referre:

p. 9. „Excuſus nunc eſt denuo hic liber, ut facilis ſit compa-

comparatio ejus omnibus, nec quispiam, si negligat natos in legendo instituere, excusare se possit perhibendo, deesse sibi potestatem. Scito etiam, cum textum Psalterii arabicum, qualis primitus erat, invaserint per ignorantiam describentium quaedam alterationes in sententiis, quarum sensum non illi assequerentur, et mutationes vocabulorum, quorum significationem non intelligerent, ea propter impressum esse hunc librum juxta textum, qui collatus quam diligentissime cum fonte graeco, et constitutus est juxta lectionem et intelligentiam Patrum Sanctorum (p. 10.) et doctorum commentatorum verissime, opera virorum bene peritorum utriusque linguae, et graecae ex qua translatio ducta, et arabicae in quam facta conversio. Quare si deprehenderis quae nunc alia sint quam antehac, noli putare hallucinationem esse et depravationem, ut fraudem tibi facias et damnum, sed persuasum tibi habe, esse ipsam veritatem juxta fontem graecum, ut utaris et fruaris.

Scito quoque hoc. Cum Psalterium hoc divinum adhibeant Fideles, ut doceant natos legere arabice; non libuit tollere de verbis infirmis, si sint in statu Dschezmato et non habeant pronomina affixa, litteras quae in illis reperiuntur infirmas. Sed servavimus hasce litteras in statu praedicto, ut mos est scribentium, qui non cognitum habent (pag. 11.) rectum usum sermonis arabici. Idque a nobis factum idcirco, ut ne difficilis esset lectio horum verborum pueris discentibus, immo etiam aliis, qui nesciunt recte efferre haec verba, si sublatae sint illae litterae a doctoribus; et ob eam maxime causam, quod servatae hae litterae in statu dschezmato revera audiuntur in pronuntiatione arabica. Noli igitur tribuere illud ignorantiae turpi, sed certus sis adcommodantes nos respexisse defectum intelligentiae in illis, qui non bene legere noverunt ejusmodi voces, si sint scriptae una tantum littera vel duabus."

Veluti

Veluti, Pf. 5, 3. editum واصغي, pro واصغ. Pf. 7, 10. ليغني pro ليغن. Pf. 9, 12. ولم ينسي, pro ولم ينس. Pf. 37, 25. ولم اري pro ولم ار.

Praefationis tandem extremo loco dicta funt haec:

وقد تم طبع هذا السفر المقدس طبعًا ثالثا في دير القديس ماري يوحنا الصابغ الملقب بالشوير الكاين في جبل كسروان . بعمل الرهبان القانونيين من طايفة الروم الملكية. سنة الف وسبعماية وثلث وخمسين للتجسد الالهي.

h. e. abfoluta eft impreffio hujus libri facri tertia vice in monafterio S. D. Johannis Baptiftae, dicto Scho'weir, fito in monte Kesrowân, opera monachorum regularium graecorum Melkitarum, anno 1753. incarnationis divinae.

Minus bene haec reddita funt a Doederleinio, Repertorium fu Biblifche und Morgenländ. Litteratur, Th. II. 1778. p. 178.

357. Epiftolae Apoftolicae, in Monafterio S. Johannis in Kesrowân. 1758. 4. pagg. 403.

Leo Allatius, de libris Ecclefiafticis Graecorum, edit. Fabricianae p. 35. „Liber (Αποστολος, aliis πραξαποστολος) ex Actibus Apoftolorum, Epiftolis Pauli, et Canonicis, nec non Apocalypfi compofitus eft. Textus in plures partes divifus, et diebus fingulis, feftis diebus accommodatus, ita ut completo libro, ea quoque omnia terminentur, nihilque in iis fit,

ſit, quod in libro non habeatur, et quandoque etiam bis et ter, ut ſeſe tulerit occaſio, repetitum."

Inſcriptio prima: الابركسيس وهي الاعمال المختصة بالرسل القديسين المنسوب الي القديس لوقا الانجيلي يقرا في ايام الخمسين

h. e. „Πραξεις, ſeu Acta Apoſtolorum Sanctorum, tradita a S. Luca Evangeliſta, ut leguntur a feſto Paſchatis ad feſtum Pentecoſtes."

Altera haec: كتاب الرسايل المشتمل علي اعمال الرسل القديسين ورسايل بولس الرسول ويعقوب وبطرس ويوحنا ويهودا كنايسيا يقرا في القداس الالهي يوما فيوما حسبما رتبه الابا القديسون في الكنايس الشرقية

„Liber Epiſtolarum, complectens Actus Apoſtolorum SS. et Epiſtolas Pauli Apoſtoli, Jacobi, Petri, Johannis et Judae, eccleſiaſtice, ut legitur in Miſſa divina de die in diem juxta ordinationem Patrum Sanctorum in eccleſiis orientalibus."

Ex Praefatione juvat cognoſcere quae ſequuntur: Tertio omiſimus ex hac editione Explicationem, quae exſtat in Epiſtolariis arabicis, ut eſſet ritus in omnibus graecis eccleſiis idem: illa enim Explicatio non ſolet legi niſi paſſim apud Chriſtianos arabicos tantum, in graecis autem Epiſtolariis primitus non habet locum.

Deinde ſcito, cum textum Epiſtolarum arabicum temporis multi progreſſu invaſerint per ignorantiam deſcribentium inde a pluribus annis quaedam alterationes

tiones in sententiis, quas cum sensum illi non assequerentur converterunt in errorem, et mutationes vocabulorum, quae cum non intelligerent depravarunt mutandis litteris vocalibusque, visum nobis esse conveniens, editioni intentis, ut conferretur cum fonte graeco quam diligentissime, et constitueretur juxta lectionem et intelligentiam Patrum sanctorum commentatorum quam verissime. Igitur collegimus graeca exempla haud pauca et deprehendimus ea discrepare quidem inter se verbis specie, nulla tamen discrepantia in sensu re ipsa. Et servavimus quod fundamentum haberet aut in exemplis aliquot graecis, aut apud quosdam Patres commentatores, etiamsi non exstaret in omnibus, quod dandum aliquid esset arabico textui, qui longo usu familiaris factus est auribus hominum et linguis: et sustulimus quod non deprehendimus fundamentum habere in duobus locis, nec ita comparatum, ut nequeat abesse salvo sensu, ne adderemus divinis his oraculis, quod esset ab illis alienum, illisque indignum. Simul hoc quoque curae erat, ut essent omnia adstricta ad fundamenta sermonis arabici atque ad legitimum dicendi genus, nec quidquam locum haberet nisi ut par esset tum in singulis tum in universis. Idque factum est opera virorum intelligentium, quorum cognita esset utriusque linguae peritia. –

„Consilium autem captum fuit excudendi libri jussu superiorum in Monasterio S. D. Johannis Baptistae dicto Scho'weir in monte Kesrowân opera Monachorum Regularium Basilianorum Graecorum Melkitarum anno 1756. Christi.“ –

Postremo loco haec: „Et absoluta est impressio Epistolarum sanctorum ineunte anno 1758. Incarnationis divinae.“

358. **Pſalmi arabice, in monaſterio S. Johannis in monte Kesroan. 1764. 8.**

Tertiae in omnibus reſpondet haec quarta editio, in praefationis extremo loco referens:

وقد تم طبع هذا السفر المقدس طبعا رابعا
بديع — —

Arabica haec perperam vertit, qui Maſchio impertitus eſt quae ipſe tradidit: „In Monaſterio St. Johannis Baptiſtae Aiſchoir Alcain in monte Chaswan, opera et induſtria Monachorum Canonicorum S. Baſilii, Congregationis vel ordinis Romani." —

359. Pſalmi arabice, ibid. 1770.

De quinta hac editione vid. J. G. C. Adlers Ueberſicht ſeiner Reiſe nach Rom. 1783. p. 135.

360. **Evangelia arabice, in monaſterio S. Johannis in monte Kesrowan. 1776. fol. pagg. 315.**

Inſcriptio haec: كتاب الانجيل الشريف
الطاهر. المصباح المنير الزاهر. منقسما
كنايسيا علي مدار السنة حسب ترتيب الابا
القديسين الشرقيين. مضبوطا علي اللغة
اليونانية. وموافقا النسخة العربية. من غير
تغيير ما اصلًا. عدا اننا حذفنا التفسير
الموضوع بهذه النسخة اي العربية اقتداء
بالاصل اليوناني الذي لا يوجد به التفسير
المذكور كما اوضحنا في فاتحة الرسايل

h. e.

h. e. „Liber Evangelii gloriofi puri, et Lucernae illuminantis fplendentis, diftributus ecclefiaftice pro ambitu anni fecundum ordinationem Patrum Sanctorum Orientalium, adftrictus ad linguam graecam, conformis recenfioni arabicae vulgatae, nullius rei mutatione facta nifi quod omiffa a nobis eft explicatio alias poni folita in recenfione hac arabica, ad imitationem Originalis graeci," quod non „habet illam explicationem, prout declaravimus in praefatione ad Epiftolas."

Sequitur prooemium, infcriptum: de dignitate Evangelii fancti ejusque praeftantia prae omnibus Scriptis Prophetarum Sanctorum. Extremo ejus loco exftant haec: Confilium autem captum eft de excudendo hoc libro juffu Superiorum Ecclefiafticorum in Monafterio S. D. Johannis Baptiftae dicto Scho'weir in monte Kesrowân opera Monachorum Regularium Bafilianorum Graecorum Melkitarum anno Chrifti 1776.

Ordinem, quem Graeci fequuntur in legendis publice Evangeliis, expofuit Allatius, loc. cit. p. 25.

361. Pfalmi arabice, in monafterio S. Johannis in monte Kesrowân. 1789. 8. editio fexta.

Certa eft haec editio, referens وقد تم طبع هذا السفر — طبعًا سادسًا Recentior alia num prodierit, haud conftat.

362. Specimen ineditae verfionis Arabico-Samaritanae Pentateuchi e codice MSto bibliothecae Barberinae edidit animadverfiones adjecit ANDREAS CHRISTIANUS HWIID Haunienfis. Romae, 1780. 8.

Copio-

Copiose de hoc libro relatum est in J. D. Michaelis Orient. und Exeget. Bibliothek, T. XVI. pag. 76–106.

363. Commentatio critica exhibens e bibliotheca Oxoniensi Bodlejana specimina versionum pentateuchi septem Arabicarum, nondum editarum, cum observationibus. Edidit Henr. Eberh. Gottl. Paulus, AA. M. philos. D. et lingg. orient. prof. publ. ordinar. Jenae. 1789. 8. pagg. 80.

Conf. Eichhorns Allgemeine Bibliothek, Tom. 2. P. 4. p. 633–654.

364. R. Saadiae Phijumensis Versio Jesaiae arabica cum aliis speciminibus arabico-biblicis e msô Bodlejano nunc primus edidit atque ad modum Chrestomathiae arabicae biblicae glossario perpetuo instruxit Henr. Eberh. Gottl. Paulus, lingg. orient. prof publ. ordin. Fasciculus I. Jenae 1790. Fasc. II. 1791. 8.

Editione hac qui uti velit, non sine fructu adhibebit quae suppeditat Allgemeine Bibliothek – von Eichhorn. T. III. p. 9–55. et 455–485.

365. Psalmi cum commentario, arabice. Viennae 1792. fol. pagg. 483. praeter ea quae praemissa sunt. Editio mere arabica.

In fronte libri posita est 1. inscriptio arabica: Commentarius in Psalmos, auctore Anthimo, Patriarcha Hierosolymae totiusque Palaestinae. 2. Sententia lat. et arab. de salubritate operis scripta a Bernhardo de Jenisch (كنيش) Viennae 14. Nov. 1791. In calce exstant haec: Absoluta est impressio libri die 28. mensis Junii 1792. in urbe Vienna, estque prima haec edito facta in typographia Josephi Kurzbök,

expen-

expensis Dom. Dom. Anthimi Patriarchae Hierosolymitani; curam edendi ac corrigendi gessit Parthenius Constantinus, Halebensis, servus humilis inter Hieromonachos.

Praemissorum eadem ratio, quae cernitur in altero libro, de quo dictum est num. 312. Auctor Anthimus, Patriarcha, in praefatione significat, se antehac Episcopum Scythopolitanum cepisse consilium adornandi ex Patrum SS. scriptis Commentarium in Psalmos, juvandis filiis suis spiritualibus, Arabibus christianis, Palaestinensibus, quod intelligendis psalmis, nisi accedat institutio arabice scripta, pares illi haud sint, quapropter publicis in sacris dum praelegantur, audientium alii dormitent, alii taedium patiantur, alii torpeant, - Arabica se retulisse ad versionem graecam a LXX. factam; non doctrinae ostentandae studio sed christiano amore unice ductum se suscepisse opus, illudque absolvisse anno Chr. 1787. Hierosolymis in coenobio patriarchali. Auctoris ad Parthenium epistola, et Parthenii obsequiosa responsio eandem in utroque opere rationem sequitur, ac iisdem fere loquendi formulis utitur. Accedit Prologus Athanasii M. et pars praefationis Anonymi et Eusebii Caesareensis.

His praemissis incipit pag. 1. Psalterium ipsum, hac ratione dispositum, ut singulis versibus seorsim positis ac rubro colore distinctis interjecta sit expositio modo amplior, modo brevior. Veluti Ps. I, 1. copiose dicitur de beatitate: at Ps. II, versus 7. paucis his absolvitur: Sensus: Pater dixit mihi, tu es Filius meus aeternus, at juxta incarnationem tuam factus es filius in tempore cum nascereris ex virgine, nascendo corporaliter. Aut vox hodie significat perenniter, quod qui est nulla non die, de eo dicitur hodie.

De

De hoc quoque libro retulit Franc. Car. Alter, in Memorabilien – von Paulus P. V. 1793. p. 197 sq. Quem Parthenius dixit Abd'ul Fazil, et Alter ignorare se professus est, auctor versionis Psalmorum arabicae, etiam in Viennensi hac editione repetitae, videtur non alius esse, quam qui Abdalla Ben Alphadl dicitur Assemanio, Catalog. Biblioth. Medic. p. 37. verba ejus vid. supra p. 375.

366. Specimen philologicum, continens descriptionem codicis MS. bibliothecae Lugduno-Batavae, partemque inde excerptam versionis Samaritano-Arabicae pentateuchi Mosaici, quod praef. Sebaldo Fulcone Joh. Ravio publice defendit Guilielmus van Vloten auctor. Lugduni Batavorum. 1803. 4. maj. pagg. 87.

Dissertationis IV. sunt capita; I. de versione Samaritano-Arabica, II. de codice ms. versionis, qui servatur in bibliotheca publica Academiae Lugduno-Batavae. III. excerpta quaedam capita Pentateuchi, Exod. 3, 1–22. cap. 4, 1–31. Levit. 11, 4–31. Numer. 21, 1–35. Devt. 28, 1–69. IV. Annotationes in loca nonnulla. – Conjunctionem illa habet cum commentatione praestantissima illustr. A. J Silvestre de Sacy, de versione Samaritano-Arabica e duobus codicibus Parisiensibus, in Eichhorns Allgem. Biblioth. Bd. X. St. 1. cujus commentationis nova editio eaque multo amplior, argumentum omne ita pertractans, ut non sit quod desiderari possit, tandem in lucem prodiit, primo loco posita, p. 1–199. in Mémoires de l'Academie des Inscriptions, Tom. XLIX qui quidem prae se fert annum MDCCCVIII. sed non est vulgatus ante anni 1810. initium.

Anno 1803. in Anglia captum et publicis litteris vulgatum est consilium de paranda Bibliorum vet. et novi

novi Test. editione mere arabica, hoc potissimum fine, ut permulta exempla gratis distribuantur in terris exteris, cum maxime in Africa interiori, inter homines arabici sermonis haud ignaros. Qui consilium hoc commendavit civibus suis, non sine successu, de exemplis enim 3200 cautum jam erat mense Novemb. 1803. datis nominibus, et editionis curam in se recepit, ratus, praestantiorem scripturae sacrae versionem arabicam adhiberi non posse ea quae sit edita in Bibliis Polyglottis Londinensibus, erat J. D. Carlyle, litterarum arabic. prof. Cantabrigiensis, redux brevi antea factus ex itinere orientali, unde multa et litterarum et artis monumenta reportavit. Mortuo Carlyle 12. Apr. 1804 prospere accidit, ut editionis curam in se reciperet D. Henricus Ford, Oxoniensis litter. arab. professor, et ipse exhibiturus versionem in Bibliis polyglottis editam, sed emendatiorem tamen et perfectiorem. Confectae sunt etiam excudendo operi typorum formulae novae, praestantes, copiosae. Sed intermissione facta de eventu necdum constat. In the Christian Observer, Sept. 1805. p. 532. proposita quaestio haec: Has any progress been made in printing the Arabic Bible since the death of Professor Carlysle? In what state of forwardness is this work? and when may it be expected to appear? responsum tulit hoc mense Decemb. p. 773. „We do not know that any progress has at yet been made in printing Professor Carlyle's Arabic Bible." The Eclecke Rewiew, referens de opere inscripto, A. Dictionary Persian, Arabic and English - by John Richardson; a new edition by Charles Wilkins. 4. 1806. haec tradit pag. 808. mens. Octob. 1806.

As the following paragraph not only gives the editor's reasons for preferring the Nishk character to

to the Taaleek or Niftaaleek, but alfo fhews that the Arabic Bible, long expected from the late Profeffor Carlyle, has not yet been commenced, we fhall lay it before our readers.

„It remains to fay a few words refpecting the new Arabic type here exhibited. The punches were gratuitously defigned by myfelf, and executed, under my fuperintendence, by that ingenious mechanic, Mr. William Martin, expressly for the purpofe of printing a portable edition of the Old Teftament in the Arabic language, for which he long fince fupplied a very large fount of letter; but as the execution of that work, owing to various accidents, particularly the death of that celebrated Arabic fcholar and amiable man, the Rev. Mr. Carlisle, who had liberally undertaken the labour of being its editor, has been retarded, there had not occurred, till now, a fair opportunity of exhibiting them." —

CLAS-

CLASSIS VI.

K o r a n i c a.

VI. Koranica.

In Korano edendo, transferendo, refellendo multorum ſtudia et conatus enumerare qui ſuſciperent, haud omni tempore defuerunt. Nobis quidem ejusmodi argumenti haec ſunt cognita:

1. Spicilegium hiſtorico - philologicum hiſtoriam literariam Alcorani ſiſtens, praeſide Zacharia Grapio, auctore Joachimo. Mantzel. Roſtochii 1701. 4. plagg. 3. et quod excedit.

   Iterum edita eſt haec diſſertatio a Grapio unacum Ahmed ben - Abdalla Muhamm. Epiſtola theologica de libero arbitrio ad Dn. de Aquila ſcripta – Roſtochii et Lipſiae (anno 1706.) 4.

2. Diſſertatio hiſtorico - philologico - theologica de ſpeciminibus, conatibus variis, atque noviſſimis ſucceſſibus doctorum quorundam virorum in edendo Alcorano arabico, praeſide Jo. Mich. Langio d. XVI. April. 1704. propoſita Altdorfi. 4. pagg. 38.

3. Diſſertatio hiſt. philol. theol. de Alcorani verſionibus variis, tam orientalibus, quam occidentalibus, impreſſis et hactenus ἀνεκδότοις, praeſide Jo. Mich. Langio, die XIIX. Jun. 1704. propoſita Altdorfi. 4. pagg. 36.

4. Jo. Buxtorfii, f. linguae in academia Basileensi professoris, de Alcorani editione arabica variisque ejusdem versionibus dissertatiuncula, edita in Bibliothecae historico-philologico-theologicae Class. VI. fasciculo secundo, Bremae, an. 1722. p. 271–281.

Hisce nos adhibitis quae ex hoc genere edita sunt, annorum ordine, non sola aliorum fide, sed ipsis, quantum fieri potuit, editis usi nunc enumerabimus.

367. Editio arabica, Venetiis facta, anno incerto.

Venetiis saeculo XVI. eoque nondum adulto Koranum arabicum typis editum fuisse, perpaucis nititur indiciis testimoniisque. Erpenii alterum est, qui in Catalogo librorum arabicorum, Rudimentis linguae arabicae, Leidae 1620. 8. addito, haec tradidit. „Venetiis excusi. Alcoranus Arabice circa annum 1530. literis Arabicis: sed exemplaria omnia cremata sunt. Libelli duo Astronomici, charactere inelegante, in 8°. sed hi quoque rarissimi sunt, et haberi non possunt.“ Alterum cernitur in libro parum obvio, qui inscriptus est: Introductio in Chaldaicam lingvam, Syriacam atque Armenicam et decem alias linguas. Characterum differentium Alphabeta circiter quadraginta et eorundem invicem conformatio. Mystica et Cabalistica quam plurima scitu digna. Et descriptio ac simulacrum Phagoti Afranii: Theseo Ambrosio ex Comitibus Albonesii J. V. Doct. Papien. Canonico Regulari Lateranensi ac Sancti Petri in Coelo aureo Papiae Praeposito, auctore. Anno MDXXXIX. 4. foll. 215. Subjunctae sunt huic libro complures editoris et Guil. Postelli epistolae mutuae, in quibus fol. 200. b. exstat locus ille, quo Ambrosium rogat Postellus Parisiis, Italico sermone usus, velit omnem porro ope-

operam dare, ut resciscat ab eo, qui Alcoranum arabicum isthic impresserit, velitne typos suos venumdare, se pretio cognito mox numos missurum, sibi enim admodum illis opus esse ad edendam suam Grammaticam arabicam librosque alios. Quibus sua subjunxit Ambrosius, haec: „Omni interea studio, cura et diligentia non cessavi ALEXANDRUM PAGANINI BRIXIENSIS filium, et qua potui etiam sollicitudine amicorum interventu rogare non destiti, ut typos formasque punicarum literarum, quibus olim pater ejus Alcoranum impresserat, justo vellet Postello vendere pretio; quod cum facere jam jam paratus esset, et dum amicum ejus rei certiorem facere praeparo, Libellum duodecim linguarum differentiumque literarum Guilielmi Postelli publicatum conspicio." (Prodiit Postelli liber Parisiis 1538. 4.). Copiosius haec exposita sunt a Langio in diss. de Alcorani prima inter Europaeos editione arabica, ante sesquiseculum et quod excurrit, in Italia per Paganinum Brixiensem facta, sed jussu Pontificis Romani penitus abolita. Altdorf. 1703. 4.

Nuper prodiit De Corano arabico Venetiis Paganini typis impresso sub in. sec. XVI. Dissertatio Joh. Bernardi de-Rossi prof. linguarum or. Parmae ex Imperiali typographeo 1805. 8. pagg. 16. Celeberr. auctor p. 12. „Binis hisce, ait, testimoniis, tertium jam addimus hucusque doctis ignotum et a nobis – detectum, quod utroque luculentius rem definit. Extat illud folio 83. verso et 84. ejusdem Thesei Introductionis." Positum vero est in eo, quod Theseus Ambrosius, recitans locum ex Korano, et quidem, ut ipse profitetur, ejusdem libro secundo, subjungit haec verba: „et cetera, quae in quinto quinternione Alcorani typis impressi folio antepenultimo sequuntur" – Negamus quidem ignotum fuisse hoc testimonium. Videatur modo Bosii Introductio

ductio generalis in notitiam rerum publ. orbis universi, accedunt ejusdem dissertationes de statu Europae. Jenae 1676. 4. ubi differt. III. de religionis et rei litterariae statu in Europa. §. XL. p. 338. haec exstant: „Ante CXX minimum annos a Paganino quodam Brixiensi litteris Punicis, hoc est, Arabicis expressum esse (Koranum) scribit Theseus Ambrosius in appendice Introductionis in varias linguas Orientales Papiae 1539. excusae fol. 200. „„qui et ejusdem Introductionis fol. 84 quaedam ex quarto (sic) ejus operis quinternione adducit.““ Et repetiit haec verba primo Tenzelius, Monatl. Unterredungen, Novemb. 1692. p 918. deinde ex Tenzelio etiam Langius, differt. cit. p. 8. Sed largimur, Ambrosii illud testimonium, neque ipsum tamen immune a multis difficultatibus, efficere, ut dubitare nunc nequeas, Koranum arabice fuisse editum, vel edi coeptum. Neque vero id factum circa annum 1530. quod Erpenius accepit, neque circa annum 1518. quae est sententia celeb. De-Rossi. Etenim Paganinus de Paganinis Brixiensis, Alexandri pater, coepit libros excudere Venetiis anno 1485. teste Panzero, in Annalibus, et quidem Vol. quod inscriptum: Conspectus Monumentorum -- 1797. pag. 492. col. 1. et excudit etiam tres libros anno 1509. teste eodem, Annal. Vol. VIII. p. 395. 396. sed quod ab ipso post ann. 1509. curatum sit opus cognitum est nullum. Quod ad illum refert Panzerus, Itinerario di Lod. Bartema, Venezia, pel Paganini 1518. 8. Annal. Vol. VIII. p. 444. putamus Alexandro filio deberi, qui Venetiis libros excudere coepit anno 1513. conf. Allgem. Literatur-Zeitung, 1806. Num. 124.

368. Historia Josephi patriarchae, ex Alcorano, arabicè, cum triplici versione latina, et scholiis Thomae Erpenii, cujus et alphabetum arabicum

cum praemittitur. Leidae, ex typographia Erpeniana linguarum orientalium. 1617. 4. plagg. 18.

Primum ſpecimen arabici textus vocalibus ſignisque omnibus diſtincti ex typographia Erpenii nunc inſtructiore editum ineunte anno 1617. Eſt vero Hiſtoria Joſephi Sura Korani XII. verſuum 111. Copioſe de libro refert Hirt, Biblioth. VIII. pag. 297. vid. num. 381.

369. Suratae unius atque alterius textum ejusque explicationem ex commentario quodam Arabe dogmata Alcorani, et verba maxima, minimaque, explicante literatae genti ad felicius refutandum atque ſolidius dijudicandum de Verſione tam Alcorani, quam Commentatoris Muhammedanae religionis; ſpeciminis ergò ponebat JOHANNES ZECHENDORFF, Scholae Cygneae rector. Cygneae, ſine anno, 4. plagg. $3\frac{1}{2}$.

370. Specimen Suratarum, id eſt, capitum aliquot ex Alcorani ſyſtemate JOHANN. ZECHENDORFFI, ejusdemque tum verſionis, tum refutationis quà Latinae, quà Arabicae, ante aliquam multos annos inſtitutae: in Dei honorem, verbique ejus propagationem: nec non proximi, ut ſunt pagani, Turcae, Perſae, Mauritani, atque alii converſionis anſam: aequiſſ.° doctiſſ.° atque expertiſſ.° eruditorum judicio ac cenſurae humillimè ab ipſo interprete ſubjectum. Cygneae, ſine anno, 4. plagg. 5.

De utroque opusculo retulit Hirt, Biblioth. VIII. p. 290. ante ipſum Baumgarten, Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek, Bd. 4. p. 293 ſq. Illud refert Sur. 101. et 103. hoc Sur. 61. et 78. Typi arabici ex ligno ſculpti, deformes et horridi. Mirum profecto, in edendis arabicis tempus operamque voluiſſe perdere virum bonum ne typorum quidem

quid-

quidpiam habentem, quem sane non poterat latere, ferre sua nequaquam posse, qui Leidae excusa arabica oculis usurpasset. Exstant ejusdem auctoris opuscula duo alia,

Fabulae Mvhammedicae sive nugae Alcorani, quae in ejusdem Systemate integro (quod 114. capitibus constat) reperiundae commemorantur. 1628. 4.

Eclogae Mohammedicae sive alcoranico-mohammedica arabica – Cygneae. 1646. 4.

Sed illud certe nihil habet arabici sermonis: hoc autem nobis nunquam visum.

371. Prima tredecim partium Alcorani Arabico-Latini. Ubi textus Arabicus absque punctis sumtus, literis Latinis exacte expressus, et versio Latina parallela ita apposita, ut similis sit interlineari Bibliorum Ebraicorum B. A. Montani, ita positis vocibus textus et versione, ut unà Masoram Alquorani Arabici exhibeant. Eum in finem etc. – Opera et studio Christiani Ravii Berlinatis. Cum duplici praefatiuncula, I. ad nobilissimos Amstelodamensis Gymnasii Curatores: de vastissimo Orientalis literaturae campo, et usu. II. ad lectorem: de ratione versionis suae parallelae, et usu Arabici textus literis Latinis ita expressi, ut Arabica absque punctis repraesententur. Quibus subjungitur Catalogus CCLXI. voluminum Arabicorum Bibliothecae D. Laurenti regis Hispaniae. (Amstelod. 1646.) 4. plagg. 8.

Perrarum quum dicitur hoc opuscum, visum est de eo referre distinctius. Praecipua ejus pars cernitur in plagulis quatuor posterioribus, quarum singulis paginis superne inscriptum: Ch. R. Berl. Specimen Alquorani Arab. Lat. Incipit hoc specimen Sura I. et subsistit versu medio Sur. III. Arabica latinis graecisque

que litteris expressa, ratione tunc nova et singulari, haud prorsus absimili ab ea, quam haud ita pridem commendavit celeb. C. F. Volney, in Simplification des langues orientales, ou méthode nouvelle et facile d'apprendre les langues Arabe, Persane et Turque, avec des caractères Européens. Paris an III. 8. Ravio Elif = ae, Be = b, Te = t, Tse = T, Djim = c, Ha = H, Cha = χ, Dal = d, Dsal = δ, Re = r, Ze = ζ, Sin = f, Schin = x etc. Vocalium nulla prorsus ratio habita. Veluti formula, bismi Ilahi, scripta est sic: bsm aellh Alterum Ravii inventum, Masorethicum, positum est in hoc artificio, ut Korani voces redderet numerabiles. Igitur singulae voces arabicae, latine simul redditae, positae sunt abruptae et separatae, quaternis in unaquaque pagina columnis a summo deorsum legendis, quarum quaelibet est vocum quinquaginta, ut ducentas pariter exhibere debeat unaquaeque pagina; singulis quoque paginis in imo margine computatae sunt voces eâdem littera incipientes, veluti ae 71. b 8. t 2. χ 2. δ 1. r 4. etc. ut summâ omnium facta prodeat numerus 200. Plagularum itaque quatuor cum sint columnae 128. vocum omnium summam habes 6400. Quae his praemissae sunt plagulae 4 aliae, multa promiscue exhibent. Epistolam ad gymnasii Amstelodam. Curatores datam Amstel. 16. Jan. 1646. uberem illam et copiosam pagg. 14. et quod excurrit, excipiunt litterae ad Ravium ab Hottingero scriptae Tiguri 27. Jul. 1645. lectu non indignae, at ab hoc loco alienae. Sequitur dissertatio altera, ad lectorem, tripartita, 1) de ratione versionum latinarum. Videas hic interpositas litteras Jo. Fabricii, Gedano die 23. Dec. 1645. haud dissimulanter negantis, arridere sibi Specimen Alquorani secum communicatum; 2) de usu arabici textus literis latinis et partim Ebraicis, ita expressi, ut arabica absque punctis repraesententur: quo responsio ad praecedentis epi-

epistolae objectionem continetur, additus est textus Koranicus, Sur. I. 1–11. 80. litteris expressus Rabbinicis, 3) de Masora mea hujus Alquorani. Adhaeret epistola BUXTORFII, Basil. postridie Kal. Sept. 1645. qua sibi a Ravio commendatum negotium, conficiendi novas Concordantias, deprecatur. Atque haec sunt trium plagg. priorum. Quarta, signata A, refert praeter Catalogum codicum Bibliothecae Laurentinae, (quem exhibet etiam Hottingeri Promtuarium seu Bibliotheca Orientalis, Heidelberg. 1658. 4. in Mantissa) versionem Sur. I. et II. latinam, continuam illam et expeditam.

Quid fere fuerit quod sectaretur Ravius, intelligitur ex dictis, quibus praefationis ad lectorem parti primae finem facit. Sunt haec: „Jacta sit alea. Si duodeni amici octonas schedas, totidem, quot ego hic praesto, suis sumptibus in publicum promovere velit, totum Alquoranum versum hoc modo, et cum perfectissimo Lexico dare volumus. • Ego frangere glaciem coepi. Et spero duodecim superesse ad minimum amatores "— Sed consilio eventus defuit, nec gravi admodum jactura. De CHRISTIANO RAVIO vid. Molleri Cimbria literata, Tom. II. pag. 680–688.

372. Historia de Abrahamo, et de Gomorro-Sodomitica eversione ex Alcorano, ejusque Surata XIVta et XVta Arabicè e probatiss. Cod. MSS. fidelissimè deprompta, cum quam plurimis exemplaribus accurate ac diligentissimè collata, nec non commodioris interpretationis ergo Triplici Versione Latina vestita opera et studio JOHANNIS GEORGII NISSELII, Lugduni Batavorum, ex officina Jo. Elsevier, sumptibus authoris 1655. 4. foll. 22.

Arabico sermoni apposita versio latina non in omnibus probanda. Accedunt post p. 11. duae aliae versiones, quarum prima vetusta est Roberti Retinensis,

fis, atque Hermanni Dalmatae, altera nova ex Gallica Andr. du Ryer confecta. Sunt exempla, quae referunt annum 1658. vid. Vierter Band der Nachrichten von einer hallischen Bibliothek, p. 478. sed est editio eadem.

373. Exercitatio philologica complexa praeliminarem Alcorani Suratam, sex versuum, quotidianam Muhammedanorum precationem, summae apud illos authoritatis et dignitatis continet. γλωττικȣ ἀσκήματος ἕνεκα elaborata, et Gram. Anal. notisque passim vestita ab authore praeside Balthasare Raithio – resp. M. Wilh. Christ. Stein. Tubingae, typis Theodor. Werlini. 1657. 4. pagg. 18.

Typi arabici iidem, quibus, sua ipsius arte paratis, usus est Wilh. Schickardus, primo in disp. inscripta: Paradisus Saraceno-judaica, Tubing. 1625. 4. deinde in Tarich, h. e. Series regum Persiae ib. 1628. 4.

374. Matthiae Friderici Beckii Specimen arabicum, hoc est bina capitula Alcorani XXX. de Roma et XLIIX. de Victoria, è IV codicibus mss. arabicè descripta, latinè versa, et notis animadversionibusque locupletata, his nostris temporibus, quibus Imperium Romano-Germanicum victorias contra Muhammedanos prosequitur, accommodatum argumentum. Augustae Vindelicorum. 1688. 4. pagg. 66. et 41.

De Beckio ejusque meritis egit AmEnde, ecclesiastes Kaufbeurensis, primo, Vermischte Beyträge zu der alten und neuen allgemeinen, besonders aber Schwäbischen Kirchen- und Gelehrten-Geschichte, 1765. 8. p. 113 sq. deinde, Literar. Museum, 2. Bd. Altdorf. 1780. 8. p. 376 sq. Ipse Beckius profitetur, in praefatione, anno demum muneris ecclesiastici decimo

cimo coepisse se arabicas litteras tractare, legendo Grammaticam ejusque praecepta memoriae commendando. Textus ad fidem quatuor exemplorum conformatus, latina versio verbis adstricta, adnotationum aliae grammaticae, aliae historicae. Arabica omnia hebraicis litteris expressa, quod arabicorum typorum deesset facultas.

375. Jo. Andr. Danzius Jenae 1692. initium fecit edendi Korani arabice et latine, in 4. sed destitit a coeptis, et rem omnem abjecit. Langium si audias in diss. de speciminibus, conatibus variis, etc. p. 27. cujus verba repetiit Hirt, Institutt. Arab. linguae p. 259. factum id est ea propter, quod suam editionem tum publice venditaret Hinckelmannus. Sed aliter Acoluthus, de quo suo loco dicendum. Typis descriptae sunt paginae 12. plagulis tribus dimidiatis, usque ad Sur. II. vers. 66. Arabica non male descripta, sed latina versio textui subjecta litteris edita nimis exilibus.

376. Al-Coranus s. lex Islamitica Muhammedis, filii Abdallae pseudoprophetae, ad optimorum codicum fidem edita ex museo Abrahami Hinckelmanni, D. Hamburgi, ex officina Schultzio-Schilleriana, anno 1694. 4. pagg. 560.

De editione hac retulit Hirt, Or. und Exeget. Biblioth. P. 5 1774. p. 1 sq. de editoris rebus scriptisque, post J Mollerum, Cimbriae litter. Tom. II. p. 329. Fr. Wilh. Strieder, Grundlage zu einer Hessischen Gelehrten- und Schriftsteller-Geschichte, B. VI. Cassel, 1786. p. 27-42. nam in Misnia quidem natus Hinckelmannus anno 1652. sed Giessa evocatus anno 1689. Hamburgum ad munus antistitis ad aedem Catharinae, in quo obiit aegritudine confectus XI. Febr. 1695. Praeter arabicum contextum non adest nisi praefatio,

fatio, eaque copiosa, qua id se agere profitetur editor, ut repellat criminationes tres, 1) exiguum admodum esse et Corani et totius Arabismi usum, 2) si quid operae in hoc libro ponendum fuisset, ab alio potius quam homine Theologo expectandum fuisse, certe in pastore Hamburgensi tale institutum merito improbari, 3) longe splendidius et limatius, si justa curatura non defuisset, prodire hoc opus opus potuisse: versione, commentario, refutatione, et ornamentis aliis fuisse locupletandum. – Igitur permultis, levioribus etiam, argumentis adhibitis cum Corani, tum arabicae linguae usum praedicat; in reliquis multo brevior; et versionem quidem consulte omissam esse perhibet maxime hanc ob rationem, quod eam „toti arabicae litteraturae fraudi et damno potius, quam usui fore putaret," ut in graecis litteris factum sit, quae minus nunc colantur, quod ex versionibus sapiant omnes. At constitutum tamen brevi ante tempore fuerat Hinckelmanno, versionem haud omnem repudiare. Certe catalogus librorum Lipsiae ad mercatum autumnalem 1692. evulgatus inter libros futuris nundinis prodituros retulit hunc:

> Alcoranus, sive doctrina Pseudo-Prophetae Muhammedis CXIV. Suratis seu Capitibus proposita, ex emendatissimis exemplaribus, et praecipue ad fidem Codicis cujusdam praestantissimi ac Masoreticis Arabum observationibus instructi, collato simul Gielalodini Commentario nervoso, accurato studio et cura arabice edita ab Abrahamo Hinckelmanno D. Accessit versio Latina praecipuorum et difficilium capitum ab Erpenio, Golio, Ravio, Nisselio, Warnero, Beckio et Hinckelmanno confecta, in 4. Hamburgi, ex officina libraria Schulziana.

Vid. Monatliche Unterredungen, Novemb. 1692. p. 921. Et superest locus aliquis, qui rei rationem reddit

reddit perquam credibilem. Erat tum Parisiis nonnemo, natus Constantinopoli, ex Judaeo factus Muhammedanus, et Constantinopoli a legato Francico, qui in re gravi ipsius opera usus esset, Lutetiam missus, et inter Patres Oratorii receptus, ex quo nomen gerebat Byzantini (Louis de Byzance, Père de l'oratoire). Hunc igitur hominem voluit Hinckelmannus adjutorem habere in versione conficienda. Ille cum detrectaret officium, omissa est versio. Haec tradidit Richardus Simon, ipse Presbyter Oratorii Parisiensis, Nouvelle Bibliotheque choisie. Amsterd. 1714. Tom. 2. p. 188. „Le Turc Oratorien n'ayant point satisfait à la demande du Ministre de Hambourg, celuici n'a point joint de version Latine à son édition Arabe de l'Alcoran."

Arabici typi in hac editione usurpati videntur iidem esse, quibus Pocockiana antehac edita fuere Oxonii, nec illi recentes, sed usu triti atque hebetes. Iisdem quod abhinc in Germania editum fuerit, nobis haud visum.

377. Alcorani textus universus ex correctioribus Arabum exemplaribus summa fide, atque pulcherrimis characteribus descriptus, eademque fide, ac pari diligentia ex arabico idiomate in latinum translatus; appositis unicuique capiti notis, atque refutatione: His omnibus praemissus est Prodromus totum priorem tomum implens, in quo contenta indicantur pagina sequenti, auctore Ludovico Marraccio e congregatione Clericorum regularium matris Dei, Innocentii XI gloriosissimae memoriae olim confessario. Patavii, 1698. ex typographia Seminarii. fol.

Antequam Koranus ipse in lucem prodiret, praepostere quidem, sed non sine consilio, editus est anno 1691. Romae, typis Congregationis de propag. fide,

fide, Prodromus ad refutationem Alcorani, in quatuor partes divisus, auct. Lud. Marraccio. Voll. IV. 8. Deinceps idem Prodromus iterum descriptus est typis Patavinis et cum Corani textu ipso conjunctus. Duarum igitur partium est opus: altera Textum arabice et latine cum refutatione interspersa exhibet, altera Prodromum. De universi operis ratione et usu relatum est in Nouvelle Bibliotheque choisie (par Rich. Simon.) Amsterd. 1714. Tom. 2. p. 187–223. in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek, Bd. 5. p. 230–236. et in Joh. Fr. Hirts orient. und exeget. Bibliothek, Th. 5. p. 13–25. ita copiose, ut jam nobis non suppetat quod addamus, nisi hoc, quod Nagelius (vid. num. 382.) observavit, in binis a se usurpatis exemplis textum passim discrepare. Adhibiti sunt typi arabici, quos pro Seminario Patavino haud multo ante suis sumtibus fieri curaverat Barbadigo, Cardinalis, non luculenti quidem, sed satis probabiles. In praefatione, p. 10. haec commemorat Marraccius: „Cum hanc meam elucubrationem (quia id commodius, et sine ullis meis impensis, immo cum aliquo emolumento fieri poterat) in Hollandia, si hic Romae permitterent, typis vulgare tentassem, deque hoc Typographis illis scripsissem: illi humanissime operam suam, et quidem gratuitam, cum multorum etiam exemplarium dono, obtulerunt: sed cum conditione, ut a confutationibus abstinerem, cum posset quilibet Christianus per se ipsum Alcorani errores confutare. Adeo conditio mihi displicuit, ut maluerim hoc meos labores in tenebris latere quam lucem cum illa videre." –

Latina versio seorsim edita, Mohammedis filii Abdallae pseudo-prophetae Fides Islamitica, i. e. Al-Coranus ex idiomate arabico, quo primum a Mohammede conscriptus est, latine versus per Lud. Marraccium – et ex ejusdem animadversionibus aliorumque obser-

observationibus illustratus et expositus, praemissa brevi introductione et totius religionis Mohammedicae synopsi, ex ipso Alcorano, ubique Suris et Surarum versiculis adnotatis, congesta, cura et opera M. Christiani Reineccii SS. Theol. Bacc. Lipsiae 1721. 8.

378. Τετραπλα Alcoranica, sive specimen Alcorani quadrilinguis, Arabici, Persici, Turcici, Latini: cujus Textus authenticus arabicus, ex collatione XXX. codicum recensendus, hujus autem difficillimi sensus, tanquam obserata Satanae abyssus, gemina Clave, eaque feliciſsima, nimirum versione Persica, in ipso Oriente rarissima, et Turcica, adhuc rariore, Christianis autem huc usque prorsus ignorata, recludendi, ac triplici Latina versione exponendi, Annotationibus etiam etc. illustrandi sunt, autore Andrea Acolutho, Theologo, et linguar. orient. professore Vratislaviensi. Berlini, 1701. fol. pagg. 57.

Specimen ipsum uno capite primo absolvitur, quod arabice, persice, turcice exhibetur, posita e regione triplici latina versione, subjectisque annotationibus. In his quae primo loco posita est, in Jo. Andr. Danzium dictam esse novimus, estque haec: سورة Caput. Prima haec Alcorani vox primus offensionis lapis fuit Clariss. viro, qui Alcoranum cum versione latina in lucem edere voluit, sed magno suae famae, quam ex hebraismi notitia digne consecutus est, bono, per meam intimationem à proposito, licet cum aliqua indignatione in me innocentem effusa, abstractus fuit etc. – Quae addita est „Προσφώνησις ad Aequos rerum Aestimatores," verbosa admodum et multa referens effusa magis quam selecta, tandem redit in hanc sententiam, p. 47. „Quandoquidem propositum meum, Alcoranum Arabicum, Persica, Turcica, et triplici Latina (seorsim etiam Germanica)

Inter-

Interpretatione et Commentario illustratum edendi, sonticarum rationum basi innititur, – nihil insuper momentosi de statione sua idem amovere valet. Ea tamen lege laborem suscipiam, si mihi otium ab aliis negotiis Ecclesiasticis fuerit paratum. Quodsi sub onere laborum Ecclesiasticorum succubuero – – excusatum me habebunt Eruditi, quod promissa non exsolverim." At haesit Acoluthus in munere suo ecclesiastico, haud multo post vita defunctus, a. d. 4. Nov. 1704. natus annos 50. De rebus scriptisque viri ingenio promti et linguas XXII. experti retulit L. H. Tromler, Neue Beyträge von Alten und Neuen theolog. Sachen – auf das Jahr 1761. St IV. p. 414–471. et Adelung, Fortsetzung und Ergänzung. zu Jöchers allg. Gel. Lexikon. – Acoluthus est quem putabat A. Galand, scribens in praefat. ad Bibliotheque Orient. par M. d'Herbelot. 1697. pag. penult. „M. Reduthus qui travaille en Silesie depuis vingt ans à une version du même Alcoran, avec des Notes, fait esperer, qu'il donnera cet Ouvrage au Public."

379. Alcoranus Mohammedis Abdallae filii universus cujus textum arabicum ex optimis codicibus, Msc. juxta ac impressis recensuit, accurata versione latina adornavit, et adnotationibus brevibus ac luculentis illustravit Joh. Gottfr. Lakemacher, accedit Lexicon arabicum omnium, quae in Alcorano continentur, vocum.

Plagulam dimidiatam emisit Lakemacher, quae praemissa inscriptione brevique praefatione, scripta Helmstad. 28. Aug. 1721. exhibet p. 2. textum arabicum Surae II. 1–14 p. 3. versionem latinam cum notis subjectis, et pag. 4. Specimen Lexici Coranici. Praefatio desinit in haec verba: „Talis igitur erit opera nostra, quam in curanda Alcorani editione ponemus. Eam publicare constituimus, ubi praesertim

 facilis,

facilis, qui fumtus fuppeditet, obtigerit bibliopola" Joh. Laur. Mosheim ad La-Croze fcripfit Helmftad. 24. Sept. 1724. „Apud nos in locum Oldermanni fuffectus eft Joh. Lakemacher, vir eruditus et linguarum graecae et orientalium peritiffimus, qui in verfione nova Corani cum notis brevibus edenda diu elaboravit." Thefauri epiftolici La Croziani T. I. p. 308.

380. Excerptum Alcoranicum de Peregrinatione facra hoc eft caput XXII. Alcorani variantibus ex Mfc. commentatore Beidavio et notis felectis illuftratum a J. C. Clodio P. P. L. Ar. in ufum auditorum ceu Supplementum Grammaticae arabicae. Lipfiae 1730. litteris Takkianis. 4. pagg. 16.

Separatim editum eft opusculum, funt vero etiam exempla Grammaticae, infcriptae: Theoria et praxis linguae arab. 1730. quae additum illud exhibent.

381. Specimen arabicum in Suratam Corani duodecimam, in qua hiftoria Jofephi patriarchae traditur. Quod praefide Dn. Joh. Jac. Salchlino, V. D. M. SS. Theologiae in Acad. Laufan. Profeff. ordin. publice defendet Johannes Salchlinus, fil. philof. ftudiofus. Author. Laufanae ad diem . anno 1742. Bernae ex officin. typogr. ill. Reip. Bernenfis, 1742. 8. pagg. 281.

Opusculum tironibus fcriptum a tirone; ipfe enim auctor in praefatione illud a fe compofitum et ad finem perductum effe perhibet, cum nondum decimum quartum aetatis annum expleviffet. Arabica omnia hebraicis litteris expreffa. Textus, olim ab Erpenio vulgatus (num. 2.), hic ita editus, ut fingulis verfibus fubmittantur notae, quibus declarantur voces fingulae. Expofitio eft mere grammatica, in minimis etiam

etiam expediendis tam ſtrenua, ut non ſit quod a tirone poſſit deſiderari. Sunt quoque exempla, inſcripta: Joh. Salchlini Specimen Arabicum ſeu analyſis grammatica et notae in Suratam Corani duodecimam, in qua Joſephi Patriarchae traditur hiſtoria. At tamen pauciſſimi forte, quos non effugerit opuſculi notitia, licet tradita ab Erſchio, Das gelehrte Frankreich, Nachtrag, Hamburg. 1802. p. 419. ſuppeditante forſan auctore, ſuperſtite, hebr. ling. profeſſore Lauſannenſi.

382. Diſſertatio inauguralis de prima Alcorani Sura, quam praeſide Jo. Andr. Mich. Nagelio d. VIII. Maii 1743. publico examini ſubjicit Jac. Chriſtoph. Guil. Holſte Norimbergenſis. Altdorfii. 4. pagg. 56.

Quae ad declarandum perbrevem textum dicta ſunt, critici atque hiſtorici magis generis ſunt quam grammatici. Uſum ſe auctor affirmat binis Marracciani Corani exemplis, hisque inter ſe comparatis deprehendiſſe nonnunquam discrepantiam in edito textu arabico, veluti Sur. I. 7. ubi alterum exemplum referat غَيْرُ, alterum non minus perſpicue غَيْرِ. Arabica reddita ſunt litteris hebraicis.

383. Corani caput primum, et ſecundi verſus priores, arabice et latine cum animadverſionibus hiſtoricis et philologicis, nec non notarum Coranicarum ſpecimine edidit M. Justus Frid. Froriep. Lipſiae 1768. 8. pagg. XVI. et 64.

Relationem et judicium de opuſculo exhibet Jo. Aug. Erneſti Neue theolog. Bibliothek, Bd. 9. St. 5. p. 471–76.

384. Al-Koran, arabice. fol. min. pagg. 477. (Petropoli, 1787.).

Volumen universum ita penitus arabicum, ut ne minimum quidem alieni admixtum habeat. Neque loci temporisve, quo editio facta sit, mentio ulla deprehenditur: ejusmodi omnia omissa, certo ut videtur consilio, ne abstinerent ab usu libri Mohammedani, si Christianorum opera illum compositum esse cognoscerent. Constat vero, editionem primam hanc factam esse Petropoli 1787. auspiciis et impensis Catharinae Imperatricis, ut libro uti possent qui ipsius imperio subessent Mohammedani; qui eandem curavit, dicitur Molla (مولى, Judex, Praefectus) Vsman Ismael. Editio perelegans; litterae haud multum absimiles a Mediceis illis, quae sunt in edenda geographia Edrisii usurpatae. Singulae paginae sunt ad amussim linearum XVII. Versiculi signo quidem distincti, sed nullis adhibitis numerorum notis. Appositae etiam sunt siglae لا, ج, ط, quae quid significent, docet Grammaire Arabe, par A. J. Silvestre de Sacy. Prém. Partie, p. 72. Margo exterior consitus Scholiis, minutiore typo descriptis. Duplicis ea generis sunt, alia critica, quae et varietatem lectionis scriptionisve, sed fere in minutis rebus versantem, referunt, et vocabulorum non modo sed et litterarum, quibus Sura constet, numerum tradunt, alia philologica, quibus vocis significatio et usus declaratur. Paginam 477. postremam excipit formula supplicationis ad Deum, recitanda post peractam Korani lectionem, ex qua vel maxime intelligitur, quam religiose versentur in libro suo divino tractando Moslemi. Accesserunt indices 1. Sectionum, الاجزاء, XXX. 2. Suratarum CXIV. Tabula emendandorum refert errata nonnisi 32. eaque textum spectantia. Sed

in

in Scholiis plura videntur supereſſe. Lubet Specimen adſcribere Scholiorum grammatici generis. Sur. IV. (verſ. 169. Marrac.) p. 80. in margine haec:

قوله تعه المسيح فيه ستة اقوال قيل سمي
عيسي (fic) عليه السلم (fic) مسيحا لسياحته
في الارض واصله مسيح مثل مفعل فاسكنت
الياء وحولت كسرتها الي السين وقيل مسيح
فعيل من مسح الارض لانه كان يمسحها اي
يقطعها وقيل سمي مسيحا لانه خرج من
بطن امه ممسوحا بالدهن وقيل سمي مسيحا
لانه كان امسح الرجل ليس لرجله اخمص
والاخمص ما تجافي عن الارض عن باطن
الرجل وقيل سمي مسيحا لانه كان لا يمسح ذا
عاهة الا بري وقيل المسح (fic) الصديق ماخوذ
من غريب القران العزيزي

h. e. Al-Masih (Meſſias.) de hoc nomine ſex feruntur opiniones. 1) Jeſum, ſuper quo ſit pax! dictum eſſe ſic, quod peregrinaretur in terra, vocem مسيح eſſe formae مفعل, quieſcere literam Je, ejusque vocalem redire ad literam Sin. 2) Vocem مسيح eſſe formae فعيل, verbi ſignificationem eſſe peragrare, quod terram ipſe ſoleret peragrare. 3) Dictum eſſe Meſſiam eapropter, quod ex utero matris prodierit unctus oleo. 4) Dictum eſſe ſic, quod haberet aequabilem pedis plantam, in quo non eſſet quod

quod arabice dicitur أخمص, est autem interioris plantae illa pars, quae non tangit humum. (forte pro عن باطن sumendum من باطن). 5) Dictum esse sic, quod eum qui noxa laboraret non ungeret nisi sputo. 6) Al-Masih idem esse quod Al-Sadik, verum, justum; et esse hoc de eo quod difficile est in Korano glorioso.

Fertur haec editio Petropoli repetita fuisse et anno 1790. et anno 1793. nulla prorsus mutatione admissa.

385. Al-Korani editio mere arabica, eaque duplex prodiit anno 1803. in urbe Kazan, altera in 4. maj. altera plurium voluminum in 8.

Utraque extremo loco notationem refert, turcice, qua dicitur impressio absoluta esse in urbe Kazan anno 1803. Christiano. Typi utrinque iidem, quibus Petropolitanae antea editiones factae, sed nunc repetitis usibus magis triti et hebetes. Destituta est haec utraque nova editio scholiis omnibus. Plura suppeditant Götting. gel. Anzeigen, St. 54. 5. Apr. 1806. quibus cum praetermissa sit, quam editio formae minoris in postrema pagina additam habet, professio turcico sermone facta, non abs re erit, eam hoc loco commemorare. Est haec:

Nos, minimus servorum Dei, Abd-al Aziz Tokthamisch Abu-Ali, qui causam dedimus decreto imperiali, profecto a nostro Domino potente, gratioso, benefico, salutis subditorum suorum studiosissimo, Imperatore nostro maximo, de hoc Verbo Dei typis excudendo accurate et exacte in usum natorum nostrorum, nos speramus a lecturis et libro usuris, memores nostri illos futuros esse in suis precationibus.

Etiam

Etiam haec editio Kasanensis fertur repetita esse haud una in forma.

386. Opusculum Koranicum est penes nos arabico-latinum plagularum 6 dimid. paginas 48. efficientium, sed destitutum inscriptione et praefatione. Arabici textus voces, singulae, passim duae tresve junctae, in uno latere paginae, in altero latinae, quae respondeant, collocatae. Pag. 1. et 2. initium facit „Sura prima, sive caput Alcorani primum.“ Sequitur p. 3–16. „Aliud Alcorani caput de judiico extremo.“ (quod est 64.) Hoc excipit p. 17. „Aliud Alcorani caput. Historia Josephi.“ (cap. 12.) quod p. 48. desinit versus 42 vocibus الذي فيه تستفتيان. Latina versio studiose ac scite confecta, non petita a Marraccio vel Erpenio. Singula quoque arabica litteris latinis expressa, veluti illa, „allasi fih testafrejan.“ Tironibus haec parata fuisse, docet universa ratio. At quis sit qui curaverit, quonam typographo, eoque ut videtur minus parato a typis arabicis, usus sit, nos nunc non assequimur. Plura his, quae diximus, typis descripta fuisse haud credibile, ob idem signum, quod p. 16. ima conspicitur, positum quoque pag. 48. needum absoluta Sura XII.

Versiones Korani ex ipso sermone arabico factae.

I. Latinae.

1) Vetus, facta anno Chr. 1143. auspiciis et sumtibus Petri Abbatis Cluniacensis a Roberto Retinense, seu Ketenense Anglo, hujusque socio, Hermanno Dalmata, edita unacum pluribus ab hoc argumento non alienis opusculis a Theod. Bibliandro, et inscripta:

Machumetis, Saracenorum principis, ejusque successorum vitae, ac doctrina, ipseque Alcoran-

coran, . . . quae ante annos CCCC, vir . . . clarissimus, D. Petrus abbas Cluniacensis . . . . ex Arabica lingua in Latinam transferri curavit. – – Haec omnia in unum volumen redacta sunt, opera et studio Theodori Bibliandri, Ecclesiae Tigurinae ministri, qui collatis etiam exemplaribus Latinis et Arab. Alcorani textum emendavit, rel. fol. (Basileae, 1543.).

Inscriptio integra, omniumque, quae in volumine exhibentur, enumeratio vid. in Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. Bd. 5. p. 236 sq.

Secunda editio prodiit Basileae 1550. fol. non prorsus eadem; habet enim haec nonnulla addita, quae speciatim refert Lang, disp. de Alcorani versionibus etc. p. 15.

Versionis hujus, obscurae et parum certae, Specimina dedit Erpenius (num. 2.) et Nisselius (num. 6.).

Hujus loci est liber, inscriptus:

Mahometis Abdallae filii Theologia dialogo explicata, Hermanno Nellingavnense interprete. Alcorani epitome, Roberto Ketenense Anglo interprete. Johannis Alberti Vuidmestadii Jurisconsulti Notationes falsarum impiarumque opinionum Mahumetis, que in hisce libris occurrunt. Johannis Alberti Vuidmestadii Jurisc. ad Ludovicum Alberti F. Palatii Rhenani Comitem, Bavariae utriusque Principem Illustriss. optimumque Dicatio. (Norimbergae.) 1543. 4. min.

Dicationem excipiunt, quae Praefationis loco sunt, litterae breves, Landishutae XVIII. Kal. Febr. 1543. ad Jo. Ottonem, bibliopolam et civem

civem Norimbergensem, scriptae ab editore, transmittente quae vellet typis describi. Incipiunt his verbis: „Mahometis Theologia Arabice scripta fuit, ut caeteri libri omnes, quibus authoritas tribuitur ab Agarenis, quam Hermannus quidem Nellingaunensis, ut in Fausti Sabaei docti et diligentis viri codice animadverti, Latine est interpretatus. Meus enim liber Byzantio ad me missus, interpretis nullum nomen adscriptum habet." Haud discrepat vero, nisi in levissimis, haec „Mahometis Theologia" ab illa, quae in Bibliandri libro Koranum latinum excipit pag. 186-200. editionis primae, „Doctrina Machumetis summatim comprehensa, quae apud Saracenos magnae authoritatis est, ab eodem Hermanno (Dalmata) ex Arabico translata." Alcorani Epitome nonnisi argumenta sententiasque concisas, nullo ordine servato, exhibet, non sermonem aliquem continuum; numeris in ora positis spectantibus ad Notationes subjectas. Hanc editor, in Litteris suis, designat his: „Alcoranus ex libris quatuor bene longis, quos Latinos a me factos edendos tibi propediem dabo, in hanc Epitomen à studioso aliquo Mahometanarum deformitatum contractus est, quam Robertus Ketenensis ex Anglosaxonibus Britannus, Petri Abbatis Cluniacensis hortatione, ex Arabico transtulit in sermonem Latinum. . . . Hujus translationis mentionem facit N. Cusanus ipso statim initio suae Cribrationis. Vnde facile adducor, ut credam hanc Epitomen Alcorani integri existimationem apud plaerosque hactenus obtinuisse." Ita qui statuit, certe Roberti Versionem cognitam habuisse haud existimandus. Credibile potius, Epitomen Latinam a nonnemine conflatam esse ex opere Roberti. De Alcorano latino a se propediem mittendo ad edendum quod

scripsit

fcripfit Widmanftadius, eventum non habuit. Quae Widmanftadiana omnia fervat bibliotheca Bavarica Monachienfis, verfionis illius nihil habet quod poffit exhibere, (vid. Sammlung für die Gefchichte . . . von Jo. Georg Schelhorn. Bd. 1. Nördlingen; 1779. 8. p. 7.) Quod ille dixit de Alcorano ex libris quatuor bene longis in Epitomen redacto, mirum fane non poteft non videri omnibus, qui diftributionem eam alienam effe a Korano haud ignorant.

2) Nova, facta a Lud. Marraccio, et feparatim edita à Reineccio. Ex hac ducta eft Germanica: David Nerreters neu eröffnete Mahometanifche Mofchea, worinn erftlich der Mahomedanifchen Religion Anfang u. f. w., fürs andre der völlige Alkoran nach der beften Edition Ludov. Marraccii, verteutfcht, und kürzlich widerlegt wird. Nürnberg 1703. 8.

Commemoranda hoc loco funt etiam haec:

Specimen Verfionis Coranicae, adornatum in Caput XIX. quod infcribitur Caput Mariae, editumque nunc à S. G. S. Coloniae Brandenburgicae, 1698. 4. plagg. 4. et quod excurrit.

Sebaft. God. Starckius, Hamburgenfis, eft qui edidit, cujus auxilio Hinckelmannus, in praef. ad Koranum, ita fe ufum effe gratus praedicat, ut fine ipfo fuiffet, fuccumbere fe oneri potuiffe fateatur. In Annotationibus editio Hinckelmann. paffim emendata. Praefatio eleganter fcripta agit de difficultatibus declarandi Korani.

Nova Verfio partis Surae II. Corani, cum illuftrationibus fubjectis, Specimen novae verfionis totius Corani. Praefide Jo. Dav. Michaelis –

pro

pro obtinendis honoribus Magiſtri Philoſophiae die XI. Maji 1754. defend. Olaus Domey, Angermannia Suecus, Goettingae. 4. plagg. $4\frac{1}{2}$.

Qui de opuſculo retulit, haud dubie editor ipſe, Michaelis, in Götting. Anzeigen, St. 59. 18. May 1754. profeſſus eſt, ſe in eo eſſe, ut non modo verſionem novam, eamque praeſtantiorem, ſed et conjunctum cum ea textum integrum Korani, et quidem typis ab Elia Luzac, Leidenſe, bibliopola ſuppeditandis, in lucem edat. Firmumne fuerit conſilium? quid cauſae interceſſerit, cur haud quidquam conſecutum ſit? nos non habemus ediſſerere.

II. Italica.

L'Alcorano di Macometto, nel qual ſi contiene la dottrina, la vita, i coſtumi et le leggi ſue. Tradotto nuovamente dall'Arabo in lingua Italiana. Con gratie et privilegii. MDXLVII. 4. foll. 150.

Dedicationi, inſcriptae: Allo illuſtriſſ. Signor Gabriel De Luoes S. D'aramon, Conſigliere della Maeſta Chriſtianiſſ. et Ambaſciatore appreſſo il Sig. Turco, nomen ſubſcripſit ſuum Andr. Arrivabene. Erat vero hic, cujus nomine ferri ſolet editio, nonniſi bibliopola, cujus ſumtibus Venetiis edita etiam alia nonnulla proſtant. Editorem autem, cujus opera uſus Arrivabene, verſionem ex Arabico factam venditando fucum et fraudem feciſſe, vix dubium. Conflatum eſſe opus univerſe ex Volumine, quod edidit Theod. Bibliander, quamquam haud levis inter utrumque intercedit diſcrepantia, multis declaravit Langius in diſſ. de Alcorani verſionibus etc. p. 21 ſqq. Aliter quidem ſtatuit celeb. De-Roſſi, cujus haec

ſunt

funt loc. cit. p. 14. „Afferens Thefeus fe haec (locum Surae V.) deprompfiffe ex fecundo libro (Korani arabici), innuit, Paganini editionem (arabicam) fecutam fuiffe divifionem illam Corani in tres libros, quam fequitur italica verfio Arrivabenii. Primus liber duodecim capita complectebatur, nec pars Corani erat, fed tanquam prologus aliunde confarcinatus, fecundus ac tertius furas ipfas continebat; quo fit ut V^ta Sura ad II librum pertineret. Ex fingulari autem hac librorum divifione, quae videtur in utraque editione retenta, quis ftatim non conjiciat ex arabico Paganini textu Arrivabenium verfionem fuam derivaffe?" Enim vero quae primi libri feu Prologi funt in italico opere, ita funt comparata, ut ad arabicam editionem neutiquam potuerint illa pertinere. Quod autem Thefeus Ambrofius fcripfit ex fecundo libro recitare fe locum, qui eft Surae quintae, lucis ac fidei nonnihil recipit ex Widmanftadii, difcipuli in Syriacis litteris Thefei et eodem fere tempore fcribentis, verbis illis, quibus (fupra p. 24.) Alcoranum ex libris quatuor bene longis in epitomen redactum commemorat. Sane quatuor libros fi ftatuas non omnes prorfus aequales; poffit locus Sur. 5. Verf. 119. cadere fub initium fecundi libri. Sur. 5. verf. 85. ed. Hinckelm. verf. 91. ed. Marr.) definit Sectio VI. et Sectiones omnes conftat effe XXX. De partitionibus Korani vid. Golius in Erpenii Grammat. Arab. ab ipfo Lugduni Bat. 1656. edita, pag. 177. 78. Ceterum Volumen IX. Operis: Notices et Extraits – quum prodierit, ex iis, quae p. 103–109. a fe obfervata refert ill. Silveftre de Sacy, ita certe conftabit, ex Latina verfione fola confictam effe Italicam, ut locus fupereffe non poffit cuiquam dubitationi.

Ex

Ex Italica hac versione facta est Germanica Sal. Schweiggeri. Alcoranus Mahometicus, das ist: Der Türken Alcoran, Religion und Aberglauben . . . . erstlich aus der Arabischen in die Italianische, jetzt aber in die Teutsche Sprach gebracht durch Herrn Salomon Schweiggern, Predigern zu unser Frauen - Kirchen in Nürnberg etc. Nürnberg 1616. 4. Secunda mox libri editio prodiit Nürnb. 1623. 4. vid. Fünfter Band der Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek, p. 244.

Germanicam secuta est Hollandica,

De Arabische Alkoran. – – Uyt de Arabische Spraeke, nu nieuwelijks in Hooghduytsch getranslateert – door Salomon Swigger – Ende wederom uyt het Hooghduytsch in Nederlandsche Spraeke ghestelt. Gedruckt voor Barent Adriaensz. Berentsma, Boek-verkooper tot Hamburgh. 1641. 4. pagg. 164. Quae inscriptio duo habet falso dicta, 1) ex Arabico transtulisse Schweiggerum, 2) Hamburgi editum esse librum. Vid. Bibliotheque curieuse, par David Clement. T. I. p. 148. Baumgartens Nachrichten von merkwürdigen Büchern. Bd. III. S. 123.

III. Gallicae,

1) antiquior, L'Alcoran de Mahomet. Translaté d'Arabe en François, par le Sieur Du Ryer, Sieur de la Garde Malezair. à Paris chez Antoine de Sommaville. 1647. 4. pagg. 648.

Versionis auctor, Andreas du Ryer, in Aegypto consulis Galliae officio functus, bene quidem versatus erat in litteris arabicis turcicisque, at interpretandi genere usus esse dicitur vago ac inconstanti, nec locum dedit annotationibus, quibus

bus ambigue et obſcure dicta illuſtrarentur. Succeſſu tamen proſpero uſa haec verſio, non modo mox anno 1649. repetita in Hollandia, et deinceps ſaepius, usque ad noſtram fere aetatem, edita, ſed et in alias linguas translata.

Anglice exſtat, The Alcoran of Mahomet, translated out of Arabick into French . . . . and newly Engliſhed, for the ſatisfaction of all that deſire to look into the Turkiſh vanities — London. 1688. 8.

Belgice, Mahomets Alcoran door du Ryer uit d'Arabiſche in de Franſche en door J. H. Glazemaker in de Nederlantſche Taal vertaalt. Rotterdam, 1698. 8.

Ex Belgica verſione iterum facta eſt Germanica, Vollſtändiges Türkiſches Geſetzbuch . . . . Aus der Arabiſchen in die Franzöſiſche Sprach übergeſetzt durch Herrn Du Ryer, aus dieſer aber in die Niederländiſche durch H. J. Glaſemacker: Und jetzo zum allererſtenmahl in die Hochteutſche Sprache verſetzet durch Johann Lange, Medicinae Candidatum. Edita haec eſt in Happelii Theſauro Exoticorum. Hamburg. fol.

2) Recentior, Le Coran, traduit de l'Arabe, accompagné de notes, et précédé d'un abregé de la vie de Mahomet, tiré des écrivains Orientaux les plus estimés. par M. Savary. T. I. et II. à Paris 1783. 8.

Tomo I. praefationem, pag. I. - XIII. excipit pag. XIV - XVI. comparatio verſionis illius antiquioris et hujus recentioris; ſequitur Vita Mohammedis, p. 1 - 248. Verſio Corani procedit p. 1 - 270. ad finem usque capitis 14. Tomus alter complectitur reliqua capita, pag. 1 - 464. Notae

Notae breves nec admodum frequentes putantur non ex fontibus ipsis haustae, sed ex Marraccii Saliique operibus sumtae. Nec alia opinio est de Vita Mohammedis. Famam consecutus est Savari libro inscripto, Lettres sur l'Egypte — Paris, 1785. 8. de quo vid. Michaelis Neue Or. und Exeget. Bibliothek, Th. 2. p. 189 sq. et ejusdem quoque Grammatica arabica haud paucis abhinc annis coepta typis describi, sed nondum perfecta.

IV. Anglica.

The Koran commonly called the Alcoran of Mohammed: translated into English immediately from the original Arabic, with explanatory notes, taken from the most approved commentators, to which is prefixed a preliminary discourse: by George Sale Gent. London. 1734. 4. p. 187. et 508. vid. Fünfter Band der Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. p. 246.

Exstat alia editio, paucioribus cognita, Voll. 2. in 8. London. 1764. Inscriptio plane eadem, nequidem addita mentione, secundam esse hanc editionem. Traditum est in Diario de litteratura universa, et quidem in Intellig. Bl. Num. 96. 6. Maj. 1801. prodiisse nuper novam editionem Londini Voll. 2. 8.

Interpretatio haec caeteris multo praestantior semper reputata est, habetque magnam commendationem ex praemissa tractatione, quae permultum juvat ad recte et intelligenter de Korano ejusque doctrina statuendum. De ea sic pronuntiavit Reiske, Prodidagm. p. 228. „Ex hoc libro (Ed. Pocockii Specimine) Salius concinnavit illa decantata sua Prolegomena ad al Corani suam anglicam versionem." Erat Georgius Sale causidi-

cus

cus (Anglis Attorney dicitur) Londini, ſed ad litteras, maxime arabicas, colendas multo quam ad tractandas cauſas forenſes propenſior. In parando grandi illo opere Hiſtoriae Univerſae partem et ipſe habuit, ſed non niſi in Vol. I. cujus partem eam, qua de Cosmogenia agitur, elaboravit; defunctus aetate nondum provectiore, multis ſuſpectus de animo a ſacris Chriſtianorum libris alieniore.

Germanice exſtat, Der Koran . . . unmittelbahr aus dem Arabiſchen Original in das Engliſche überſetzt . . . von George Sale, Gent. Aufs treulichſte wieder ins Teutſche verdollmetſchet von Theodor Arnold. Lemgo, 1746. 4. pagg. XXVIII. 232. 693.

Gallice, Observations historiques et critiques sur le Mahometisme, ou Traduction du discours préliminaire mis à la tête de la Version Angloise de l'Alcoran; publiée par George Sale. à Geneve, 1715. 8. pagg. 510.

V. Germanicae.

Die Türkiſche Bibel, oder des Korans allererſte teutſche Ueberſetzung aus der arabiſchen Urſchrift ſelbſt verfertiget: welcher Nothwendigkeit und Nutzbarkeit in einer beſondern Ankündigung hier erwieſen von M. David Friedrich Megerlin, Profeſſor. Frankfurt am Mayn. 1772. 8. pagg. 876.

Megerlinus, Würtembergenſis, privatam vitam agens Francofurti, memoria multum videtur valuiſſe, ad arripiendas linguas; parum ſenſu atque judico. Languidior est, quam edidit, verſio, nec dignitate et elegantia commendabilis. Sed cum fructu usurpari poteſt ab illis, qui arabico textui cognoscendo velint operam dare.

Ni-

Nimis aſpere de ea ſtatuit, qui ad peſſimas verſiones eam referendam eſſe pronuntiavit, in Allgem. deutſchen Bibliothek, Bd. XVII. p. 426 ſqq. Multis de libro ſermocinatus eſt Hirt, Oriental. und exeget. Biblioth. T. I. p. 433 – 459.

Der Koran, oder das Geſetz für die Muſelmänner, durch Muhammed den Sohn Abdall, nebſt einigen feyerlichen koraniſchen Gebeten, unmittelbar aus dem Arabiſchen überſetzt; mit Anmerkungen und einem Regiſter verſehen, und auf Verlangen herausgegeben von Friedrich Eberhard Boyſen. Halle, 1773. 8. pagg. 680.

Editio ſecunda, emendata. ib. 1775. 8.

Prolixe de libro et de Korano ipſo diſſeruit Michaelis Bibliothek. VIII. pag. 30 – 98. Accommodatius ad cauſam, qui de Megerlini verſione ſtatuit, etiam de hac retulit in Anhang zu dem 12 – 23. Bande der allgem. deutſchen Bibliothek, 2ten Abtheilung, p. 830 – 47. Boyſeniana verſio ad illos magis pertinet, qui velint Koranum ejusque praecepta perluſtrando cognoſcere, ratione non habita ſermonis arabici, ad quem minus commode referri poſſit haec interpretatio, quae non habet verſus numerorum ſignis diſtinctos.

Der kleine Koran, oder Ueberſetzung der wichtigſten und lehrreichſten Stücke des Korans, mit kurzen Anmerkungen. Zur richtigern Kenntniſs und Beurtheilung der von Muhamed geſtifteten Religion, von Jo. Chriſtian Wilh. Auguſti. 1798. 8. pagg. 339.

Nova haec ſelectorum Korani locorum verſio, maximam partem metrica, et 3 capitum, III. XII. XV. proſaica, caeteris eſt multo excultior,

 et

et lectu facilior jucundiorque. Retulit de ea Allg. Litter. Zeitung 1799. Num. 26. Sed conf. etiam Heidelberg. Jahrbücher, 3. Jahrgang, 2. Heft, p. 34 sqq.

Korano adnumeramus haec:

387. Muhammedanus precans, id est, Liber precationum Muhammedicarum Arabicus manuscriptus, in illustri bibliotheca Gottorpiana inventus: Latinitate nunc donatus, et notis illustratus, typisque mandatus et in lucem editus - - authore Henningio Henningi, Husano-Holsato. Sleswigae, 1666. 8. pagg. 635.

Sunt praeter primam Korani Suram, primo loco positam, precationes XII. ex msto libro, quem Olearius ex Persica legatione reportavit et in bibliotheca Gottorpiana deposuit, editae arabice, addita versione latina, et densissima silva annotationum. In dedicatione auctor „si quaeratis, inquit, cur non Precationes addiderim plures? plures equidem, fateor, fuerunt ad manus, ... sed typi non erant tam multi, ut pluribus excudendis sive imprimendis sufficerent: et Amstelodamum aut Leidam ejus rei caussa proficisci, et editionem curare, plures requirebat sumtus, quam hoc quidem tempore a sorte mea proficisci atque expectari poterant."

Precationes has XII. suae versioni Korani subjunxit Boysenius.

388. Adriani Relandi de religione Mohammedica libri duo. Quorum prior exhibet compendium theologiae Mohammedicae, ex codice manuscripto Arabice editum, Latine versum, et Notis illustratum. Posterior examinat nonnulla, quae falso Mohammedanis tribuuntur. Ultrajecti. 1705. 8. pagg. 188.

Opus-

Opusculum arabicum quo tempore, quonam auctore editum ſit, non videmus enarratum ab editore; praefatio non tradit niſi haec: „Ego quum nactus eſſem varia Syſtemata Theologiae Mohammedicae, eaque magnae auctoritatis, et a Celeberrimis Viris confecta, inter quae hoc breviſſimum eſt, et ordine ſatis concinno conſcriptum, quod tibi heic exhibeo, a me impetrare non potui, ut orbi illud negarem." Subjunctus eſt ab editore Index codicum orientalium mstorum, quos citaverit et quibus uſus ſit; inter hos refertur num. XVIII. Compendium Juris Sacri et civilis auctore Abu Schosjain etc. additis verbis his: Hoc in plerisque convenit cum Compendio noſtro Theologiae Mohammedicae, quod hic Arabice et Latine dedimus.

389. Hadriani Relandi de religione Mohammedica libri duo. Editio altera auctior. Trajecti ad Rhenum. 1717. 8. pagg. 272.

Non modo auctior eſt haec editio, maxime in annotationibus ad libr. 1. ſed et multo ornatior, typis arabicis uſa bellis ac bene compoſitis, et figuris etiam aeri inciſis conſpicua. Praefatio quidem iterum ſignata, Kalendis Juniis 1705. ſed paſſim discrepat a praefatione primae editioni praemiſſa. Obiit Relandus 11. Febr. 1719. Copioſe de hoc libro retulit Froriep, Arab. Bibliothek, Bd. I. 1769.

Verſiones libri:

Hrn Adrian Relands, Welt-berühmten Profeſſoris der Orientaliſchen Sprachen in Utrecht, zwey Bücher von der Türkiſchen oder Mohammediſchen Religion, davon das erſte iſt ein kurzer Begriff der Mohammediſchen Theologie, von ihm aus dem Arabiſchen überſetzet, und mit ſeinen Anmerkungen erläutert; im zweyten aber viele Dinge unterſucht werden,

die man bisher den Mohammedanern fälschlich beygemessen hat. Nebst dessen curieusen Tractat von dem Mohammedischen Krieges-Recht, Unsern Teutschen zu Liebe getreulich übersetzet, und zum andernmal in dieser Sprache herausgegeben. Hanover, 1717. 8. pagg. 231.

Primae editionis versio est. In Hadriani Relandi Dissertationum miscellanearum Parte Tertia et ultima; Traj. ad Rhenum. 1708. 8., edita est Dissertatio de jure militari Mohammedanorum contra Christianos bellum gerentium.

La Religion des Mahometans, exposée par leurs propres Docteurs, avec des Eclaircissemens sur les opinions qu'on leur a faussement attribées. Tiré du Latin de Mr. Reland et augmenté d'une Confession de Foi Mahometane, qui n'avoit point encore paru. à la Haye. 1721. 12. pagg. CCVII. et 317.

Versionem hanc a se factam edidit David Durand, ecclesiae Gallicae Reformatae concionator Londini, cujus vitam enarratam exhibet Magasin Enclycopédique, Num. 16. Nivôse, an XI. (VIII. Ann. Tom. IV. pag. 487.). De Confessione Fidei Mohammedicae, quam sibi peculiarem habet haec Versio, nonnihil dicendum. Index ille codicum orientalium, vulgatus a Relando, refert „Manuscriptum Hispanicum de religione Mohammedica, sed charactere Arabico consignatum, quod totam religionem Mohammedicam uberrime exponit.“ Hoc scriptum, sed Latine conversum, Durando transmissum est ex bibliotheca publica Amstelodamensi (pag. XXXIV. et CLXXVII.) et ab ipso Gallice redditum, editumque pag. CLXXVII – CCI. Mentionem ejus factam videas in commentatione: de scriptis peregrino charactere exaratis, in Beylage zur Helmstädt. literarischen Zeitung. May 1791. p. 74 sqq. Alia singularis hujusce generis scripta exposuit

posuit ill. Silvestre de Sacy, in Journal des Savans, 16. germinal, an 5. N°. 7. (Eichhorns Bibliothek, Bd. VIII. p. 1-22) et uberius in Notices et Extraits des MSS. de la Bibliothèque Nationale – T. IV. Num. XXII. p. 626-647.

Relandi de Relig. Mohamm. opusculum Anglice etiam editum esse Londini 1712. nec non post editionem alteram Belgice, testis est interpres Gallus, Praef. p. x.

Koranici argumenti haec sunt:

Compendium historicum eorum quae Muhammedani de Christo et praecipuis aliquot religionis Christianae capitibus tradiderunt, auctore Levino Warnero. Lugduni Batav. 1643. 4. p. 56.

„Scias, lector, – verba sunt praefationis – Arabica quae in hoc opusculo adducuntur, depromta esse ex Alcorano, et commentario ad eum كتاب الكشاف Nec tamen singula adduxi, quae de hoc argumento in iis observavi: compendio enim nunc praecipua constrinxi: reliqua majori operi reservo." Quae refert „Appendix Miscellaneorum theologicorum" p. 39-56. excerpta sunt ex eodem Commmentario ad Alcoranum.

Opusculum non poterat non ea aetate esse acceptius, quod Koranus arabice nondum esset vulgatus, quapropter loca haud poterant designari aliter, quam dictâ, unde singula sumta essent, Surâ: Mohammedani enim non distinguunt versus numerorum signis.

Disputatio in qua Mohammedis de Jesu Christo sententia expenditur, praeside Sam. Werenfelsio, 25. Maji 1703. proposita ab auctore, Jo. Ludov. Frey, Basileae. 4. plagg. 4. et quod excurrit.

Warneri opusculum haud cognitum habuit auctor, neque illud affecutus est. Sed et Marraccii editione caruit,

caruit, Hinckelmanniana sola usus. Arabica sunt hebraicis litteris expressa.

De lotionibus Mohammedanorum, exercitatio prima, quam 17. Maji 1706 . . . . M. Christian. Ferdin. Jacobi. Lipsiae. 4. pagg. 22.

Prima haec exercitatio – auctoris haec verba sunt – quatuor partibus absolvitur. Una titulum explicat; altera, quid ex ipsorum Mohammedanorum sententia Lotio sit, docet, tertia originem ostendit, quarta partim veras, quibus ad lavandum excitantur, causas enarrat, partim falsas amovet. Restat, ut agam de re, quam ad lavandum adhibent, de vasis, in quibus illam recondere par est, de variis lotionum generibus, de ritibus, quibus singula peraguntur, atque locis et temporibus ad lavandum accommodatis, et denique de iis, qui lotionibus indigent. – Altera Exercitatio nobis nunquam visa.

Christian. Bened. Michaelis de Muhammedismi laxitate morali disputatio. Halae, 1708. 4.

Commemoratam alicubi deprehendimus hanc dissertationem, ipsam videre et cognoscere nobis haud contigit, etiam diligenter eam requirentibus.

Jo. Conr. Schwartz, in gymnasio Coburgensi prof. publ. de Mohammedi furto sententiarum Scripturae Sacrae liber unus, in quo Mohammedana religio funditus evertitur. Lipsiae, 1711. 8. pagg. 102.

Opusculum est VII. capitum. 1) de natura furti Mohammedici. 2) de testibus plagii Moh. 3) de natura, ingenio, et persona Moh. 4) Furti Moh. nota est verborum quorundam convenientia cum stylo Scripturae sacrae proprio. 5) de sententiis a Moh. ex vetere foedere surreptis. 6) de dictis novo testamento subtractis. 7) de artibus, quibus furta sua Moh. occultare

cultare conatus est. – Loca Korani quae recitantur omnia sunt latino sermone reddita.

Muhammed testis veritatis contra se ipsum, Turcis verax, qui mendacia admittat, Christianis mendax, qui veritatem dicat utrinque ex locis Alcorani utrisque demonstratus, autore M. Matth. Georg. Schröder, fac. philos. assess. – Lipsiae, 1718. 8. pagg. 134.

„Veritatem, inquit auctor p. 4. ex Alcorano excerpemus; quod praeter hanc additum fuit omittemus, nisi quod quaedam addenda sint, quibus veritati suae, quam ipse proposuit, contradicit. Non tamen omnes allegabimus veritates, sed quae cum nostris doctrinis vel articulis fidei conveniunt –•Majorem argumenti mei propositionem concessam habeo, quod ille liber non sit divinus, qui contradictiones manifestas admittat. Minorem, quod Alcoranus talis liber sit, sigillatim per articulos Christianae religionis eundo probabo." –

Jo. Christiani Clodii, Prof. Lipsiensis, Epistola ad Loescherum, de nominibus Jesu Christi et Mariae arabicis. Lipsiae. 1729. 4.

Argumentum scripti nunc infrequentis referunt Acta Eruditorum ann. 1730. p. 418. illustrantur Korani loca III. 40 sqq. IV. 169. IX. 31. XIX. 27. LXVI. 13.

De nominibus et cognominibus Dei nonnullis Arabicis commentatio, auctore Jo. Christiano Krugero, A. M. et ad D. Paulli aedem conc. vespert. Lipsiae, 1759. 4. pagg. 24.

Sunt, praeter alia complura, nomina Dei 99. quae Mohammedanis dici solent الاسما الحسنى, nomina pulcherrima f. praestantissima. Ea recitavit non modo, quem Krügerus nominavit, Marraccius ad Sur. XVII. 9. p. 114. sed et multo ante, quod illum

lum effugit, Hottinger, Hiſtor. Oriental. edit. II. Tiguri 1660. p. 387 ſqq. Iſtorum nominum, non omnia quidem, ſed delectu facto tamen permulta in hoc ſchediasmate declarantur obſervationibus grammaticis, iisque appoſitis et cum judicio ſelectis.

Diſſertatio hiſtorico critica de Fato Muhammedano, quam – – Jo. Chriſt. Krüger, Lipſienſis, A. M. Lipſiae, 1759. 4. pagg. 40.

Multa in Corano, auctoris verba ſunt pag. 4., quae fatum inculcant, dicta legimus, ſed ea in formam ſyſtematis nemo, quantum ſcio, redegit. Ejusmodi vero laborem neceſſarium eſſe arbitratus ſum, quia quaelibet doctrina ex ipſo fonte eruenda eſt, nec ullo alio modo veram ejus naturam intelligere poſſumus. Perlegi itaque Coranum, eaque, ubi de decreto divino et, quod inde ortum eſſe dicitur, fato nonnulla memorantur ac docentur, loca diligenter notavi, alios tam Muhammedanorum quam Chriſtianorum libros in auxilium vocavi, et ſententias ſectarum praecipuarum collegi, unde brevem hanc et ſyſtematicam concinnavi hiſtoram." §. XVIII. ubi de fato Mohammedis circa vitam et mortem agitur, poterat quoque commemorari diſſertatio qua de vitae termino, utrum fixus ſit, an mobilis, disquiritur ex Arabum et Perſarum Scriptis, a Levino Warnero. Amſterdami 1642. 8. pagg. 24. Si quis Germanorum, Krügerus certe par erat Korano latine reddendo et juſta ratione declarando. Conf. quae de eo refert Reiske, Lebensbeſchreibung, p. 126.

Mochammads Lehre von Gott, aus dem Kor'aán gezogen, von Aug. Wilh. Haller, Altenburg, 1779. 8. pagg. 20. et 516.

Vid. Allgem. deutſche Biblioth. Bd. XLII. p. 178. Parum judicioſe videtur auctor in penſo hoc tractando verſa-

verſatus eſſe. Alia, quae ſe editurum profeſſus eſt, ſuper eodem argumento volumina lucem non viderunt.

Was hielt Mohammed von der chriſtlichen Religion und ihrem Stifter? Aus der Urkunde beantwortet von M. Georg. Lorenz Bauer. Nürnberg, 1782. 8. pagg. 94.

Commemoratur, Mohammed quid ſtatuerit 1) de Jeſu Chriſto, 2) de libris ſacris Chriſtianorum, 3) quaenam communia cum his dogmata commendaverit, 4) de Chriſtianis ipſis quid ſtatuerit. Vid. modo dicta Bibliotheca, Bd. LVI. p. 91.

Mohammeds Dogmatik und Moral, oder Auszüge aus dem Koran. 1791. 8. pagg. 44.

Er verſionibus magis quam ex ipſo ſermone arabico petitum eſſe videtur hoc qualecunque compendium Korani.

Türkiſcher Catechismus der Muhammedaniſchen Religion, nach dem arabiſchen Original überſetzt von C. H. Ziegler, mit erklärenden Zuſätzen vermehrt. Hamburg und Leipzig. 1792. 8. pagg. 172.

Summa haec doctrinae Moslemicae, Turcis Birghilu Reſale dicta, ſcripta fertur intra annos 1136. et 1160. Chr. et permagnam apud Moslemos auctoritatem obtinere. Qui verſionem vulgavit, additis ſuis obſervationibus, iisque copioſis, bene verſatus eſſe videtur in rebus Moslemicis, at uſus paſſim eſt jocis luſibusque plane alienis ab argumenti gravitate.

Chriſtologiae Koranicae lineamenta, diſſertatio philologico theologica, auctore Jo. Chr. Guil. Auguſti. Jenae 1799. 8. pagg. 32.

Enumerantur loca Korani, latine reddita, ſingula, quae ad Chriſtum ſpectant, notisque nonnullis illu-

illustrantur. Aliorum, qui antehac idem argumentum tractarunt, scripta non consuluisse, ne cognita quidem habuisse videtur auctor. Vernacula lingua haec dissertatio edita est in Apologieen und Parallelen theologischen Inhalts, von Augusti. 1800. 8.

Vindiciarum Coranicarum periculum. Dissertatio academica auctore Jo. Chr. Guil. Augusti, linguarum oriental. in academia Jenensi prof. publ. ord. Jenae, 1803. pagg. 56.

Agitur 1) de fide Corani historica. 2) de Abrogato et de Abrogante, p. 16. 3) de principio morali in Corano proposito, p. 44. Haec dissertatio praestantior altera.

De Mohammede resurrectionis Christi teste et Mohammedanis in Neo-Borussia orientali. Regiom. Sect. I. et Sect. II. 1803. Sectio III. de Mohammedanorum in Neo-Borussia orientali articulis fidei et ritibus Sacris. 1804. auctore Hasse.

Hall. Allg. Literatur-Zeitung, Num. 16. 19. Januar. 1807.

Muhammed Abul Casem der grosse Prophet von Mekka. Th. I. 1802. Th. II. 1803. Mekka (Copenhagen.)

Jena. Allg. Literatur-Zeitung, Num. 126. 1807.

Muhammeds Religion aus dem Koran dargelegt und beurtheilt von D. H. H. Cludius. Altona. 1809.

Commemorandae etiam sunt commentationes duae, haud seorsim editae, altera Imman. Bergeri, über die Moral des Koran und ihr Verhältniss zu der Sittenlehre des Christenthums; vid. Beyträge zur Philosophie und Geschichte der Religion und Sittenlehre, von C. F. Stäudlin. Bd. V. 1799. p. 250–298. altera

tera A. Th. Hartmanni, über einzelne Theile des Mahomedanischen Religions-Gesetzbuches, vid. Neues Magazin für Religions-Philosophie, Exegese und Kirchen-Geschichte, von Hencke. Bd. VI. St. 2. p. 290.

Animadversiones philologicae in nonnulla Corani loca. Accedunt illustrationes in Vetus Testamentum ex Arabismo, nec non Persismo depromptae. Pro specimine edidit R. Antonius Vieyra, LL. B. ac linguarum Hisp. et Ital. prof. regius in Collegio SS. ac Indiv. Trinit. Dublin. 4.

Librum, nobis nunquam visum, cognitum habemus nonnisi ex relatione in Critical Review, ann. 1786 III. p. 198 sqq. quae licet laudantis magis sit quam reprobantis, efficit tamen, ut persuasum habeamus, vix quidquam boni fructus redundare ex hoc opere, quod nihil facit ad illustranda loca Korani, sed totum versatur in captandis fingendisque vocum per varias linguas affinitatibus. Quale fere illud est ejusdem auctoris, cujus mentio facta Biblioth. Arab. P. IV. num. 125. p. 35. Lubet tamen recitare specimen, neque illud de pessimo genere. „Cap. VII. Com. 41. Camelus per foramen acus. Vertendum potius puto: rudens per foramen acus. Arabica vox, quam Marraccius vertit camelus est ambigua, potestque camelum aut rudentem significare, pro diversitate vocalium. Nam cum prima phatata, ac secunda giesmata, est Camelus, sed cum prima dammata ac secunda phatata, est rudens. Porro ex hac Arab. posteriore voce oriuntur

Hisp.	Gumena	Rudens.
Ital.	Gomena	
Gall.	Gomeine	

De Rudente porro hic agi, non vero de Camelo, suadet analogia major inter rudentem et filum, quod solet per foramen acus induci. Unde est, quod Alcamus

camus explicat hanc vocem hic per rudentem navis. Furtum funt haec verba, ait Marraccius, ex Matth. XIX. Verum meminiſſe oportebat vocem Camilon in Evangelio Matth. exponi per craſſum rudentem, quo nautae utuntur ad jaciendas anchoras apud Theophylactum, Euthym. et Phavorinum. Fruſtra interim ſuſpicatur Druſius, eos non ſcripſiſſe Camilon, ſed Cabilon, ut Graeca vox conveniat cum Belgica Cabel. Nam opus non erat graecam vocem cudere, unde Belgica oriretur, cum Hebraei, Arabes, etc. funem nauticum chebel vel thabal vocent, ex qua voce primitiva oriuntur

Belg.	Cabel	Rudens."
Angl.	Cable	
Hiſp.	Cable	
Luſit.	Calabre	

L'Histoire de l'Alcoran, où l'on decouvre le systême politique et religieux du faux prophête, et les sources où il a puisé sa legislation, par Mr. Turpin, à Londres, et se trouve à Paris. 1775. Voll. 2. 8.

Nullius fructus et nullius pretii opus eſſe ſtatuit Michaelis, Oriental. und Exeget. Bibliothek. P. IX. p. 92 ſq.

Jo. Esberg Hiſtoria Alcorani et fraudum Muhamedis. Upſaliae. 1691. 8.

Praeter inſcriptionem non eſt quod referamus de hoc ſcripto, quod diſputationis academicae formam habere opinamur.

Teſtamentum ſeu pactum Mohammedis

quae ſpectant, occupavit et accurate tractavit vir celeberr. Th. Chr. Tychſen in commentatione, qua disquiri-

quiritur, quatenus Muhammedes aliarum religionum sectatores toleraverit, cum examine libellorum, qui sub Testamenti sive Pacti Muhammedis cum Christianis nomine circumferuntur, recitata d. XXIV. Octobr. A. MDCCCI. et edita in Commentationibus Societatis regiae scientiarum Gottingensis, Vol. XV. Gottingae, 1804. p. 152–184.

Tres exstant editiones arabico-latinae.

390. – – العهد والشروط Testamentum et pactiones inter Mohammedem et Christianae fidei cultores. Parisiis, excudebat Antonius Vitray, linguarum orientalium, Regis typographus, in collegio Longobardorum. 1630. 4. Arabicus textus, a figuris vocalium nudus, comprehenditur pagg. 16. et totidem versio latina, facta a Gabriele Sionita.

391. – – العَهْدُ والشُّرُوطُ Testamentum, inter Muhamedem legatum Dei, et christianae religionis populos olim initum. Cujus textus authenticus hic noviter recusus – – opera et studio Joh. Georgii Nisselii. Lugd. Bat. 1655. 4. maj. pagg. 16. Textus arabicus habet addita vocalium signa, et latinam versionem e regione positam. Alia exempla breviorem inscriptionem prae se ferunt et annum 1661. sunt vero haec certissime ejusdem editionis.

392. Testamentum et pactiones initae inter Muhammedem et christianae fidei cultores, arabice et latine, excudebat Hamburgi Henningus Brendeke, anno MDCXC. 4. pagg. 34. cum praefatione Abrah. Hinckelmanni. Vid. Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek. Bd. IV. p. 479. Textus arabicus, vacuus a signis vocalium, typis illis expressus, qui parati tum essent ad editionem Korani.

Latina.

Latina Gabr. Sionitae versio seorsim excusa est: Muhammedis Testamentum sive Pacta cum Christianis in Oriente inita. Quibus accessit Theodori Bibliandri viri suo tempore magni nominis Apologia pro editione Alcorani, – publicae luci exposita a M. Joh. Fabricio Dantiscano. Rostochii 1638. 4. pagg. 47.

Exstat opusculum, inscriptum: R. Abrahami ben Dior זכרון דברי רומי seu Commemoratio rerum Romanarum ab U. C. usque ad tempora Muchammedis. Latinitate donavit et notis historicis quibus vel corrigitur, vel illustratur Auctor, instruxit et amplificavit Andr. Christoph. Zeller, Mulifontanus. 1724. Stuttgardiae. 8. Editor, facta Testamenti mentione, p. 155. „Fateor, inquit, me nullam editionem vidisse, aut manibus trivisse; sed adest mihi idem illud ad manus, latine sed manu tantum scriptum, quod M. J. J. Reusch, Constantinopoli redux, anno 1659. cum quodam communicavit, quodque ego ex codice quodam MNS. descripsi. Non piget igitur, in tuam gratiam, B. L. illud hic addere, quia, sive conveniant haec cum impressis, sive ab illis differant, paucorum tamen in manibus ipsum Testamentum versatur." Et sequitur pag. 156–162. Testamentum, latine. Sed haec latina versio alia non est nisi illa ipsa, quae Parisiis facta et edita est a Gabriele Sionita.

Ex hac ipsa quoque profecta est Germanica, seorsim edita. Des grofsen Propheten und Apoltels Mohammeds Testament; Das ist: Friedens-Artickul, welche er selbst, mit den Christen, sowohl in Geistlichen als Weltlichen Sachen auffgerichtet, die nachmals in Arabischer Sprache, gleich dem Alkoran, als dessen Anhang, beschrieben, und von beyderley Zeugen unterschrieben worden. Samt einer Zugabe, von der Christen und Juden Zustand, nachdem der

Tür-

Türkische Glaub seinen Anfang genommen. – 1664. 4. foll. 12.

Quod reliquum est, non genuinum sed spurium fictumque esse hoc Testamentum, rationibus et pluribus et certis demonstravit celeb. Tychsen. Quibus videtur nobis accedere posse etiam haec. In eorum numero, quorum subscripta conspiciuntur nomina, primo loco positus est ابو بكر الصديق, Abu Becr Assadik. Haec appellatio, sive sit صَدِيق, amicus, sive, quod grammatici arabes praecipiunt صِدِّيق, testis, qui alterius dictis suo testimonio fidem facit, (vid. Gagnier, ad Abulfedam de vita et rebus gestis Mohammedis, p. 18. nota b. et Reiske, in Adnotationibus historicis ad Abulfedam, Tom. I. p. 39. not. 83.) ita comparata, ut parum credibile sit, eam ab ipso Abubecro, atque adeo jam quarto Hegirae anno, nomini adjectam, et tanquam solemnem sibique peculiarem fuisse usurpatam.

CLAS-

CLASSIS VII.

V a r i a.

VII. Varia.

393. Avicennae Canon, arabice. Romae, 1593. fol.

Editio mere arabica, inſcriptio haec,

كتاب القنون في الطبّ لابو علي الشيخ
الرييس ابن سينا مع بعض تاليفه وهو علم
المنطق وعلم الطبيعي وعلم الكلام

„Liber Canonis de Medicina, cujus auctor eſt Abu Ali al Scheich al Reis Ibn Sina; accedunt aliquot ejus opuscula, Logica, Phyſica, Metaphyſica."

Romae, in typographia Medicea. M. D. XCIII.
cum licentia Superiorum.

Praemiſſa auctoris praefatione brevi, et adumbratione operis foliis 5, incipit p. 1–112. liber I. Sequitur p. 113–280. lib. II. atque huic ſubjuncta ſunt haec:

طبع نسخ الكتاب الثاني من نسخة كانت
بخط السيد الامام اسمعيل ابن الحسن
الحسيني وذكر في اخر كتابه انه نقل من
تعليق الشيخ الرييس ابي علي بن سينا

 „excuſa

„ excuſa ſunt exempla libri hujus ſecundi ex codice, quem ſua manu ſcripſit Dominus al Imam Ismaël ben al Haſan al Hoſeini, qui ipſe teſtatus eſt ad calcem libri, a ſe hunc exaratum eſſe ex autographo al Scheichii al Reiſii Abi Ali ben Sinan." De uſu vocis تعليق vid. Reiske ad Abulfedae Annal. Tom. III. p. 652.

Lib. III. pag. 281 - 610. Lib. IV. p. 1 - 176. Lib. V. p. 177 - 268. Succedit foliis 32 Index univerſi operis, appoſita iterum in fine formula, Romae, in typographia Medicea. M. D. XCIII.

Nova nunc inſcriptio, كتاب النجاة مختصر الشفا لابن سينا „ Liber ſalutis, compendium medelae, auctore Ibn Sina." Complectitur liber principia 1) Logices pag. 1 - 24. 2) Phyſices p. 25 - 54. 3) Metaphyſices pag. 55 - 85. Paginis poſtremis quatuor paſſim ſignum aliquod poſitum eſt in margine: quid ſignificet, declarat notatio editoris ſcripta in ſine, nimirum, ſigno iſto notari dicta Catholicae fidei repugnantia.

De operum Avicennae verſionibus earumque editionibus egit Albertus von Haller primo in Bibliotheca Botanica, Tom. I. 1771. p. 187 ſqq. deinde in Bibliotheca Medicinae practicae, 1776. Tom. I. p. 383 - 393.

Obiit Avicenna, non major quam quinquaginta ſex annis, anno Heg. 428. qui coepit ann. Chr. 1036. Octob. 24. vid. De-Roſſi, Dizionario, voce Sina, p. 173. De vita celebratiſſimi auctoris quae in ſuo Bibliothecae Mediceae Catalogo p. 343. retulit Steph. Evod. Aſſemani ex Gregorio Bar-Hebraeo, exſcripſit ne dicto quidem Pocockii nomine ex Hiſtoriae Dynaſtiarum arabicae verſione Latina, p. 299 ſq. exceptis quae ille addidit aliunde petita p. 346. de plagii culpa ab aliis in Avicennam conjecta. Idem Abul Pharagius, ſeu Bar-Hebraeus alia de eodem tradidit in Syriaco

riaco Chronico, edito 1789. 4. a Brunſio Kirſchioque, pag. verſionis latinae p. 236 ſq. ubi in verbis „mortuus et in urbe Hamdanae ſepultus eſt annos 56 natus" ponendum erat quod ſyriacus textus refert, 58. annos, reputa lunares, non noſtros ſolares. Exſtat quoque in Caſiri Bibliotheca Arabico Hiſpana, Tom. I. p. 268 ſqq. ex incerti auctoris arabica Philoſophorum Bibliotheca narratio de vita Avicennae unacum indice Scriptorum ejus. Et conferendus eſt etiam Abulfeda, Annal. Tom. III. p. 92 ſq. ubi verba في المقالة الاولي من الفن الخامس من طبيعيات الشفاء „in tractatu primo ſectionis quintae" Operis „de Phyſicis Medicinae," mireris Reiskium p. 95. potuiſſe vertere hunc in modum: „in primo paragrapho ſectionis quintae Phyſiologicorum Schafaei," quaſi viri nomen eſſet الشفا. Eſt vero الشفاء inſcriptio operis medici; index ille apud Caſirium loc. cit. inter alia refert haec:

كتاب الشفا ثماني عشر مجلدا Liber de Medicatione, Voluminum 18.

النجاة ثلثة مجلدات Salus, voluminum 3.

Singularia quaedam de Avicenna retulit D'Herbelot, Biblioth. Orient. voce Sina, p. 812.

394. Liber ſecundus de Canone Canonis à filio Sina ſtudio ſumptibus ac typis Arabicis Petri Kirsteni Ph. et M. D. Vrat. qua potuit fieri fide, ex Aſiatico et Africano exemplari MSS; Caeſ°. Arabice per partes editus, et ad verbum in latin. translatus, notisque textum concernentibus illuſtratus. Breslae 1609. fol. pagg. 132.

Uſus

Usus est editor libro msto veteris versionis latinae, et libro msto arabico scripturae Mauritanicae; illum, Caesareensi quondam bibliothecae adscriptum et e Palaestina allatum in Saxoniam, dixit Geaensem, hoc est, Jenensem: hunc vero designare neglexit, hoc unum dicendum ratus, quod ab eo absit Canonis liber primus; causam sic redditurus, cur „in restituendo Avicenna a libro secundo incipiat, posthabito primo." Hujus igitur msti exempli, non vero Romani, cujus professionem p. 280. libro secundo subjunctam, quae textui edito libri maxime secundi fidem conciliat atque auctoritatem, forte haud cognitam habebat, textum typis describendum curavit, rotans tamen et commemorans varietates Romani, quae sunt fere omnes positae in minutiis. Latina versio ita comparata, ut verbum verbo reddat, at sensum exhibeat nullum. „Puriorem integram versionem latinam hujus Authoris, et rerum quoque tractationes, in aliud, σὺν Θεῷ, rejecimus tempus" verba sunt Praefationis.

Caeterum non librum secundum complectitur haec editio, sed partem ejus, nec eam amplam; subsistit enim p. 122. Romanae editionis, in qua demum p. 280. subsistit secundus liber Erpenius Casaubono postr. Kalend. Jul. 1610. scripsit haec: Vidi nuper initium secundi libri Avicennae cum versione latina et notis Kirstenii, „Quam iste homo est nugator! quam parum peritus Arabismi, et coeptis suis impar!" If. Casauboni Epistolae. Roterod. 1709. fol. p. 356.

395. Georgii Hieronimi Welschii exercitatio de vena Medinensi, ad mentem Ebn Sinae, sive de dracunculis veterum. Specimen exhibens novae versionis ex Arabico, cum commentario uberiori. Cui accedit altera, de vermiculis capillaribus infantium. Augustae Vindelicorum. 1674. 4. pagg. 454. cum multis figuris.

Prae-

Praefatio junctum ſibi habet textum Avicennae arabicum duorum capitum, ex editione Romana p. 76. 77. repetitum, unacum verſione latina primum antiquae Gerardi Carmonenſis et Andreae Alpagi Bellunenſis, deinde nová editoris, eaque non minus fida quam expedita et perſpicua. Commentarius pag. 1 – 351. per XIII. capita diffuſus, quorum ſynopſis ſequitur pag. 403 – 428. multa complectitur varii generis minime quidem vulgaria, ſed aliena tamen ab argumento. Halleri, in Bibliotheca Medicinae Practicae Tom. III. p. 84. de libro ſententia haec eſt: Doctum opus, neque ex vulgatis ſcriptoribus, ſed ex puris utique fontibus collectum, etiam ex rariſſimis codicibus. Non probes, quod in aliena et ſuperflua delabatur, qui de draconibus et ſerpentibus a verme cutaneo alieniſſimis fuſe commentetur, ipſa de Laocoontis ſtatua caet.

De vita operibusque Welſchii vid. Brucker, Ehren - Tempel der deutſchen Gelehrſamkeit, Augſpurg, 1747. 4. p. 123. et maxime Anton. Veith, Bibliotheca Auguſtana, Alphabethum IX. Auguſtae Vindel. 1792. 8. p. 110 ſq. Natus ille anno 1624. Auguſtae, in arabicis litteris primo praeceptore uſus Petro Menderlin, Würtembergenſe, inde ab anno 1642. Ephoro Collegii evangelici Auguſtani, antea Diaconi Kirchhemii ad Teccium, tanto eas ſtudio, adhibito etiam in Italia καλλιγραφίας et genuinae enunciationis cauſa magiſtro erudito Halebenſe, feliciter proſecutus eſt, ut non modo arabica promte legeret, ſed libros etiam aliquot a ſe edendos arabico ſermone conſcriberet. Cantica EbnSinae, ſ. compendium artis medicae verſibus conſcriptum, ex arabico latine verſa edidit Anton. Deuſing, Groning. 1649. 12. Welſchius, cui arabicus textus nunquam viſus, latina viciſſim convertit arabice, non dubitans ſcribere: „Hoc polliceri auſim, ſi verſio latina Deuſingii

auſus incul-

inculpata fuerit, meam quoque arabicam talem futuram esse." vid. Dodecas Epistolarum cl. viri Ge. Hier. Velschii. Accessit haec Dodecas operi inscripto: Ger. Jo. Vossii et clarorum virorum ad eum Epistolae – nunc accuratius recusae. August. Vindel. 1691. fol.

396. Interpretatio loci arbici ex opere Avicennae de superfoetatione a Joh. Sigism. Wittich, Med. Cand. Vitebergae 1803. pagg. 30.

Textus arabicus est duarum fere linearum editionis Romanae p. 575. sed ne lectus quidem prout par erat et integre transcriptus: quapropter et versio latina non poterat non barbara esse et sensus expers. Qui de opusculo retulit, Neue Leipzig. Literatur-Zeitung, St. 94. ann 1804. locum scite emendavit verumque ejus sensum exhibuit.

397. Rhazes de variolis et morbillis, arabice et latine; cum aliis nonnullis ejusdem argumenti, cura et impensis Johannis Channing, natu et civitate Londinensis. Londini 1766. 8. pagg. 276.

Abubecr Mohammed ben Zacharja, ex Halleri sententia, Biblioth. Medicinae Practicae Tom. I. pag. 364 „Arabum medicorum non dubie princeps," cognomen Rhazis traxit ab urbe haud ignobili Rai, ري, in qua qui natus esset dictus, adscita littera ز, Rázi رازي; vid Golius in Notis ad Alfraganum pag. 213. quo anno natus sit, haud constat: annus quo obiit non idem ab omnibus traditur. Abulpharagius, Histor. Dynast. p 191. versionis lat. obiisse eum perhibet anno Heg 320. Chr. 932. consentiente apud Casirium Tom. I. p. 262. auctore arabicae Philosophorum Bibliothecae, qui scripta viri longo agmine enumerat. D'Herbelot, p. 713. ex compendio historico, cujus

cujus auctor est Ebn Schúnah (ابن الشحنة), statuit annum Heg 310. Abulfeda, Annal. Tom. II. pag. 347. tradidit obiisse anno Chr. 923. Al Razi, sub finem vitae coecus factus ex oculorum cataracta, cum rogaretur curationem admittere ad recuperandum visum recusavit, dicens: „jam vidi de mundo quantum creavit mihi fastidium,“ قد ابصرت من الدنيا حتى مللت, Abulpharag. loc. cit. Haud aliter Jacobus Schegkius, et ipse Medicus et Philosophus haud incelebris. De hoc tradidit Lieblerus, in Oratione funebri, Tubing. 1587. p. 24. „Cum inventus esset ophthalmicus medicus, qui se illi visum restituturum polliceretur, id noluit dicens: „se multa in vita vidisse, quae maluisset non videre, et cupere se ad nonnulla etiam surdum esse.“

Opusculum de variolis et morbillis Richardus Mead ex arabico latine verti curavit, ediditque suo ipsius adjunctum libro de variolis et morbillis, Lond. 1747. 8. At Johannes Channing, non medicus sed pharmacopola Londinensis, vir perhumanus et liberalis, nactus meliorem textum, ex codice Leidensi curante Jo. Jacobo Schultens ab Everh. Scheidio descriptum, ad hunc conformavit versionem suam, satis quidem adstrictam nec vero barbaram seu obscuram. Testatus est Russell, the Natural History of Aleppo, Londini 1794. 4. editum librum se examinasse ad msta exempla orientalia et cognovisse textum universe accuratum, vid. Versionis germanicae T. 2. p. 19. der Nachricht von dem Zustande der Gelehrsamkeit, vornemlich der Arzneygelahrtheit zu Aleppo. Latinam Channingii versionem recudi in operis, quod exhibet Artis Medicae Principia, Tom. VII. Lausannae 1772. 8. curavit Hallerus, addita sua praefatione, qua de pretio opusculi statuitur.

398. Albucasis de chirurgia. arabice et latine. cura Jo. Channing, natu et civitate Londinensis. Tom. I. et II. Oxonii 1778. 4. pagg. 642.

Editio facta est ad duos libros mstos bibliothecae Bodlejanae, in Catalogo 561. 634. Laudavit auctoris praecepta chirurgica, operisque versiones latinas antiquiores commemoravit Hallerus, Biblioth. Chirurg. Tom. I. 1774. p. 137. Celeb. Christ. Theoph. de Murr edidit Adnotationes suas ad Bibliothecas Hallerianas, Erlangae 1805. 4. Primo p. 3. ad Bibliothecae Botanicae Tom. I. pag. 201. haec adnotavit: „Abul Casem; add. obiit Hegirae anno 339. A. C. 950." Deinde, alio loco, p. 49. ad Bibliothecae Chirurgicae Tom. I. p. 237. monuit haec: „Non obiit a H. 339. (Christi 950.); sed anno Hegirae 500. (Chr. 1101.)." At annus Heg. 500. coepit mense Septembr. anno 1106. aerae Christianae. Et anno Heg. 500. Nostrum obiisse Cordubae, ubi medicinam faciebat et chirurgiam, retulit Casiri, Biblioth. Escurial. Tom. II. p. 136. ex opere historico, quod ipsi dicitur Bibliotheca Arabico-Hispana, auctore Ahmed al Dóbi, qui, Cordubensis ipse, opus suum perduxit usque ad annum Heg. 592. loc. cit Casirii pag. 133. Vid. De-Rossi, Dizionario, voce Saaravio, pag. 159. ubi hebraicae etiam versiones commemorantur.

399. Avis sur la petite vérole regnante, adressé au Divan du Kaire, par le Cen. Desgenettes, Premier Médecin de l'armée d'Orient. au Kaire, de l'imprimerie nationale. le 27. Nivôse an VIII. (h. e. 17. Januar. 1800. Chr.) 4. min. pagg. 43.

Inscriptio haec e regione habet arabicam, singulas illius voces reddentem; nomen auctoris Desgenettes negligentius positum دجنيطا, et le Citoyen

dictus

dictus البلدي. Arabicus fermo juxta Gallicum alternis paginis incedit. Poftremo loco haec confpiciuntur: „Note. la Traduction Arabe a été faite par Don Raphaël, membre de l'Institut d'Egypte. وقد نقلها وترجمها باللغة العربية القس رفايل اهب بمصر", h. e. „tranfcripfit et interpretatus eft fermone arabico Presbyter Raphaël, monachus in Aegypto." Raphael ex Aegypto cum copiis Gallicis profectus, nunc Parifiis agit linguae arabicae vulgaris magifter in Schola fpeciali linguarum orientalium.

400. Altera editio opusculi mere arabica pagg. 25. Quart. min. prodiit ex typographia Reipublicae Franciae Kahirenfi. في 9 من شهر شعبان سنة 1120. هجرية شعبان سنة, h. e. 26. Decemb. 1800 In infcriptione auctor dictus السيتوين دجنط. In extremo loco iterum pofita verba illa وقد نقلها . . .

Rationem propofitam curandi variolas non magnopere laudavit, qui in Götting. Gel. Anzeigen, 1804. St. 186. retulit de libro, infcripto, Opuscules du Citoyen Desgenettes, Médecin en Chef de l'armée d'Orient. – Confectus eft ifte liber ex junctis opusculorum ejusdem auctoris feparatim antea in Aegypto typis defcriptorum refiduis exemplis, nec eft cur repetitam editionem exiftimes.

401. Euclidis Elementorum geometricorum libri tredecim. Ex traditione doctiffimi Nafiridini Tufini nunc primum Arabice impreffi. Romae in Typographia Medicea. MDXCIV. cum licentia Superiorum. fol.

Lati-

Latinam hanc inſcriptionem retulit Käſtner, Geſchichte der Mathematik, Bd. I. Götting. 1796. pag. 368. ex bibliothecae Goettingenſis publicae exemplo. Quo nos utimur exemplum inſcriptionem non habet niſi arabicam

كتاب تحرير اصول لاوقليدس من تاليف خوجه
نصير الدين الطوسي

„Tranſcriptum Elementorum Euclidis, ut ea recenſuit Chodſchah Naſireddin al Tuſi," i. e. natus in provinciae Choraſân urbe dicta Tus, de qua vid. Golius in Notis ad Alfraganum p. 185. De voce Tahrir, quae fere redundat, vid. D'Herbelot p. 845. Complectitur illud paginis 453. libros XIII. integros. Poſtrema pagina, quae non habet numerum, Turcice editum eſt Privilegium a Sultano Morad datum Conſtantinopoli ineunte menſe Dul Hadſch ann. Heg. 996. (Chr. 1587.) quo venditio exemplorum per univerſum imperium Othmanicum conceditur citra omne portorium. Illud igitur Goettingenſe, quod abſolvitur paginis 400. teſte Kaeſtnero p. 370. loc. cit. non eſt integrum ſed truncatum libro XIII. Ejusdem rationis eſt Dresdenſe, quod 400 pagg. eſſe tradidit Goeze, Merkwürdigkeiten der Königl. Bibliothek zu Dresden, IV. Buches I. Sammlung, p. 216.

Naſireddinum paſſim commemorans D'Herbelot in Biblioth. Orient. primo loco pag. 46. refert mortuum eſſe anno Heg. 622. alio loco eoque primario, p. 665. recte tradit natum fuiſſe ann. Heg. 597. obiiſſe anno 672. vel juxta alios anno 687. Obiiſſe eum anno Heg. 672. Chr. 1273. et quidem ultimi menſis die 18°. et ſepultum eſſe Bagdadi, teſtem habemus Abulfedam, natum eodem. anno 672. vid. Annal. Tom. V. pag. 36. 37. Conf. Mémoire sur l'Obſer-

vatoire

vatoire de Méragah et sur quelques instrumens employés pour y observer; suivi d'une Notice sur la vie et les ouvrages de Nassyr-Eddyn. le tout traduit des auteurs Arabes et Persans; par A. Jourdain. Paris, 1810. 8.

De Euclidis opere, ejusque editionibus verfionibusque vid. Fabricii Bibliotheca graeca, novae editionis ab Harlefio curatae, Vol. IV. 1795. p. 44 fqq. Nobis vifum eft arabicae editionis Praefationem adhuc fere incognitam latine hic transferre.

Mathematica fcientia, quam medium nodum (quafi compagem) dixeris philofophiae fpeculativae, conftat partibus quatuor, Geometria, Arithmetica, Mufica et Almagefto (i. e. Aftronomia), quae eft fumma. Eratque liber Elementorum, dictus الاسطقسات (Στοιχείων) quod ad eum rediret omnis fcientia mathematica, antiquitus in Tractactus quindecim diftributus. Graecus quidam rex, refolvendi operis ftudiofus, cum difficilem illum experiretur, omnesque quos obvios haberet doctos confuleret, rescivit ab aliquo, Tyri effe virum, Euclidem, celebrem in utraque fcientia, et Geometria et Arithmetica. Hunc igitur requifivit rex, juffitque eum aptare opus et difponere. Digeffit illud Euclides et ad XIII Tractatus redegit. Abhinc ipfius nomen ferebat opus. Demfit autem ille Tractatus duos poftreftremos eapropter, quod eorum problemata effent ex praemiffis, quibus nituntur demonftrationes relationis folidorum in Tractatu XIII. et modi, quo figurae ejusdem Tractatus XIII. infcribi aliae aliis poffunt: haec enim intelligi poterant ex hoc tractatu, atque ex aliis eum praecedentibus. Erat autem liber deftinatus ut poneren-

nerentur in eo nonnisi radices, sine ramis (h. e. principia absque consectariis inde ducendis), quibus sane haud fuerat finis. Idcirco desunt propositiones quae non elucescunt nisi in hac scientia ex principiis positis, quum sint cognitu faciles ex problematibus libri.

Postmodum ortus est in urbe Askalon aliquis cui nomen erat انسقلاوس (pro ابسقلاوس Hypsicles), celebris mathematicus, hic adjunxit libro tractatus duos a se redactos in ordinem, ut nunc esset liber tractatum XV.

Deinde translatum est opus, et quidem XV. Tractatuum, in arabicum sermonem. Duae autem apud intelligentes caeteris celebratiores erant editiones seu recensiones arabicae, altera quam adnornavit ثابت بن قرة الحراني, Thabeth ben Korra, al Harranensis, altera cujus auctor est حجاج بن مطر, Hedschadsch ben Matar. Subsecuti sunt permulti recentiores, qui operam darent libro expediendo et explicando. Alii demtis propositionibus satis habebant uti textu solo. Alii omiserunt problemata, quae putarent jam cognita esse ex reliquo opere. Alii plures propositiones fecerunt unam. Alii produxerunt ex potentia in actum (explicite enuclearunt) quaedam argumenta demonstrandis propositionibus, praetermissa ab Euclide, qui putaret relinqui ea posse lectoris intelligentiae et ad suum tractationis modum attentioni. Praeterea alii ad propositiones anteriores in demonstrandis posterioribus remiserunt, usi litteris alphabethi numeralibus, quas alii interposuere textui, alii in margine collocarunt et ad linearum intervallum: tunc frequenti operis usu accidit, ut litterae illae numerales quae in textu essent permutarentur, relictis quae locum haberent in margine. Atque sic factum est,

est, ut opus transiret in conditionem ejusmodi operum, quibus commentando et declarando succurratur necesse est, ut qui uti eo velit possit ex ipso proficere.

Equidem meditatus quid sit quod praestare ipse valeam, apud me constitui, librum redigere ad Tractatus XIII. ut fecit Euclides; methodum sequi quae non disjungat a textu commentarium; argumenta demonstrandis propositionibus implicita reddere explicita; distinguere principiorum alia ab aliis methodo scientifica; indicare diversos casus propositionum, in quibus est casuum diversitas, et hanc exponere; separare problemata duorum tractatuum posteriorum, remittendo ad eos; praeterire propositiones quae sint praemissae demonstrandae alicujus propositionis in libro verbis expressis, non signis, et tantum earum numerum significare, si et praemissa et conclusio sit ejusdem Tractatus, et indicare etiam Tractatus numerum, si ambae (praemissa et conclusio) sint ex duobus Tractatibus; repetere propositionem eamdem pluries in eodem problemate, si ea opus fuerit: ut sit opus in se plenarium nec destituat ullo respectu eum qui velit studium in illud conferre. Rogo autem Deum caet.

Fabricii bibliotheca graeca, Vol. II. p. 548. et novae editionis Vol. IV. p. 177. commemorans Adsumtorum seu Lemmatum Archimedis editionem Florentiae 1661. fol. haec subjungit:

Alteram editionem hujus libri Arabico-latinam debemus viro doctissimo Johanni Gravio Anglo (addidit nova editio: in Miscellaneis Sam. Fosteri), Lond. 1659. fol. Confer Acta Eruditorum A. 1700. p. 518. et Tho. Smithum in Jo. Gravii vita p. 28. (addidit nova editio: et in vita Ed. Bernardi).

In

In his erratum est. In vita Bernardi non est dictum de Jo. Gravio. Bernardi lucubrationes, at ineditae, enumerantur, inque his p. 68. Lemmata Archimedis Arabico-Latine, cum figuris et annotationibus, praemissa de istius opusculi ratione erudita praefatione. Acta Eruditorum loc. cit. referunt illius libri inscriptionem qualem tradidit Thom. Smith in Vita Jo. Gravii p. 28. Tradidit autem his verbis: Lemmata Archimedis – e vetusto codice msto. Arabico a Joanne Gravio traducta et cum Arabum Scholiis publicata. Et quod edidit Sam. Foster in Miscellaneis opusculum est traductum, non arabico-latinum, sed latine factum a Gravio ex versione arabica Thebit Ibn Corae (Thabeth ben Korra, cujus proximo numero facta est mentio) cum commentario seu scholiis Abi Al Honin Ali.

402. Muhammedis fil. Ketiri Ferganensis, qui vulgo Alfraganus dicitur, Elementa Astronomica, arabice et latine. Cum notis ad res exoticas sive orientales, quae in iis occurrunt, opera Jacobi Golii. Amstelodami, 1669. 4. Textus arabicus pagg. 109. Versio lat. pagg. 109. Notae pagg. 306.

Praefatio typographi nomine scripta. Obiit Golius anno 1667. postquam et arabicum opus, 30 capitum, et latinam versionem, illi singulis paginis respondentem, typis describi curasset. In Notis autem comparandis videtur lentius processisse, ut temporis otiique ratio ferret: non enim ille in scribendo praeceps erat, sed fere justo cunctantior, qui sibi aegre satisfaceret. Quantum igitur elaboratum reliquisset, typis descriptum est, ut eodem volumine complecterentur omnia. Subsistunt Notae in cap. IX. p. 38. quo traduntur regionum urbiumque celebriorum nomina, juxta septem climata. Ac in hoc argumento cumprimis placuisse sibi videtur Golius. Quae praecedunt capita octo, brevius sunt tractata pagg. 75. quae abhinc

hinc sequuntur Notae omnes sunt geographici argumenti, omnes multae et exquisitae lectionis.

Golius in Notis p. 67. refert nonnihil „quod in antiqua versione est, centum abhinc annis edita Norimbergae.“ Kaestnerus, Geschichte der Mathematik, Bd. II. 1797. p. 506. tradidit inscriptionem hujus versionis, editae 1537. non ut apud illum exstat MDXXXVIII. Dignior quae commemoretur haec:

Muhamedis Alfragani Arabis chronologica et astronomica Elementa, e Palatinae Bibliothecae veteribus libris versa, expleta, et scholiis expolita. Additus est commentarius, qui rationem calendarii Romani, Aegyptiaci, Arabici, Persici, Syriaci et Hebraei explicat, caet. auctore M Jacobo Christmanno, Joannisbergensi, inclytae academiae Heidelbergensis professore. Francofurdi 1590. 8. pagg. 565.

Refert Christmannus p. 4 sqq. hanc suam versionem fecisse se ex hebraea paraphrasi R Jacobi Antolii, (de quo vid. Wolfii Biblioth. Hebr. Vol. I. num. 1121. p. 618.) „Arabicae et Latinae linguae peritissimi, et rerum Astronomicarum scientissimi:“ cognitam vero etiam habuisse latinam versionem mstam incerti auctoris quae Hebraeae magna ex parte responderet, esset que multo melior et perfectior, quam alia antiquior, ab Johanne Hispalensi circa annum Chr. 1142. confecta; hanc vulgatam quidem esse, sed multis in locis corruptam et mutilam. Vulgata est anno 1493. 4. Ferrariae. Götz Merkwürdigkeiten der Bibliothek zu Dresden. T. II. p. 307. Wolfio teste, num. 328. Vol. I. p. 195. „latina hujus libri versio aliquoties prodiit seorsim.“

Arabici operis auctor cognomen traxit a regione et urbe Fergánah, فرغانة, de qua egit Golius in

 Notis

Notis p. 168 sq. „De aetate ejus," Golii verba sunt p. 2. „haud quicquam certi compertum habeo: nisi quod Abulfergius ille" (Abul Pharagium putat, exstatque locus Histor. Dynastiarum p. 248. sermonis arabici et p. 161. latinae versionis. conf. Golii Notae p. 268.) „conjecturae probabili locum facit, cum Alferganum inter alios Mathematicos recenset, qui circa Almemonis tempora scripserunt. Imperatorem hunc obiisse anno Chr. 833. ex Historia Saracenica atque aliis constat." Catalogus Mathematicorum qui arabice scripsere, ex arabica Philosophorum bibliotheca excerptus in Casiri Bibliotheca Arabico-Hispana, Tom. I. p. 409. haec tradit: „Ahmad Ben Mohamad Ben Kathir Alphargani Transoxanus, ex Almamonis Imperatoris astronomorum numero unus, auctor fuit Isagoges in Elementa Astronomica: qui liber mole quidem perexiguus, utilitate maximus, in capita XXX. distributus, Ptolemaei libros omnes adinstar summae complectitur. Ejus dictio pura, sententiae luculentissimae." At Christmannus p. 4. ex ipsius auctoris observationibus collegit „vixisse eum circa annum Christi 950." Christmanni meminit, sed obiter, Golius in Notis p. 1. fortasse pluribus de illo dicturus in praefatione, si operis perficiendi edendique ipsi tempus suppetiisset.

De-Rossi, Dizionario, voce Fargani, pag. 76. refert, Pocockium curasse editionem libri post obitum Golii. Twells, the life of Dr. Pocock, p. 65. non habet quod rei fidem faciat.

403. Le Livre de la Grande Table Hakémite, manuscrit appartenant à la bibliothèque de l'Université de Leyde, et prêté à l'Institut national par le gouvernement Batave; traduit par le C^en. Caussin, professeur de langue Arabe au Collège de France. à Paris, de l'imprimerie de la République. An. XII. = [1804. v. s.] 4. pagg. 424.

Auctor

Auctor Abul Haſſan Ali Ebn Júnis mortuus eſt Kahirae in Aegypto teſte Abulfeda Annal. Tom. II. pag. 619. anno Heg. 399, qui coepit 4. Sept. 1008. et quidem, quod tradit Ebn Chalecân, rectius ابن خلكان, quarto menſis Schawâl, h. e. 31. Maji 1009. non ut Caſſinio excidit 1008. Obſervationum quas commemoravit noviſſima illa eſt, quam perhibet a ſe factam eſſe die 23. menſis Saphar anno 398. h. e. 7. Nov. 1007. „Ibn Jonis, inquit Golius in Notis ad Alferganum p. 2. ſcripſit, uti ex pluribus ejus libri locis patet, circa annum Chriſti 1000.“ Integrum opus eſt capitum 81. edita nunc ſunt, arabice et gallice, praeter praefationem, capita duo, quartum quintumque, unacum excerptis ex capite ſexto, praeterhabitis quae non ad Aſtronomiam ſpectant ſed ad Chronologiam.

Nullum operis hujus exemplum inter Europaeos cognitum eſt praeter unum Leidenſe, uſurpatum quoque Golio, in Notis ad Alfergan. p. 50. 67. quod et ipſum dimidia parte altera eſt deſtitutum. Tubingae quondam penes Wilhelmum Schickardum fuiſſe aliud exemplum, cognovimus ex libro inſcripto: Commentarius in Ruzname Naurus ſive tabulae aequinoctiales novi Perſarum et Turcarum anni, nunc primum editae e bibliotheca Georg. Hieron. Velſchii cujus accedit diſſertatio de earundem uſu. Auguſtae Vindel. 1676. 4. ubi p. 65. exſtant haec: „Singularem quoque induſtriam ſuam circa aequinoctiorum doctrinam omnem oſtendit auctor Aſtronomiae Turcarabicae, quam olim Guilielmo Schiccardo dono dedit Matthias Berneggerus, vir nunquam ſatis laudandus, et Ibn Junisius, quem eidem Petrus Meiderlinus, philoſophus et philologus praeſtantiſſimus, obtulerat, cujus ipſe grato animo commeminit“ — Innuit Welſchius

 librum

librum Schickardi, Weiterer Bericht von der fliegenden Liecht-Kugel - Tubing. 1624. 8. p. 319.

Specimen hoc libri arabici editum quidem est in Tomo VII. nobilissimi operis, Notices et Extraits des MSS de la Bibliotheque -, Verum cum haud desint exempla separatim excusa; sane fas erat non abstinere ab eo commemorando.

404. Untersuchungen über den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen. Ein Beytrag zur Geschichte des gestirnten Himmels, von Ludwig Ideler, Astronomen der Königl. preuss. Akademie der Wissenschaften und Correspondenten der Goettinger Societät. Berlin 1809. 8. pagg. LXXII. 452.

Praecipuum libri et ejus quasi fundamentum est arabicum ex Alkazwinii opere, inscripto عجايب المخلوقات „Mirabilia rerum creatarum," et quidem prima ejus parte, quae agit de rebus superioribus, i. e. de sideribus, Excerptum pag. 373-406. cujus germanica versio praecedit cum commentario. Excerptum hoc desumtum est ex cod. msto bibliothecae regiae Berolinensis, unde vulgavit haud pauca Wahl, Neue arabische Anthologie. 1791. p. 181 sqq. quorum ea quae agunt de sideribus germanice exposuit doctiss. Beigel, Reg. Saxon. a Legationum consiliis, in Bode Astronom. Jahrbuch für das Jahr 1808. p. 104 sq. Clar. Ideler, Introduct. p. LIV. haesitans in libri, dicti Hortus mirabilium terrae et regionum, auctore Salamesch Ebn Kand Gadi, subjecit in nota, Schnurreri Bibliothecam arabicam, adhuc VII. Disputationum, nondum progressam esse ad Mathematica et Astronomica. At poterat ex ipso primo specimine bibliothecae arabicae anno 1799. edito cognoscere p. 47. 48. eundem Simonem Assemanium, qui illo libro usus est in opere, Globus coelestis Cufico-Arabicus

bicus Veliterni Musei Borgiani, Patavii 1790. 4. de eodem copiosam relationem vulgasse alio in opere, Catalogo de' codici mssi orientali della biblioteca Naniana, P. I. in Padova. 1787. p. 151.

De scriptore qui cognomen habet Alkazwini ejusque scriptis vid. praestantissimum opus, Chrestomathie Arabe par Silvestre de Sacy, Tom. III. p. 500 sq. in quo Excerptum ex libro de mirabilibus editum est cum commentario amplissimo. Exhibet etiam der Neue Teutsche Merkur, St. VIII. 1809. p. 232–247. Auszüge aus dem Persischen Werke Adschaibul-machlukat, des Zacharia Ben Mohammed Elkazwini. Sed haec excerpta quod suppeditavit opus, cum scriptum dicatur anno Heg. 431. Chr. 1039. non potest esse Al Kazwinii illius qui fertur obiisse anno Heg. 682. Chrestomathie Arabe, Tom. III. p. 505.

405. إيساغوجي Isagoge, i. e. breve introductorium arabicum in scientiam Logices: cum versione Latina: ac Theses sanctae fidei, R. P. Fr. Thomae Novariensis, ord. Min. Reg. Observ. nuper Orientis Apost. Commissarii, Jerosolymorum Guardiani, ac linguarum orientalium Magistri, opera studioque editae, ac illustriss. et referendiss. D. D. Ludovico Card. Ludouisio S. R. E. Vicecancell. dicatae. Que quidem publice disputabuntur, Romae, idiomate arabico, in comitiis generalibus Fratrum Min. Obseru. in Conu. S. Mariae de Aracaeli. Objectis satisfaciente P. Fr. Petro Marietta Gallo sub auspiciis praefati R. Patris. Anno Jubilei 1625. die mensis Maji. hora 23. Romae. Excudebat Steph. Paulinus 1625. 4. foll. 22.

Thomas Novariensis, haud alius quam qui Thomae Obicini nomine venit supra num. 63. in praemissa ad Cardinalem epistola „primum suarum Arabicarum elucu-

elucubrationum foetum" hunc dixit. Incipit Isagoge in Logicam fol. 3. et absolvitur foliis 14. et pagina una; addita arabico sermoni e regione latina versione. Ordo capitum hic: caput significationis vocis et partitionis ejus; caput quinque universalium et descriptionum ipsorum; cap. definitionis et divisionis ejus; cap. propositionum et divisionum earum; cap. oppositionis et particularitatum ejus; cap. conversionis et ejus conditionum; cap. syllogismi et modorum figurarum ejus; cap. demonstrationis et certitudinalium.

Theses fidei sanctae inde a fol. 15. p. 2. sunt brevia enuntiata.

406. مختصر مقاصد حكمة فلاسفة
العرب المسمى
جام كيتي نما

Synopsis Propositorum Sapientiae Arabum philosophorum inscripta Speculum mundum repraesentans, ex arabico sermone latini juris facta ab Abrahamo Ecchellensi Maronita é Libano, philosophiae, et sacrae Theologiae professore: ac linguarum orientalium in almo Urbis gymnasio publico lectore, ad Eminentissimum Principem D. Cardinalem Ducem de Richelieu. Parisiis, excudebat Antonius Vitray, Regis et Cleri Gallicani Typographus, cum privilegio Regis. 1641. 4. pagg. 83.

Editoris ad lectorem verba haec: „Contractus est libellus iste, et adductus in hanc brevitatem, ex majore libro, cui titulus est تحفة السلطان id est, Museum Regis" immo vero: Munus Regis, seu Regi

Regi oblatum. Cuinam auctori vel opus illud amplius vel hoc compendium tribuendum ſit, non conſtat. Hoc qui confecit, in prooemio ad lectorem dicit ſe illi inſcriptionem dediſſe hanc, Dſchom Kiti Noma, quae perſica eſt, وسميت هذا المختصر بجام كيتي نما. Arabicus ſermo vocalibus inſtructus, verſio latina illi adſtricta, ſed penitus deſtituta adnotationibus. Hottingerum, ſi audias, in Etymologico orientali, ſive lexico harmonico ἑπταγλώττῳ, Francof. 1661. 4. et quidem in praefatione p. C 3, liber mole non magnus, notoriorum tamen errorum maculis ita aſperſus eſt, ut non modo reprehendi (ſic) tantum, ſed et deprehendi (ſic) ignorantiam, campus pateat latiſſimus." Nonniſi autem tria ſunt loca, quorum verſionem caſtigavit Hottingerus. D'Herbelot affirmat, Biblioth. Orient. p. 392. editum textum arabicum multis laborare defectibus. Pag. 41. celebris ille Mathematicus, خوجة نصير الدين الطوسي dictus eſt خوجه نصير الطوسي, Cogia Naſair Tuſanus.

407. مختصر مقاصد حكمة فلاسفة العرب

h. e. Synopſis Propoſitorum Sapientiae Philoſophorum Arabum inſcripta Speculum mundum repraeſentans. Edita antehac Pariſiis per ابراهيم الحقلاني الماروني, nunc vero Theſium Miſcellanearum loco diſputationibus ſubjecta et Verſione literali inſtructa a M. Henrico Opitio, Collegii Philoſ. Jen. Adjuncto. Jenae 1672. 4.

Opus-

Opusculum est foliorum 2. nec progreditur ultra Prooemium.

408. Philosophus Avtodidactus, sive Epistola Abi Jaafar Ebn Tophail de Hai Ebn Yokdhan, in qua ostenditur quomodo ex inferiorum contemplatione ad superiorum notitiam ratio humana adscendere possit. Ex arabica in linguam Latinam versa ab EDUARDO POCOCKIO A. M. Aedis Christi alumno. Oxonii 1671. 4. pagg. 200.

D. Eduardi Pocockii, celeberrimi prof. Oxoniensis, filius natu maximus erat, cujus nomine liber editus est, et inscriptus Archiepiscopo Cantuariensi: praefatio patris nomine insignita. Sed non defuere, maxime inter exteros, qui patris magis quam filii operam omnem esse existimarent. Praefatio agit de operis ratione ejusque auctore, de quo certi nihil constat praeter hoc, in Hispania eum claruisse tempore Averrois; h. e. Hegirae Saec. 6. et Christi 12. Qui Ed. Pocockii opera theologica edidit, 2 Voll. Londini 1740. fol. Leonardus Twells, refert in Vita auctoris p. 68. Pocockio per litteras significasse amicum ex Lutetia, 7. Sept. 1671. haec: Thevenot habet auctoris arabici Ibn Tophail vitam mstam, unde novit, fuisse philosophum inter suos permagnae auctoritatis, Averroem habuisse discipulum, et parum abfuisse, ut nova inter Muhammedanos secta initium et nomen ab eo traheret. Leo Africanus tradidit, obiisse illum Seviliae anno Heg. 571. Chr. 1175. teste De-Rossi, Dizionario, voce Tofail, p. 188. Ipse vero nonnihil aberravit a vero, referens, librum editum esse Oxonii anno 1650. et anno 1700.

Sunt certe exempla libri, inscripta his verbis: . . . ex Arabica in linguam Latinam versa ab Eduardo Pocockio. Editio secunda, priori emendatior, Oxonii, 1700. Sed nullo modo differunt haec ab aliis

aliis nisi omissa dedicatione. Errata omnia eadem, non latina tantum, quae sola prodita videas post praefationem, sed arabica etiam, quae non prorsus desunt, veluti p. 14. lin. 3. exstant litterae turbatae pro منه لا, pag. 29. lin. 11. علية pro علبة, p. 126. lin. 9. لاصهابة pro لاصحابة, p. 141. l. 10. احتنبج pro احتنج, pag 169. lin. 2. انهتي pro انتهي, pag. 178. lin. 9. صاجة pro صاحبة, ib. lin. 13. تناوال pro تناول, p. 190. lin. penult. ودفعهتها, pro ودفعتها, p. 168. lin. 15. الابنيا pro الانبيا.

Ex Latina versione ortae sunt versiones Anglicae duae, nec non Belgica. Ex ipso autem arabico sermone facta est Anglica versio fide digna, passim etiam emendatior latina,

The improvement of human reason, exhibited in the life of Hai Ebn Yokdhan: written in Arabick above 500 years ago, by Abu Jaafar Ebn Tophail. in which is demonstrated, by what methods one may, by the meer light of nature, attain the Knowledg of things natural and supernatural; more particularly the Knowledg of God, and the affairs of another life. – newly translated from the original Arabick, by Simon Ockley, A. M. Vicar of Swasesey in Cambridgshire. London, 1708. 8. pagg. 195. Inscriptus est liber verbis admodum honorificis Eduardo Pocockio filio.

Anglicam secuta est Germanica, Der von sich selbst gelehrte Weltweise – – in das Hochdeutsche übersetzet – von J. G. P. (Pritio). Frankf. und Nürnberg. 1726.

His

His demum accessit

Der Naturmensch, oder Geschichte des Hai Ebn Joktan, ein morgenländischer Roman des Abu Dschafar Ebn Tofail; aus dem Arabischen übersetzt von JOHANN GOTTFRIED EICHHORN, Professor zu Jena. Berlin. 1782. 8.

Praefatio diligenter agit de omnibus, quae ad auctorem spectant librique historiam. Pag 12. locus ex Casiri Bibliotheca Arabico-Hispana, Tom. I. p. 203. recitatus est, quo auctor dicatur Hispanus Cordubensis. Sed vox Cordubensis addita est a Casirio, ipsiusque fide et auctoritate nititur.

De hebraica versione opusculi vid. Wolfii Biblioth. Hebr. Tom. I. num. 31. p. 14. Persice etiam illud conversum esse testis est D'Herbelot, Biblioth. Or. voce Hai Ben Jackdhan, p. 420.

409. Tabula Cebetis graece, arabice, latine. item aurea carmina Pythagorae, cum paraphrasi arabica, auctore JOHANNE ELICHMANNO M. D. cum praefatione Cl. Salmasii. Lugduni Batavorum, 1640. 4. pagg. 1–88. et 1–15. praeter praefationem.

De Cebete ejusque Tabula editionibus versionibusque egit Fabricius, Biblioth. Gr. Vol. I. p. 831. editionis primae, editionis novae Vol. . et qui novam Tabulae editionem, primo conjunctae cum Epicteti Manuali, Lipsiae 1798. 8. deinde etiam separatae, Argentorati 1806. 12. vulgavit, celeb. Jo. Schweighaeuser, in praefatione ad Lipsiensem editionem, pag. CIX–CLX. Elichmannus, Silesius, in arabicis litteris nec non persicis bene versatus, Leidae, ubi medicinam prospero cum successu faciebat, ipse quidem opus, dum typis describeretur, curavit, sed absoluta opera, medio in flore interceptus, prolegomena et animadversiones, prout constitutum erat, elaborare non potuit. Accessit igitur Claudii Salmasii prae-

praefatio luculenta, in qua tradita haec: Decreverat doctiſſimus ille idem ὁ μακαρίτης Elichmannus huic paraphraſi Arabicae Perſicam alteram metricam ſive rhytmicam adjungere. Item ſententias, apophtegmata, aliaque praecepta ac παραινέσεις quae juxta Graecorum traditionem tribuuntur Pythagorae, et maximam partem hodie Graece non ea extant. Quae omnia hauſerat ex libro Bibliothecae hujus Leidenſis Arabico qui quaſi theſaurus eſt omnis moralis diſciplinae ac politicae ante annos ſexcentos ſcripto et compilato ex variis auctoribus Indicis, Perſicis, Arabicis et Graecis, cui titulus eſt, كتاب جاويذان خرد. Ex hoc eodem codice hanc paraphraſin Tabulae Cebetis etiam excerpſit Elichmannus, cujus auctor ibi non nominatur." Catalogus bibliothecae publicae Univ. Lugduno-Batavae, 1716. fol. p. 468. refert eundem codicem his verbis: كتاب جاويدان خرد لاحمد بن مسكويه Ahmed Ben Meſcowia Sapientia Orientalis, ſc. Proverbia et egregie Dicta antiquiſſimorum Sapientum Perſarum, Indorum, Arabum et Graecorum, ex variis libris collecta. Adducuntur etiam dicta quaedam D. Jeſu Chriſti, quae in N. T. non exſtant. Liber nitide ſcriptus." conf. etiam Bibliothecae Bodlejanae Catalogus, p. 86. cod. CCXCII. Scriptura arabica univerſa vocalibus inſtructa, haud dubie additis ab editore, cujus opera quoque acceſſit latina verſio. Graecum textum ex quonam exemplo repetierit, haud conſtat: ſubjunxit autem verſionem ejus antiquam Lud. Odaxii, anno 1497. Bononiae editam, dignam viſam ipſi Schweighaeuſero, quam in ſua editione graeco Sermoni adjungeret, petitam ex libro Elichmanni. Et hic quidem in opinione erat, arabicum interpretem uſum fuiſſe integriore codice graeco, quam ex quibus illa Tabula hactenus graece fuerit propagata, referente Salmaſio, ſed

sed eodem negante se concedere in hanc sententiam potuisse. Id vero etiam egit Salmasius in praefatione sua, ut doceret, permulta loca non ut par erat tradita esse ab arabico interprete.

Caeterum opinio est, opus hoc prodiisse adnexum Heinsianae, quae dicitur, editioni Enchiridii, et Simplicii, Lugd. Bat. 1640. sed bibliopolae hoc consilium erat, non Elichmanni Salmasiive, et non desunt exemplaria seorsim divulgata.

410. Parafrasis Arabe de la Tabla de Cebes, traducida en Castellano é illustrada con notas por D. Pablo Lozano y Casela, oficial primero de la biblioteca real. Madrid en la imprenta real. 1793. 4.

Splendide editum opus haud quidpiam habet accessionis ad litteras arabicas. Prologum p. i – xxxviii, excipit p. 1. – 85. Tabulae scriptura arabica, vocalibus aliisque signis tota distincta repetita ex Leidensi editione; latinae versionis locum occupat versio Castiliana. Notationes p. 86 – 111, numero 63, omnes sunt grammaticae, non eae exquisitiores, sed tironibus accommodatae. Succedit versio altera vernacula pag. 112 – 136. cum notis ad eandem p. 137 - 165. Quae Leidensis editio comprehendit Aurea praecepta Pythagorae, desiderantur in nova. Exhibet vero haec p. 167 – 219. Centurias tres sententiarum arabicarum, quarum antehac translatio nulla edita est. At neque in hac libri parte quidquam novi praeter versionem Castilianam. Sententiae 1. . . 207. sunt „Arabum sententiae aliquot, partim solutis, partim ligatis verbis," quas numero 232. Golius adjunxit suae editioni Grammaticae Erpenii arabicae, Lugd. Bat. 1656. 4. p. 264 – 278. Ex his Golianis posthabitae nonnullae, quod praesto essent, ad conficiendam centuriam, Dicta Ali Chaliphae. Haec, 208 – 300.

300. (p. 206-219.) unde sumta sint, non expresse significatum p. 173. sed novimus eadem, paucioribus exceptis, edita jam fuisse in libro: Caab ben Zoheir Carmen rel. Lugduni Bat. 1748. p. 90 sq. Agmen claudit iterum typis excusus Tabulae textus arabicus sed destitutus vocalium notis, et tanquam liber singularis inscriptus: Texto Arabe de la parafrasis de la Tabla de Cebes, sin mociones ni version, para exercicio de los principiantes. Madrid 1793. p. 1-39. Sed ratio, quam typographus secutus est, efficit, ut nullo modo divelli possit a reliquo volumine hoc opusculum. Mirum sane non potest non videri, vulgata iterum vulgare, quam anecdota et nova suppeditare maluisse illum, qui publice professus est Prolog. pag. 1 sq. velle se bene mereri de litteris arabicis, quibus excolendis magis quam ulla natio obstricta sit Hispanica, etiam eapropter, quod prae caeteris ipsa parata habeat innumera omnis generis monumenta arabica, etiam in bibliotheca Regia, cujus editor est „Oficial primero.“

411. באב מוסי „Porta Mosis“ sive dissertationes aliquot a R. Mose Maimonide, suis in varias Mishnajoth, sive textus Talmudici partes, Commentariis praemissae, quae ad universam fere Judaeorum disciplinam aditum aperiunt. Nunc primum Arabice prout ab ipso auctore conscriptae sunt, et Latine editae. Unacum Appendice Notarum Miscellanea, opera et studio Edvardi Pocockii linguarum hebraicae et arabicae in Academia Oxoniensi Professoris. Oxoniae, 1655. 4. pagg. 355. et 436. praeter Indices.

Maimonides, seu R. Mose ben Maimon, vulgo dictus רמבם Rambam, satis notus est cum ex Wolfii Biblioth. Hebr. num. 1594. Tom. I. III. IV. tum ex Casiri Bibliotheca Arabico-Hispana, Tom. I. p. 293. et

et maxime ex Dizionario Storicho degli autori Ebrei e delle loro opere distefo dal Dottore G. B. De-Roffi. Vol. II. Parma. 1802. p. 20 fq. Natus eft, docente cel. De-Roffi, Cordubae in Hifpania anno Chr. 1139. obiitque in Aegypto, quo juvenis migraverat, anno 1208. annos natus propemodum 70. Permultorum, quae ipfum auctorem habent, operum primum, coeptum in Hifpania, cum haud major effet annis tribus et viginti, et abfolutum in Aegypto, cum effet triginta annorum, eft Commentarius ad fex Mifchnae ordines, arabico fermone fcriptus, at arabice nunquam, fed tantum hebraice, non unius opera fed alio aliam interpretante partem translatus, typis editus primum Neapoli anno Chr. 1492. poftremo a Guil. Surenhufio, Amftelod. 1698 fqq. Illam editionem expofuit De-Roffi, Annales hebraeo-typographici Seculi XV. Parmae. 1795. 4. p. 90. hanc Baumgarten, Nachrichten von einer Hallifchen Bibliothek, T. V. p. 40.

Pocockius igitur quae vulgavit, ipfius judicio „partes funt quaedam dignitatis inter caeteras confpicuae," et, „licet praefationum atque appendicum vice toti corpori inferviant, tamen fermones integri," et funt quidem differtationes fex, quarum prima totius operis Talmudici rationem reddit, fecunda de religionis Judaicae fundamentis diftincte agit, caet. Arabicus textus hebraea fcriptione expreffus eft, qua auctor ipfe uti folebat, „e cujus autographo, inquit Pocockius in praefatione, parum abeft quin mihi perfuadeam edita effe horum aliqua:" Verfio latina verborum ordini, quantum fieri poterat, refpondet, negato tamen omni adjumento, quod grammaticis obfervationibus paffim addendis afferri legentibus poterat. Notae vero mifcellae, quae dimidiam voluminis partem efficiunt, cum textu conjunctionis nihil habent; funt capita IX. totidemque differtationes fingulares, omnes praeter VI. et VII. quibus Judaeorum

rum

rum et Muhammedanorum opiniones de mortuorum resurrectione traduntur, in illustrandis locis biblicis veteris novique testamenti versantes. Quod propositum sibi habuisse significat Pocockius est hoc, ut illis, qui Rabbinica cum Arabicis studia conjungere cuperent, prodesset pro muneris sui ratione. Majorem vero quam quae Maimonidis sunt utilitatem praestiterint Pocockii dissertationes, quae sunt etiam seorsim editae.

Ed. Pocockii – Notae Miscellaneae philologico-biblicae, quibus Porta Mosis sive praefationum R. Mosis Maimonidis in libros Mischnajoth Commentariis praemissarum et a Pocockio ex arabico latine versarum fascis olim stipata prodiit, nunc denuo revisae et obsummam quam praebent in difficillimis quibusdam Scripturarum S. locis interpretandis utilitatem recusae cura M. Christiani Reineccii. Lipsiae, 1705. 4.

Integrum opus repetitum in the Theological Works of Dr. Pocock, Vol. I. London 1740. fol.

412. أنجيل الطفولية Evangelium Infantiae. vel liber apocryphus de Infantia Servatoris. ex Manuscripto edidit, ac Latina versione et notis illustravit Henricus Sike. Trajecti ad Rhenum. 1697. 8. pagg. 161. et 93.

Henr. Sike, Bremensis vitae suae finem fecit anno 1711. Thesaurus Epistolicus La Crozianus, Tom. II. p 40. refert litteras Jo. Christoph. Wolfii, quibus Hamburg. 4. Non Jul. 1712. haec scripsit: „Ex Anglia per litteras nuntiatum est, Henr. Sikium, quem litteris orientis apprime innutritum fuisse nosti, violentas sibi manus Cantabrigiae, quo in loco linguas orientales publica auctoritate docuit, praeter exspectationem intulisse. Caussa αὐτοχειρίας non fuit commemorata, quam ego quidem conjectura vix assequor, cum virum in familiari consuetudine animi liberioris esse

esse, ac lautis admodum conditionibus frui, praesens intellexerim." Immitius rem tradidit Christoph. Saxius, in Onomastico litterario, P. V. 1785. 8. p. 409. „exprobratam sibi, quam olim meruerat, crucis poenam indigne ferens, laqueo sibi ipse gulam domi fregit anno 1713. al. 1711. vid. Jo. Burc. et Frid. Otton. Menckeniorum bibliothecam doctorum militum num. CCXXIII. p. 427–429. Catal. Bibl. Bunav. Tom. I. vol. II. p. 1608. 1609."

Opusculum arabicum ex codice msto, qui antea Jac. Golii erat, edidit Sike tum temporis Trajecti ad Rhenum Alcorano vertendo intentus; textui arabico vocalibus nudo, est enim dictio humilis et plana, versionem addidit; in Notis p. 1–63. haud pauca loca ex Korano commemoravit, complura etiam ex Kessaeo, qui vitas patriarcharum et prophetarum ex Sententia magistrorum suorum scripsit: de quo vid. D'Herbelot p. 961. voce Kessai الكسايي Evangelii hujus Infantiae latina versio repetita est in Fabricii Cod. Apocr. N. T. Tom. I. p. 127–212. atque hinc derivata in librum, Corpus omnium Apocryphorum extra Biblia. Edidit Car. Christian. Lud. Schmidius. Pars I. 1804. 8. Fuit etiam nonnemo, qui Germanice illud ederet: Das Evangelium der Kindheit Jesu, aus dem Arabischen. Jerusalem, im Jahr 5738. 8. – Assemani, Biblioth. Medic. Catalog. p. 72. ubi codicem mstum hujus evangelii commemorat, „pleraque, ait, prodigia et super fidem et puerilia sunt adeo ut vix credulis mulierculis persuadeantur." Conf. etiam Frid. Imman. Schwarz progr. de evangelio infantiae Christi ficto et vero. Lipsiae 1785. 4.

413. قِصَّةُ يُوسُفُ ٱلنَّجَّارِ

Sive historia Josephi Fabri lignarii. Liber apocryphus ex codice manuscripto regiae bibliothecae Parisiensis nunc

nunc primum arabice editus, nec non versione latina et notis illustratus a GEORGIO WALLIN, Sueco, Lipsiae, 1722. 4. pagg. 110.

Arabicus textus dicitur praefat. p. 4. ex bibliothecae Parisiensis codice CCCCXXXII. complectente quinque opuscula, inter quae quartum Historia Josephi. „Igitur, verba sunt editoris, describi summo cum studio, manu cujusdam Arabis, curavimus, descriptam saepius cum eo perlegimus, menda passim in Archetypo obvia, ut ex notis patebit, emendavimus, et Latine in nostrum usum et exercitium primum transtulimus. Jam vero translatam, in capita et versus, ut melius cum Textu Arabico ab imperitioribus conferri versio possit, divisam, punctis etiam vocalibus et apicibus, non in eruditorum, sed illorum gratiam, ut omnibus inserviremus, vestitam, ac qualibuscunque tandem observationibus auctam, aliis eorundem studiorum cupidis officiose, et bona mente, offerrimus." In Catalogo codicum mstorum edito, Tom. I. 1739. codex ille venit num. CIV. diciturque exaratus anno Chr. 1299. Caeterum conferenda de hoc libro relatio, quae exstat in Actis Eruditorum mens. Decemb. 1722. p. 567 sq.

Joannis Archipresbyteri Alexandrini Epistola ad Ernestum Pium Saxoniae Principem arabice ex primigenio exemplari vulgavit Jo. HENR. CALLENBERG, phil. prof. publ. Halae 1729. 8. pagg. 8.

Epistola haec arabice tantum edita, sed vocalibus tota instructa, ut putamus, ab editore, scripta est pro Jo. Mich. Wanslebio, et causas recitat intermissae ab eo profectionis ex Aegypto in Habessiniam. In praemissa salutatione verbosa Princeps compellatur:

الدُّوكه ارنسْطوُس المتوّج بالتاج الملوكّي علي
جميع اراض سُكْسُنيًّا الساكن في مدينة غُوطا
المعموُرته بقلعة حجر الصُّلح

„Duca Ernestus ornatus corona regia super omnes terras Saxoniae, habitans in urbe Gotha sede sua in arce Friedenstein.“ Extrema scriptionis verba haec:

كُتبت بمدينة الاسكندرية بتاريخ سنة الف
وثلثماية واحد وثمانين للشهداء قبطيّة
للموافق للسني المسيحيّة سنة الف وستماية
خمس وستين في شهر طوب . . . كتبه الحقير
يوحنّا بالاسم قُمُّص خادم كنيسة ماري مرْقُس
الانجيلي الرسول

„Scriptum Alexandriae anno Martyrum 1381. Coptico, Christi 1665. mense Tub; scripsit humilis Johannes nomine“ (tantum, non factis, non meritis, vid. supra num. 264.) „Komos, minister ecclesiae S. Marci Evangelistae Apostoli.“

Autographum in bibliotheca Gothana servatur unacum alia epistola arabice scripta a Matthaeo Patriarcha, nec non Relatione Wanslebii de Aegypto Germanice scripta et ex Aegypto Gotham transmissa, vid. Catalogus codd. mst. bibliothecae Gothanae auctore Ern. Sal. Cypriano. Lipsiae, 1714. 4 pag. 64 sq. Hanc relationem in Sammlung der merkwürdigsten Reisen in den Orient von H. E. G. Paulus, Vol. III. 1794. qui edidit celeb. Reuss, praefatus de Wanslebio tradidit p 6. hominem ex Aegypto reducem factum

ctum esse anno 1664. Cyprianus vero loc. cit. p. 65. „Wanslebius, ait, circa finem anni 1664. Alexandria profectus, die 16. Febr. anni sequentis (1665.) in Liburnum portum defertur.“ قُمّص recte dicitur Archipresbyter; etiam Wanslebio Johannes, epistolae auctor, dictus est Erzpriester, Sammlung, Vol. III. pag. 40. et 227. plures dicuntur Komosät, ib p. 73. Vener. Paulus in suis Adnotationibus p. 893. „Komos, ait, ortum ex Comes, comes procul dubio ex κωμη.“ Similiter, qui multis egit de Archipresbytero, Komos dicto, Renaudot, Liturgiarum Orientalium Collectionis Tom. I. p. 412 sq. „fortasse, inquit, Komos a voce graeca deductum est Κώμη, ad significandum vicorum et pagorum rectores Presbyteros.“ Sed plane alia est origo vocis, tradente Jos. Sim. Assemano, Biblioth. Orient. Tom. IV. p. CMXIII. „voce ἡγέμενος Aegyptii quoque utuntur in suis Ritualibus, eamque arabice proferunt اغنومس Egonumos, et قمص Kommos: sed quum duplex penes illos sit Hegumenos, alius Monachorum in monasterio et alius Presbyterorum in Ecclesia, et ille Archimandritae seu Abbati respondeat, hic Archipresbytero seu Protopapae Graecorum; Hegumeni nomine absolute pronuntiato iidem Aegyptii Archpresbyterum non Archimandritam designant.“

415. Enchiridion Studiosi, arabice conscriptum a Borhaneddino Alzernouchi, cum duplici versione latina, altera a Friderico Rostgaard sub auspiciis Josephi Banese, Maronitae Syri, Romae elaborata, altera Abrahami Ecchellensis, ex Museo Rostgardiano edidit Hadrianus Relandus. Trajecti ad Rhenum. 1709. 8. pagg 250.

Arabicus textus editus est ad exemplar, quod (p. 164. et p. 245.) Friderico Rostgaard Parisiis ver-

fanti anno 1697. ex codice regiae Bibliothecae num. 906. nunc DXVI. exfcripfit Salomo Negri Damafcenus, de quo alibi dictum eft. Abrahami Ecchellenfis latina interpretatio dudum vulgata erat: edita enim fuit Parifiis 1646. 8. his verbis infcripta: Semita fapientiae, five ad fcientias comparandas methodus, nunc primum latini juris facta ab Abrahamo Ecchellenfi, Syriacarum et Arab. litterarum Chriftianiffimi Regis interprete ac earundem in academia Parifienfi prof. cum ejusdem notis, quae ad calcem operis reperientur. Ex MS. Arabico anonymo bibliothecae eminentiffimi Cardinalis Mazarini. Quod ignoraffe videtur Relandus, certe rei ab illo nulla mentio facta; forte quod a Roftgaardo ipfi traditum exemplar effet non illud editum, fed apographum ex edito factum. Infcriptio opusculi arabica fic efferenda, تعليمُ المتعلّم طريق التعلّم „Docere discentem viam doctrinae" acquirendae. Auctor dictus eft p. 164. برهان الدين الزرنوخي تلميذ صاحب الهداية „Borhan eddin al Zarnûchi, magiftro ufus auctore operis" quod infcriptum eft „Directio." Dicendus vero eft al Zarnudfchi, الزرنوجي, cognomen nactus a loco natali. Phiruzabâdi in Kamus haec tradit, زرنوج وزرنوق بلد للترك وراء اوزجند, h. e. „Zarnudfch, alio nomine Zarnuk eft locus Turcarum ultra Uzdfchend." Magifter quem paffim laudat auctor eft Borhaneddin Ali ben Abi Becr al Marghinâni, famam inter fuos nactus libro, هداية في الفروع, „Introductio in Ramos," id eft in Scientiam quae verfatur in confectariis practicis oriundis ex Radicibus, الاصول, feu Principiis fundamentalibus, theoreticis. Mortuus

tuus hic est anno Heg. 591. Chr. 1195. teste D'Herbelot, Bibl. Orient. p. 441.

Opusculum hoc tironibus parum commendabile, etenim neque textus satis emendate editus, nec versio e regione textus posita admodum fida. Ecchellensis autem interpretatio, haud sane inculta vel difficilis, ita in plurimis abludit ab arabico textu edito, ut diversum plane textum secuta videri possit. Sed nec argumenti ipsius tractatio magnam habet commendationem. Commemoravit opusculum arabicum etiam Hottingerus, in Promtuario s. Bibliotheca Orientali, Heidelbergae, 1658. p. 189.

416. The Mahomedan Law of succession to the property of intestates, in Arabick, engraved on copper plates from an ancient manuscript, with a verbal translation and explanatory notes, by William Jones, Esq. of the midde Temple. London, 1782. 4.

Opusculum hoc eo consilio adornatum est, ut usum ejus haberent Angli in India orientali constituti ad jus dicendum ex lege et consuetudine Mohammedana in litibus ortis de successione. Bibliothecae Bodlejanae codex Pocock. 33. in Catalogo, quem edidit Jo. Uri, pag 262. codex MCCLXVIII. complectitur praeter alia Epitomen legum de successione, comprehensam foliis sex, auctore Ibn Almocatanna, cujus auctoritas valet apud Mohammedanos in India, Ali partibus cum Persis addictos. Scripturae arabicae paginae 12. in charta pellucida delineatae, ac aeri incisae sunt ea ratione, ut paginae paginis, lineae lineis respondeant, habeantque exempla singula eandem fidem cum prima illa, ex qua expressa sunt, forma, calamo exarata anno Heg. 712. Chr. 1312. Arabica scriptura, non prorsus expedita, tota etiam latinis litteris ex more Anglorum efferendis expressa est pagg. 16.

16. Aliis pagg. 16. addita est versio Anglica, quantum fieri poterat, verbis adstricta, notis, at paucioribus, illustrata. Obiit celeb. Guil. Jones Calcottae in India 27. Apr. 1794. Opera ejus omnia edita sunt Voll. VI. quart. max. Londini, 1799. vid Götting. gel. Anzeigen, 1799. St. 205. p. 2042 sq. In tertio volumine exstat p. 477 . . 504. the Mahomedan Law of Succession – non ut ibi perhibetur Persice et Anglice, sed arabice, nulla repetitae editionis a prima illa dissimilitudine. Subsequitur eodem vol. III. Al Sirajiyyah, السراجية, or the Mahomedan Law of inheritance, with a Commentary by Sir William Jones. Textus arabicus typis descriptus est; num separatim antea Calcottae prodierit, haud constat.

417. Pars versionis arabicae libri Colailah wa Dimnah sive fabularum Bidpai philosophi Indi, in usum auditorum edita ab Henrico Alberto Schultens. Lugduni Bat. 1786. 4. pagg. 156. Praefat. pagg. xxii.

Qui primus arabice operis caput unum edidit H. A. Schultens, non nisi uno libro ms. usus, textum arabicum vocalibus instruxit, sed latinam versionem non adposuit, nisi passim in locis, quae difficultatis nonnihil habere possint lectori parum exercitato: juvat praeterea legentem Index vocum et phrasium, p. 97. usque ad finem, qui vero brevitatis studio abstinet a referendis illis quae in Scheidiani Glossarii editione prima reperiri possunt. Tironibus visum est prospicere, ut peractis Lokmani fabulis haberent in quo se exercitarent, antequam ad alia fieret progressio. Et sane tironibus bene accommodatum est opusculum, de quo vid. Allgem. Literatur-Zeitung, 1786. num. 128.

Operis

Operis per omnem Orientem celebratissimi historiam et versiones complures diligenter in praefatione commemoravit editor. Germanicis versionibus accesserunt haud ita pridem duae novae. 1) Kalile Wadimne Pilpay. Verdeutschet und metrisch bearbeitet durch Lucian Weber. Frankf. und Leipzig. 1802. 8. vid. Neue Allgem. Deutsche Bibliothek, vol. LXXXIV. p. 354. ubi haec: Verdeutschet heisst diese Sammlung, weil der Verf. (der Uebersetzer) annimmt, das Original sey Indischen Ursprungs, und er habe es aus dem Französischen übersetzt. Eine schon oft gebrauchte Erfindung! 2) Betragen der Grossen und Kleinen, wie es seyn sollte. Oder die Fabeln des Indischen Weltweisen Pilpai; aus dem Französischen übersetzt von Jo. Conr. Vollgraf. Eisenach, 1803. 8. vid. (Hall.) Allg. Lit. Zeitung, 1805. num. 83. ubi haec sententia dicta: Eine deutsche Uebersetzung existirte; so viel wir wissen, bis jetzt noch nicht. In dieser Rücksicht hat Herr V. keine überflüssige Arbet übernommen, dass er dieses originale Indische Werk aus der französ. Uebersetzung des Herrn ZANGE auf deutschen Boden verpflanzte!

418. Disquisitio de fide Herodoti qua perhibet Phoenices Africam navibus circumvectos esse cum recentiorum super hac re sententiis excusis. Adnexum est Specimen sermonis arabici vulgaris seu initium Historiae filii regis Azad Bacht e codice inedito typis descriptum et in latinum conversum. Utrumque opusculum .... publico examini subjicit GUSTAVUS KNÖS Vestro-Gothia Suecus, philos. D. ad regiam Academiam Upsaliensem docens. Goettingae 1805. 4.

Arabicus textus absolvitur pagg. 8. subsistente narratione in loco haud admodum commodo; reliqua historia summatim tradita post versionem latinam pag. 41 sq.

41 sq. In adnotationibus versioni subjectis notata singula, quae a grammatica ratione recedunt, et passim versio alia addita, quae verbo verbum reddat.

419. كتاب قصّة العشر وزراء وما جرا لهم
مع ابن الملك ازاد بخت

Historia decem Vezirorum et filii regis Azad Bacht, insertis tredecim aliis narrationibus, in usum tironum ad codicem manuscriptum Cahirensem edidit Gustavus Knös. Goettingae, 1807. 8. pagg. 114.

Editio mere arabica, cui nihil latini accessit praeter inscriptionem, dedicationem, praefationem, argumentum libri. Tironibus, qui libro uti velint sine magistro, oportet haud deesse, ut promtius procedere in legendo queant, antehac editum illud Initium, repetitum hic p. 1–11. Praefationis sunt haec: „Duas harum fabularum translationes exstare accepimus, alteram Gallicam, quae inscribitur: Nouveaux Contes Arabes (ou supplement aux mille et une nuits) suivis de mélanges de litterature orientale par M. l'Abbé * * *. Paris 1788. 8. alteram Anglicam in Arabian Tales, London 1794. 8. Tom. II. pag. 1–230. quorum neutram vidimus." Gallicam nosmet bene cognitam habemus. Tam penitus haec ab archetypo abludit suo, ut dissimilitudo intercedat maxima. Etenim auctor ejus non tantum rupto, quo in arabico sermone deducta est historia continua, filo singulas narrationes divulsit ac nullo ordine disposuit, sed et in singulis haud pauca pro sui sensus ratione repudiavit et quod pejus est ex suo ingenio permulta, etiam aliena a moribus orientalium, immiscuit. conf. Allgem. Liter. Zeitung, 1788. 2. Jul. p. 21 sq.

Fidem dedit clar. Knös in praefatione, „brevi novam versionem Gallicam, quantum patiatur linguae ratio,

ratio, fidam se vulgaturam." At non deest Gallica versio, eaque et recens et praestantissima. Exstat in opere inscripto: Les mille et une nuits, contes Arabes, traduits en Français par M. Galland, continués par M. Caussin de Perceval, professeur de langue arabe au college impérial. Tome I . . . IX. à Paris, 1806. 12. Tomo I . . . VII. repetita est versio a Gallandio facta, multis et editionibus et in alias linguas conversionibus pervulgata. Quas Tomi VIII. et IX. complectuntur narrationes, Caussinius a se ex arabico conversas adjunxit, non quod vellet eas omnes operis dicti Mille et une nuits veram et genuinam partem agnosci haberique, sed quod vere illae sint ejusdem prorsus indolis ingeniique. Tomo VIII. igitur exhibetur integra narratio de historia regis Azad Bacht seu decem Vezirorum, pag. 221 – 458. Versio non quidem verborum nimis tenax, nec vero vaga illa est justoque licentior, sed ita temperata, ut et arabici sermonis, editi a Kosio, studiosis bene inserviat, et vero etiam lectoribus universis non possit non satisfacere.

420. Josephus White, Theol. D. et arabicae linguae professor Oxonii Noctium mille et unius partem arabice typis describi ex codice msto. pluribus abhinc annis curavit, at mutata mente destitit a perficiendo opere. Excusas habemus paginas 20 in forma quart. ampliore. Primum locum habet „Al Naschar," nox CLXII. et LXIII. pag. 1 – 4. (Novae editionis Parisiensis Tom. III. p. 167 – 177. usque ad verba: . . . fut brisée en mille morceaux). Sequitur p. 5. „Agib sive Collender tertius," Nox LVII sqq. (novae editionis Tom. I. p. 399.) sed subsistit narratio p. 20. in initio noctis LXV.

Fabula Al Naschar edita quoque est in Jo. Richardson's Grammar of the arabick language. Oxford 1776. 4. p. 200 – 209.

Jona-

Jonathan Scott, Oriental Collections Vol. I. London 1797. num. 3. edidit noctem V. arabice et anglice, professus, integrum opus ab se evulgatum iri.

Celeb. Ol. Gerh. Tychsen cum Al Makrizii tractatum de legalibus Arabum ponderibus ac mensuris ederet anno 1800. textum arabicum recusum pagg. 8. opusculo adjunxit, Elementari arabico post pag. 58. inferendum.

421. Adresse de la Convention Nationale au Peuple Français, decretée dans la séance du 18. vendémiaire, an III. de la République Française, une et indivisible; traduite en Arabe par P. Ruffin, secrétaire-interprète de la Republique, imprimée par ordre de la convention nationale, par les soins de L. Anglès, Sousgarde des manuscrits de la bibliothèque nationale pour les langues Arabe, Persane, Tataremantchou, etc. à Paris, de l'imprimerie de la Republique. An III. pagg. 24. Fol. 1795.

Decretum ipsum, maxima cum auctoritate factum et proclamatum Praeside Cambacérès, nostra jam aetate, ut permulta alia ejusdem generis, abiit ex memoria hominum: sed typographici operis perfectio nullo non tempore erit memorabilis. Primus enim fructus est ex restituta ad usum Regia copia typorum arabicorum praecellentium, quae diu adhuc neglecta jacebat et delituerat, permagno damno litterarum orientalium, quod qui illis obtingerent in Gallia cultores non habebant facultatem edendae arabicae scripturae. Regiis quidem auspiciis initium factum fuerat reparandae arabicae typographiae, sed Reipublicae erat coeptum negotium urgere et perfectum habere, ut ad Rempublicam redundaret rei omnis gloria et fructus. Quapropter haud mirum, non sine plausu et admiratione nuncupatum fuisse et celebratum in Magasin encyclopédique, Tome II. à Paris, l'an 3 (1795). pag.

p. 328. a celeb. A. L. Millin, uſo hac peroratione: Cette impression regardée chez toutes les nations, comme un precieux et curieux monument de l'Art Typographique.

422. Recueil des pieces relatives à la procédure et au jugement de Soleyman El-Hhaleby, assassin du Général en chef Kleber, au Kaire, de l'imprimerie nationale, an VIII. de la Republique Française. pagg. 47. Quart. min. Verſionis arabicae pagg. 85. inſcriptio haec: مجمع التحريرات المتعلقة التي ما
جري باعلام ومحاكمة سليمان الحلبي قاتل
صاري عسكر العام كلهبر

Acta haec iterum, ſed Gallice tantum, edita in Piéces officielles de l'armée d'Egypte. Seconde partie. à Paris, an IX. pag. 275 ... 322. Turcica quoque verſio edita eſt Kahirae, pagg. 128. Quart. min.

423. Epiſtola ſummi Senatus Kahirae in Aegypto miſſa Pariſios ad Napoleonem Bonaparte, Conſulem Principem Reipublicae Gallicae, ſcripta 21. Brumaire an. 9. de la rep. française, Francicae, 24. menſis Dſchumádi poſterioris ann. Heg. 1215. (12. Nov. anni Chr. 1800).

Qui nomen ſuum dederunt ſinguli novem Patres Conſcripti, ſunt illi, quos denominaverat Abdalla J. Menou, tum legatus Reipubl. Gallicae in Aegypto, litteris publicis editis a. d. 10. Vendem. an 9. (2. Octob. 1800.) vid. Pieces officielles de l'armée d'Egypte. Seconde partie, pag. 444–457. Epiſtola haec poſtquam Gallice eam converterant Silveſtre de Sacy, arabicae linguae profeſſor, et Jaubert, profeſſor linguae turcicae, typis deſcripta eſt, arabice et gallice, et vulgata unacum diarii, dicti Moniteur, Num. 184.

anni

anni 9. (Chr. 1800.) nemini non lecta. In versione videtur casu nonnihil excidisse. Verba ejus, haud procul a fine, haec: „Vous lui avez fait une promesse." Arabica sunt, لانك وعدته والوعد عند الحر دين nam tu promissum illi dedisti, „et promissum ingenuo homini est religioni."

424. Epistolae nova editio, arabice et gallice, eaque elegantissima in Folio curata est, inscripta

الرسالة المنفذة من اصحاب ديوان مصر الي حضرة الامير الجنرال بوناپارته قنصل اعظم الجمهور الفرانساوي في باريس طبع في دار الطباعة المعمورة الجمهورية سنة ۹ لتاريخ الجمهور

Lettre des membres du Diwan de Kaire, au Général Bonaparte, premier Consul de la Republique Française, en Arabe et en Français, à Paris, de l'Imprimerie de la Republique, an XI. Postremo loco haec posita: Commencé en Floréal an IX. sous la direction du C^en^. Duboy-Laverne. Terminé en Ventôse an XI, par les soins de J. J. Marcel, Directeur de l'Imprimerie de la Republique. Haud multa autem novae hujus editionis exempla expressa.

425. كتاب الفلاحة مولفه الشيخ الفاضل ابو زكريا يحيي ابن محمد بن احمد ابن العوام اشبيلي

Libro de Agricultura, su autor el Doctor excellente Abu Zacaria Iahia, Aben Mohamed Ben Amed Ebn El

El Awam, Sevillano. Traducido al Caſtellano y anotado por Don Josef Antonio Banqueri, Prior-clauſtral de la Catedral de Tortoſa, Individuo de la Real Biblioteca de S. M., y Académico de número de la Real Academia de la Hiſtoria. Tomo primero. De Orden ſuperior, y á expenſas de la Real Biblioteca. Madrid en la imprenta Real año de 1802. Fol. pagg. 62. et 698. Tomo ſegundo. pagg. 756.

De univerſa ratione operis nuntiatum quantum ſatis eſt in (Hall.) Allgem. Literatur-Zeitung. 1804. num. 290. Fama ferebat fore, ut duumviri, alter Gallus, Laſteyrie, Hiſpanus alter, in arabicis litteris ſatis verſatus, Correa de Serra, gallice converſum et notis ſuis illuſtratum librum mutua opera edant: ſed non reſpondit eventus. Videri tamen poſſit intelligentioris alicujus opera haud indignum, ea ſaltem vulgare, quae tradita ſunt Tom. I. p. 390 ſq. de plantatione arundinis ex qua Saccharum exprimitur, et Tom. II. p. 103 ſq. de frutice goſſypium ferente. Utriusque generis plantationem necdum in Hiſpania meridionali penitus neglectam eſſe, teſtem habemus Carolum de Jariges, Bruchſtücke einer Reiſe durch das ſüdliche Frankreich, Spanien und Portugal. Leipzig, 1810. 8. p. 200. 205. et p. 233.

426. كتاب مسابقة البرق والغمام في سعاة الحمام

La Colombe, messagère plus rapide que l'éclair, plus promte que la nue: par Michel Sabbagh, traduit de l'arabe en françois, par A. J. Silvestre de Sacy, à Paris, de l'imprimerie imperiale. an XIV = 1805. pagg. 95.

Auctor

Auctor, cui nomen est ميخاييل بن نقولا بن ابراهيم صباغ, Gallorum in Aegypto partes secutus, cum illis inde discedentibus petiit Galliam, et Parisiis locum nactus est in typographia imperiali; nunc vulgo utitur nomine Mich. Sabbagh. vid. Chrestomathie Arabe par Silvestre de Sacy, T. III. in indice, voce Michel. In opusculo splendide edito, quod inscriptum: Adlocutio et Encomia variis linguis expressa, qua Summo Pontifici Pio VII. typographiae imperiale musaeum invisenti, obtulit Joannes Josephus Marcel, typographiae imperialis administer generalis. Lutetiae Parisiorum, typis imperialibus, anno reparatae salutis 1805, imperiique Napoleonis primo Fol. exstat carmen arabicum cum versione latina ill. de Sacy, quod subscripta habet haec, نظمه ميخاييل صباغ العكاوي h. e. „natus in urbe“ عكا, „Acca,“ vulgo Saint Jean d'Acre.

Opusculi universa ratio ad Arabum consuetudinem conformata. Prologus, initio facto a laude Dei, loco Prophetae quem non debent non profiteri scriptores arabici, bene precatur Napoleoni Magno, Sultanorum Sultano, et quae sunt ejusmodi. Scribendi occasionem quid sit quod dederit, haud inscite excogitatum. Genus dicendi in prooemio artificiosius, ut mos fert Arabum. Capitum quinque, quibus absolvitur tractatio, primarium haberi potest quartum, quod docet, quid observandum sit in columbis, quae sint ad nuntia perferenda aptae, nutriendis, edocendis, emittendis. Qui librum interpretatione gallica exornare non dedignatus est Silv. de Sacy, adjunxit quoque observationes suas, cum historicas, tum philologicas, maxime versantes in declarandis loquendi formulis, quae ex vulgari lingua petitae sunt.

Die

Die Blitzgeschwinde Briefpost, oder sinnreiche Kunst des Orients, Tauben zum Bestellen der Briefe abzurichten, nach dem Arabischen des Michael Sabbag. Herborn, 1806. 8. min. pagg. 39.

Ven. G W. Lorsbach nomen suum professus est p. 39. extrema. Caput IV. reddidit integrum, caetera paucis complexus. Mirari subit, opusculum famae parum nactum esse, nec fuisse, etiam in Germania, in tanta multitudine scriptorum nova omnia captantium vendidantiumque, qui rem antehac paucis notam redderent vulgatiorem. Vix enim dubium videri possit, etiam nostris in terris qui columbis alendis delectantur, habituros esse, si velint, tales, quae possint nuntiis, certe inter urbem et praedium non nimis dissitum, communicandis assuefieri.

Ejusdem auctoris, Mich. Sabbagh, sunt etiam haec:

1) In opusculo, Hommage au Grand-Juge Ministre de la Justice, visitant l'Imprimerie de la Republique le 23 Messidor an XI. Fol. exstat:

قصيدة رايية بمديح الجناب المعظّم قاضي القضاة المكرّم رجنيية زمام الشرع الشريف

cum versione gallica, supresso auctoris ejus nomine, Ode Arabe, à son Excellence le Grand-Juge Ministre de la Justice (Regnier).

2) Carmen ad celebrandum Nepoleonem Imperatorem, arabice et gallice, sigillatim editum in 4. anno haud dicto, Parisiis, typis arabicis, quos novos sibi fieri curavit Baudouin, Typographus.

427. Traités de commerce faits par M. Durand, directeur de la compagnie du Sénégal, avec les princes Maures de la rive droite du Sénégal, à Paris, de l'imprimerie de la Republique. An X. (1802.) 4. pagg. 67. gallice et arabice.

Exstat opus, de quo vid. Goetting. gel. Anzeigen, St. 12. 1803. inscriptum, Voyage au Senegal - par Jean-Baptista-Leonard Durand, à Paris, an X. Vol. I. II. 8. avec figures et Atlas. Volumen quod complectitur tabulas geographicas aliasque delineationes, seu ut nunc dicere mos est „Atlas" est formae 4. atque hic Atlas sibi vindicat illud opusculum: sed est tamen ipsum ita conformatum, ut liber singularis haberi possit. Arabica ut accuratissime ederentur, effecit Silv. de Sacy, cujus etiam sunt observationes nonnullae breves et accommodatae.

Tria pacta sunt, condita omnia anno 1785. gallice et arabice, quibus cautum est Gallorum in istis regionibus mercaturae, in emendis gummi, mancipiis, ebore versanti. Arabicum dicendi genus haud raro discrepat a grammaticis praeceptis, obscurum est, impeditum. Neque vero id mirum videri possit. Mauris qui erant a litteris, certe minus exercitati in civilibus rebus tractandis, hoc sibi negotium impositum habuisse videntur, ut a Gallis gallice scriptae conditiones transferendae essent in arabicum sermonem. Scriptura vero arabica habet hoc singulare, primo, quod duarum partium altera, eaque Gallica, ut plurimum personam sustinet compellantis partem alteram, et quasi conditiones ferentis, deinde quod frequentissima est loquentis e persone in aliam transitio, qualis fere cernitur in prophetis hebraicis; veluti ut loco utamur breviori aliquo, p. 21. in pacto cum rege Hamed Mocktard

Art.

Art. VIII.	والثامن
En retour des dispositions d'Amet Mocktard, le sieur Durand, au nom de la Compagnie, promet et s'engage de le traiter toujours comme un ami distingué, et de lui accorder la plus grande faveur.	والامانة والمحبة لمحمد مختار ان موسي درق يضمن ويحلف انه اخذتك بالخليلة والمحبة لا يعيطه (leg. يعطيه) غيرك ويعينكم بقدر طاقته

ad verbum: „Et fides amorque in Mohammedem Mochthar efficit ut Múse i. e. Monsieur, Durand spondeat juretque, quod complexus sum te amicitia et amore qualem non exhibebit aliis praeter te, et quod juvabit vos quantum fieri poterit.

Passim scriptum ننقطع pro نقطع, ننكتب, ننحلف et caetera. Lepida quoque est gallicorum vocabulorum deformatio, veluti موسي et موس pro Monsieur; p. 34. نكنس pro ancien Consul; pag. 10. exstat, رمي كُنْ عجمي, „exploditur canon," tormentum, ubi addita vox عجمي significat fere: si liceat uti voce non arabica; alio loco, p 12. arabicum nomen usurpatum, حين يرموا المدافع, „quum exploduntur tormenta." Cernuntur etiam passim vocabula non arabica, quae vel ipse Silv. de Sacy assequi se posse negavit, veluti ورنشخ p. 35. 36. 38. quae vox p. 35. additum habet illud عجمي,

 quem-

quemadmodum pag. 39. exſtat موس عجمي, ut et ipſa videri poſſit honorifica appellatio Domini Durand; nec abſimile eſt p. 39. مورلح, et pag. 40. تمورلح موسي. —

428. المؤذن العثماني الى اخوانه المومنين

i. e. „Praeco Othmanicus ad fratres ſuos fidei addictos," typis arabicis illis, quibus ſola utitur typographia Imperialis Pariſina. Quart. pagg. 9.

Tempus, quo ortum hoc ſcriptum, intelligas ex p. 7. qua Napoleon dicitur regno Boruſſico occupato Ruſſos ad ripas Viſtulae fluvii profligare. Excitat Praeco ſuos Moslemos contra Ruſſos, inveteratos hoſtes, vultque eos memores eſſe veteris conſtantisque amicitiae Gallorum, his poſt turbas et diviſiones divinitus obtigiſſe Napoleonem Caeſarem, hoſtium omnium victorem, ſalutis auctorem unicum: verum, ait, noſtrum nunc eſt, ut cum ipſius copiis noſtras jungamus, et ipſius ſignis intermisceantur noſtra, at vero etiam ut noſtri ipſiusque milites eodem quaſi animo acti alter alterum antevertat quaſi in proelium ad impetendum hoſtem communem. Hoc facto ſi Napoleonem ducem ſequamur, nemo valebit reſiſtere, ſed brevi Ruſſos propellemus, ut recipiant ſe in vaſta ſua loca, clamantes: fugiendum, fugiendum! ſeque ibi contineant velut catenis conſtricti.

Index praelectionum in Academia Roſtochienſi per ſemeſtre hibernum a die XVII. Octobr. MDCCCVIII. habendarum haec refert: Olaus Gerhardus Tychſen publice ſcriptiunculam arabicam nuper editam المؤذن العثماني الى اخوانه المومنين qua res bene geſtae Napoleonis Maximi, primi Francorum Imperatoris, totius Italiae Regis, foederisque Rhe-

Rhenani Protectoris ac Herculis Musagetae vero verius exponuntur, in gratiam auditorum provectiorum lubens explicabit.

Turcice etiam haec Vox Praeconis edita est eodem tempore iisdem typis, Quart. pagg. 10.

429. كتاب مجموع حوادث الحرب
الواقع بين الفرنسوية والنمساوية في اواخر
سنة 1805. المسيحية الموافق لها سنة
1220. لتاريخ الهجرة

h. e. „Series eventuum belli gesti inter Francos et Austros inclinante anno Christi 1805. qui respondet anno 1220. Hegirae." (ex Typographia Imperiali Parisina.) Quart. pagg. 306.

Praefatio nulla. Praemissa 1. oratione ad Senatum habita a d. 23. Sept. 1805. ab Imperatore ad bellum profecturo, et 2. Edicto ad copias Rhenum transgressas, sequuntur Relationes bellicae, Bulletins, I . . . XXXVII. succedit Pax compofita Presburgi. Certe non difficultatis nihil habere poterat negotium, genus dicendi Gallicum transferendi in Arabicum, in tanta utriusque discrepantia. Conversionis specimen exhibemus Pacis conditionem XIV.

Majestas regis Bavariae, et Majestas regis Würtemberg, et Elector Dominus regionum Bade, agent in terris, quae ipsis cedunt, quemadmodum agunt in suis, quas jam tenent, ditionibus, et habebunt in illis imperium pervadens et quae ex hoc consequuntur jura Sultanica, utpote quae sua fide illis sancivit August. Caesar Franciae Rex Italiae, et possidebunt eas eadem ratione, qua Majestas Sultanus Alemanniae et Austriae, et

Majeſtas Rex Boruſſiae poſſident ſuas ditiones et provincias in Alemania: et Majeſtas Sultanus Alemaniae et Auſtriae, quatenus eſt caput Imperii Germanici totius, et vero etiam unus ex regibus, ſultanis, et principibus illis quibus conſtat hoc imperium, in ſe recipit non prohibere quidquam eorum, quae egerunt Reges dicti in terris, ipſis per hosce pacis articulus ipſis conceſſis, vel agent poſthac.

Turcica verſio eſt ejusdem formae, et pagg. 275. Atque haec quidem ulterius progreſſa tomo altero pagg. 259. usque ad Pacem Tilſitenſem.

430. Opusculum Logicum, typis expreſſum Scudari, 1806. Quart. pagg. 1–83. et 1–74.

Inſcriptio nulla, nec praefatio habet quod vel libri nomen prodat vel auctoris. In tractatione ipſa liber paſſim audit البرهان, „Demonſtratio." Abſolvitur prolegomenis et partibus quinque, ſed totus contextus ita continenter inde a prima voce usquo ad extremam deſcriptus, ut perluſtranti haud quicquam ſe offerat intervalli ſeu diſtinctionis. Incipit autem prima pars p. 7. ſecunda p. 17. tertia p. 20. quarta p. 45. quinta p. 76.

Voluminis pars altera, p. 1–74. inſcriptionem habet hanc, حاشية البرهان, „Gloſſa demonſtrationis." Nimirum quae in margine textus vix ſpatium habiturae erant notationes, nunc omnes continua ſerie exhibentur, ſingulis addito numero paginae, quo unaquaeque reſpicit. In textu unaquaeque vox, quae comitem habet gloſſam ſeu notationem, poſita eſt etiam in margine. Extremo voluminis loco haec exſtant,

تم

تـم طبع هذه الرسالة المسمي بالبرهان مـع
الحاشية مـن خـط المصنف المرحوم اسمعيل
افندي الشهير بكلنبوي في دار الطباعة العامرة
للدولة العلية العثمانية بمعرفة الفقير الي آلاء
ربه القدير عبد الرحمن المدرس وذلك في
عام احدي وعشرين بعد المأتين والف في شهر
ذي الحجة الشريفة

„Absoluta est impressio hujus tractatus desiderati dicti al Borhân cum Glossa ex manuscripto auctoris pie defuncti Ismael Efendi, vulgo dicti Clanbúrsi in officina typographica Summi Imperii Othmanici solertia Abd er Rhaman, Moderris, et quidem anno 1220. (coepit 1805. Mart. 30.) mense Dsul Hedschah" (mense XII.).

431. Ancient Alphabets and Hieroglyphic Characters explained; with an Account of the Egyptian priests, their classes, initiation, and sacrifices, in the Arabic language, by Ahmad Bin Abubekr Bin Wahshih; and in English by Joseph Hammer, Secretary to the imperial legation at Constantinopel. London, 1806. 4. min. Praefat. pagg. xxi. Textus arabici pagg. 136. Versionis pagg. 54.

De hoc opusculo permagna expectatio mota etiam in Intelligenzblatt zur Jenaischen Allgem. Lit. Zeitung, Num. 96. 23. Jun. 1802. Sed praeclarae illi expectationi minus id respondere, intelligas ex Magasin Encyclopedique, mense Novembr. 1810. ubi p. 145 sqq. de libro more suo, id est perhumaniter ac diligenter retulit ill. Silvestre de Sacy.

Aucta-

Auctarium de typis arabicis

I. SAVARYanis.

Typi arabici, quorum nunc usus frequens est in typographia Imperiali Parisina, ex quo in Bibliis polyglottis Parisiensibus admirationem moverunt et voluptatem omnium, penitus 'ex usu et memoria hominum se subduxerunt; donec illos in notitiam et lucem reducendi opportunitatem nactus est J. De Guignes. Edidit „Essai historique sur l'origine des Caractères Orientaux de l'Imprimerie Royale“ caet. in Notices et Extraits des MS. de la bibliothèque du Roi, Tom. I. Paris, 1787. 4. Opusculi, rem novam gratamque nuntiantis et grate accepti, cujus etiam separatim edita exempla non desunt, partem, eamque priorem pag. IX–XXXIII germanice versam vulgavit Eichhorn, Allgem. Bibliothek. Bd. 2. St. 3. 1789. Quae certa et explorata retulit De Guignes, praeter alia sunt haec, 1) quod quorum nunc usus viget typi sunt iidem qui conspiciuntur in Bibliis polyglottis Parisiensibus, 2) quod est Franciscus de Savary Dominus de Breves, qui illos privatis suis sumtibus exsculpi, fundi, ad usum paratos reddi curavit.

Sed quo loco, quo tempore res perfecta sit, non videtur assecutus esse celeb. De Guignes. Usus ipse est libro, quo et nos utimur, inscripto „Relation des Voyages de Monsieur de Breves: tant en Grece, Terresaincte et Aegypte, qu'aux Royaumes de Tunis et Arger, Ensemble, un Traité faict l'an 1604. entre le Roy Henry le Grand, et l'Empereur des Turcs, et trois Discours dudit Sieur, le tout recveilly par le S. D. C.“ Paris, 1628. 4. quo anno superstes non erat de Breves, mortuus anno 1627. Nullam

qui-

quidem typorum arabicorum mentionem habet hic liber, ſed ſuppeditat tamen nonnulla de rebus viri vitaque publica. Anno 1605. a legatione Conſtantinopolitana, cui annorum 22 ſpatio praefuit, revocatus discessit a. d 15. Maji Conſtantinopoli, et peracto itinere, de quo agit haec Relatio, Maſſiliam pervenit a. d. 19. Nov. 1606. Romae erat apud Pontificem legatus regis chriſtianiſſimi ab anno 1608. ad anni 1614. exitum. Anno 1615. factus eſt gubernator fratris Regis, Ducis Andegavenſis, duc d'Anjou, ſeptem tum annos nati: ſed anno 1618. 25. Maji remotus ab hoc munere, quod puer princeps parum proficeret, forte nulla gubernatoris culpa, privatam vitam duxit usque ad obitum 1627.

Igitur De Guignes arbitratus, typos fabrefactos eſſe Conſtantinopoli. Verba ejus pag. xix. haec: J'avois cru d'abord que M. de Breves s'etoit servi pour graver ses poinçons, d'un nomme le Bé, celébre graveur, ce que j'inferois d'une lettre d'Erpenius à Jsaac Casaubon, dans laquelle le premier dit, en luy envoyant son petit recueil de proverbes Arabes, imprimés „Typis Raphelengianis, non Lebeanis ut futurum putabas." Cette lettre eſt datée du mois de mars 1614: le Bé avoit don été occupé aux poinçons de M. de Breves; mais dans l'histoire du procès de Vitré qui vivoit peu de temps après, et qui a eu tous ces poinçons entre les mains, il est dit que M. de Breves „les avoit fait faire" dans le Levant. Peut-être le Bé y en ajouta-t-il quelques-uns, quoi qu'il en soit, je n'ai pas trouvé de mémoires qui me mettent en état de résoudre cette difficulté. Ce qui cependant pourroit fuire croire qu'ils ont été faits dans le Levant, c'est que M. de Breves ne revint de son ambassade de Constantinople, où il etoit resté vingt-deux ans, que vers l'an 1611. Il ne demeura que quinze mois en France, et partit ensuite pour Rome,

Rome, où dès l'an 1613. il fit imprimeur le catéchisme du cardinal Bellarmin en Arabe. Auroit-il eu le temps en quinze mois de faire graver à Paris un si prodigieux nombre de poinçons? Et haec quidem De Guignes.

Nobis aliter videtur. Quod perhibuit Antonius Vitré, typographus, nonnisi opinionis est, qua sibimet ipse rem ita esse persuasit; ipse nunquam ad consilium vel operam adhibitus a Domino de Breves, hoc demum mortuo typos in curam recepit suam; haud igitur quidpiam habere potest auctoritatis. Nec plus valet illud, quod dictum est in Mémoire historique sur la Bibliotheque du Roy, in Catalogue des livres imprimés . . . Premiere Partie, à Paris, 1739. fol. p. XXII non p. XXVII. ut est apud De Guignes pag. XLVI. in nota – „des Caractères, que M. de Breves avoit fait faire au Levant;" repetitum enim esse videtur ex fide typographi, Vitré. Mirum sane videri possit, Constantinopoli praesto fuisse artifices non dexterrimos tantum, sed et sagacissimos, intelligentissimosque rei typographicae, quales fuisse qui hos characteres excogitarent et agnovit ipse De Guignes, et nemo non agnoscere poterit, qui cognita habet quae ab ipso dicta sunt p. LXIX sq. Mirum quoque hoc, si typos plane paratos secum tulerit de Breves in patriam redux anno 1606. non fuisse qui rei notitiam aliquam nacti essent, ne Casaubonum quidem, qui tum Parisiis, neque solus, desideraret circumspiceretque copiam arabica typis edendi. Sed instat De Guignes, quindecim mensium vacationem Parisinam non potuisse sufficere parandae typorum tantae multitudini Ita sane videtur. Immo vero, si demum versus annum 1611. in Galliam redux factus de Breves, exactis mensibus quindecim profectus fuerit Romam, etiam Romae nonnisi breviusculum temporis spatium suppetebat, cum protinus anno 1613. editus sit

sit liber, inscriptus Doctrina Christiana, cum Dedicatione scripta „Pridie Nonas Majas, anno Domini MDCXIII.“ Et illud quidem certum est, vacationem in Gallica non fuisse nisi 15 mensium. Sed in eo lapsus est De Guignes, quod versus annum 1611. reducem factum Constantinopoli in Galliam Legatum perhibet. Anno 1606. pervenit Massiliam, ut superius dictum a nobis est. Recitamus ipsius verba, ex Discours veritable fait par Monsieur de Breves du Procedé tenu lors qu'il remit entre les mains du Roy, la personne de Monseigneur le Duc d'Anjou, frere unique de sa Majesté, p. 24. „Douze ou quinze mois apres mon retour (de Constantinople), sa Majesté me commenda de l'aller aussi servir d'Ambassadeur ordinaire „„à Rome, où j'ay demeuré depuis l'année 1608. jusques à la fin de l'année 1614.““ et me suis aussi heureusement acquitté de ce second employ, que j'avois fait du premier.“

Romae et tempus suppetebat, nec deerant artifices. Liber inscriptus, Antiquitates Ecclesiae Orientalis, rel. Londini, 1682. 8. deinceps, postquam recusus esset Lipsiae 1683. alia fronte distinctus, hac: R. P. Ameloti Congregationis Oratorii Presbyteri monumenta epistolica variorum doctorum virorum, qui scripserunt de antiquitatibus ecclesiae orientalis. Lugd. Bat. 1699. hic inquam liber p. 160 sqq. refert Epistolam Petri a Valle, Roma 12. Kal. Apr. 1630. ad Joh. Morinum scribentis, „Volvebam animo operam dare, ut characteres isti Samaritani efformarentur, occasione cujusdam Germani, hujus artis peritissimi, qui modo Romae commoratur, nec procul aberam ab impressione libri omni conatu aggredienda, quandoquidem alius adest nobis ad haec aptissimus vir, Stephanus Paulinus, alumnus olim eruditissimi viri Joannis Baptistae Raimundi, qui orientales litteras, et praesertim Arabicas, in Europa semidemortuas, susci-

fuscitavit, illasque facillime atque elegantissime imprimendi modum primus adinvenit, sed ab his omnibus ea me detinuit cogitatio, quod Pentateuchum Samaritanum absque versione typis mandare infructuosum putavi." Stephanum Paulinum „exoticorum characterum caelatorem eximium" fuisse, refert Jo. Christoph. Amadutius, praeses typographiae S. Congreg. de Propag. Fide in praefatione ad Catalogum ac editum Romae 1773. Vero igitur simillimum, Romae demum consilium captum esse de instruenda arabica typographia, ibi quod praeter artifices praesto etiam essent periti linguae, apti edendis arabicis. Sed rem plane conficit Dedicatio, qua Pontifici oblata Doctrina Christiana ab editoribus, quae ita comparata, ut dubitationem non relinquat in legentibus. Infrequentiora cum sint exempla libri, non abs re erit recitare hic ex illa ad Pontificem Epistola locum. Facto dicendi initio de misera conditione christianorum orientalium, cognita a de Breves in itinere, sequuntur haec: – „nunc ad sanandos, penitusque tollendos animorum paulo graviores morbos, Chalcographeium Arabicum, non religioso minus, ac pio, quam liberali invento, sibi instituendum putavit, quo quam fieri potuerit plurima, maximeque accommodata de Christianis placitis, et praeceptionibus literarum monumenta, vel e Latino fonte derivata, vel ex ipso Arabico deprompta sermone, suis ab erroribus, vitiisque purgata cuderentur. Quod – tanti viri institutum, Sanctitas Tua – edito ea de re, non ita pridem luculento diplomate confirmavit. Ergo ille, ut ad opus tam insigne strenue aggrederetur, cum impensis propriis elegantissimos Arabici idiomatis typos, et characteres fieri curasset, nobis Catechismi Romani ex Illustriss. Card. Bellarmini Italica editione, Arabicam interpretationem pro sua in nos auctoritate demandavit." – Quis sit qui non intelligat, consilium

de

de edendis arabicis libris in itinere demum ortum, Romae perfectum fuisse?

Doctrinae Christianae seu Catechismi editionem proximo anno excepit editio Psalmorum, non vere repetita anno 1619. sed nova tantum fronte distincta. Revocatus anno 1615. Roma Lutetiam de Breves comitem sibi junxit Gabrielem Sionitam, nec non Steph. Paulinum typographum, et mox suo jure usus vulgari curavit opusculum suo ipsius magis nomini honorificum quam christianis orientalibus proficuum, hoc: „Articles du traité faict en l'annee mil six cens quatre, entre Henri le Grand Roy de France, et de Navarre, et Sultan Amat Empereur des Turcs; par l'entremise de Messire François Savary, Seigneur de Breves, Conseiller du Roy en ses Conseil d'Etat et Privé, lors Ambassadeur pour sa Majesté à la Porte du dit Empereur, a Paris, de l'imprimerie des langues Orientales, Arabique, Turquesque, Persique, etc. par Estienne Paulin, rue des Carmes, College de Lombards. MDCXV.“ In quo cum linguae arabicae, turcicae, persicae, quae poterant omnes iisdem typis exprimi, mentio facta, nulla Syriacae, credibile sane est, Syriacorum typorum copiam nondum fuisse. — Caetera persequi nostrum non est, nobis sufficit quod constet, Romae ortum habuisse praeclaros Savaryanos typos arabicos. Dignum vero memoria etiam illud, quod tradidit Eusebius Renaudot in Praefatione (folio signato i) ad Liturgiarum Orientalium Collectionem, Paris. 1716. 4. illustrissimum Jo. Bapt. Colbert, quod vellet Liturgias Orientales sua quamque lingua edi, parari typos Syriacos, Arabicos et alios jussisse duobus circiter antequam letaliter decumberet mensibus: sed summi viri interitu concidisse operis perficiendi spem, et consilium editionis Liturgiarum orientalium, suis linguis, fuisse abjiciendum. At praesto erant ad Colberti nutum typi dudum parati: modo

non

non erat notitiam eorum qui haberet. Ipse Renaudot, dicti operis Tom. I. p. 491. haec scripsit:. „Officium Coptico-Arabicum suis linguis dedissemus, nisi characteres defecissent, quorum ut aliorum omnium Orientalium periit omnis apud nos memoria; cum tamen eorum, quorum in editione Bibliorum Polyglott. Parisiensium usus fuit, summa prae caeteris fuerit elegantia, nam ad typos insignis Typographiae Mediceae formati fuerant." Non potest sane non mirum videri, cum anno adhuc 1679. Parisiis editum fuisset opusculum typis arabicis Savarianis (num. 335.) potuisse tam brevi temporis spatio hujusmodi typorum memoriam penitus intercidisse. Mortuus est Colbert anno 1683.

II. LEBÉANIS.

Lebéanos typos, quorum Erpenius mentionem injecit, incautius olim, Biblioth. Arab. II. p. 27. pronuntiavimus eosdem cum typis Francisci Savari de Breves, inducti auctoritate magni nominis viri, De Guignes. Sed postmodum perusi Epistolis Isaaci Casauboni, editis Amstelodami 1709. fol. cognovimus alia, quae et certa sunt et paucis cognita. Recitabimus quae hac de re dicta deprehendimus.

Jos. Scaligero Casaubonus Lutet. Paris. a. d. V. Eid. Jan. 1603. „Mitto etiam exemplum Psalmi, Arabice hic editi, ipsius Typographi *δωρίδιον*: ab eo enim accepi, ut deferendum tibi curarem. Plane hic *θαυμάσιος* homo est, qui *δημιουργὸς ὢν τὸ ἐπιτήδευμα* prorsusque litterarum expers, tanto exarsit tamen Musarum Arabicarum amore, ut curas omnes ei studio videatur postponere. Itaque tantum profecit, ut suapte industria characteres hosce ipse inciderit, et quam-

quamdam etiam Grammaticen fibi collegerit." p. 172. Refpondit Cafaubono Scaliger Lugduni Bat. III. Non. Februar. Juliani 1603. „Accepi quas ad me a. d. V. Eid. Januar dedifti, cum fpecimine Arabici characteris: quem ego valde laudo, proboque eo magis, quod „„ad exemplum Romanorum typorum expreffus fit."" Patrem artificis familiariter olim novi; fi quid ifthic in illa lingua vel tantillum illis elegantibus typis ederetur, non dubito, quin ad novam mercem multi accederent, et amor Arabismi Gallorum noftrorum animis inceffteret, ut ipfi magis ftudiofi novarum rerum funt, quam retinentes veterum. Sed tamen unus et alter quaterniones in ea lingua multis falivam moveret." Vid. Jof. Scaligeri Epiftolae Lugd. Bat. 1627. 8. p. 229.

Miffo proximo loco, quo p. 214. Scaligero Cafaubonus XIV. Kal. Aug. 1604. iterum fcripfit de illo, qui characteres fculpfit arabicos, nomine haud dicto, aliunde locum proponimus, quo nomen hominis utcunque traditur. In Petri Burmanni Sylloge Epiftolarum a viris illuftribus fcriptarum, Tom. II. p. 253. Jofepho Scaligero P. Labbaeus Lutet. Parif. 3. Kal. Maji 1604. fcripfit: „Non injucundum forte erit, fi defiderium Domini Bes (sic), mercatoris papyropolae tibi aperuero, cujus parentes, ni fallor, notiffimi tibi fuere: is etenim nonnifi 35 annum attigiffe videtur, qui Arabicae linguae amantiffimus, ante aliquot annos caracteres Arabicos perlepidos fabricari curavit, quorum fpecimen ad te mitto; ac inter loquendum cum intelligeret a nobis te grammaticam Arabicam habere paratam, cum infigni illo dictionario, coepit expoftulare, ut fuo nomine rogaremus te, grammaticam prima occafione ad nos mittere, feque adeo eleganter excufurum eam, ut cogaris, velis nolis, illius laudare accuratiffimam operam ac diligentiam." Refcripfit Labbaeo Scaliger, Lugd. Bat. 1604. Kal. Maji

Maji Juliani, loc. cit. p. 643. „Papyropolae abunde fcribo. Vtinam tam poffem juvare, quam aut ego cupio, aut ille de republica eft meritus Occupationes meae non finunt me hanc illi operam dare.“ rel.

Sed primarius locus confpiciendus. Edidit Cafaubonus „Jof. Jufti Scaligeri, Julii Caefaris à Burden filii Opuscula varia antehac non edita“ caet. Parif. 1610. 4. cum ampla fua praefatione ad Jac Aug. Thuanum, quae locum quoque habet in Volumine Epiftolarum Cafauboni, pag. 107-118. In hac praefatione Cafaubonus, commemorans Proverbia Arabica, a Scaligero latine verfa, haec p. 116. fcripfit: „Quodfi Deus immortalis coeptis faverit, fpondemus brevi illum libellum unacum verfione et notis Arabicè a Guilielmo Lebeo, cive Parifienfi, editum iri; qui characteres Arabicos, atque etiam Hebraicos omnium elegantiffimos (quod haec etiam editio oftendit) arte induftriaque fua, ac propriis fumptibus fculpfit; et laudabili cumprimis incepto, patriae atque Academiae huic decus non poenitendum, quo prius carebat, conciliavit.“

Et fane Guilielmus Lebé haud alienus erat ab edendis Thom. Erpenii primitiis arabicis. Cafaubono Erpenius Salmuris Kal. Apr. 1610. „Dabo operam, ut antequam hinc difcedam, totius Grammaticae compendiofum aliquod σύστημα, praecepta maxime neceffaria breviter et methodice comprehendens, conficiam; quod fi luce judicaveris dignum, dabimus id „Lebaeo, qui id a me petiit imprimendum,“ unacum libro Proverbiorum et fcholiis grammaticis in eundem,“ p. 345. Et porro, p. 346. „Velim autem, cum Lebaeum videris, nifi moleftum eft, ex eo quaeras, quando putet fe impreffionem poffe inchoare. Optarem ego, id fieri poffe mox poft adventum meum (Salmurio Lutetiam) id eft, ad initium Augufti: citius

tius nolim" caet. – Idem Casaubono, postridie Kal. Jul. 1610. „Impressionem eorum (Proverbiorum) quod attinet, necesse est ut videas, utrum futurum sit commodius, separatim ne imprimantur, an cum Grammatica mea Arabica. – Quaeso, mi Casaubone, delibera de hac re, et confer cum **Lebaeo**, ut et ipse dicat, quid malit: nam si Proverbia jungantur Grammaticae, opus futurum est magnum „ob magnitudinem characterum Lebaeanorum": sola Grammatica futura est ad minimum viginti et quatuor, aut viginti et quinque chartarum. Deinde si separatim imprimenda sint" rel. p. 355.

Sed res non habuit eventum. Casaubonus in Angliam migravit eodem anno 1610. Scripsit Londin. IV. Non. Mart. 1611. ad Erpenium Lutetiae versantem haec: „Dolet mihi ex animo, non posse te isthic, quae habes parata, edere. Dixeram tibi, nòn placere mihi illius fatui ingenium, quem aïs nos censere Haereticos: *μωρȣ̃ φωτὸς ἅδε βȣλά.* Valeat, et res suas sibi habeat, mihi posthac cum homine tam infrunito nihil unquam rei erit" p. 375. Raphelengium nunc requisivit Erpenius. Casaubono Lutet. Paris. X. Kal. Nov. 1611. haec scripsit: Raphelengius Leydae patris sui Dictionarium Arabicum excudit: quod sic satis bonum et copiosum futurum est, sed parum elegantibus typis. – Fortassis absoluto Dictionario non invite opusculum nostrum Proverbiorum, et Grammaticam meam Arabicam excudet. Nisi grave est, poteris id ei per amicos Leydenses significare: nam a me id non ita convenienter fiat" p. 662.

Novissimam de **Lebéo** mentionem factam a Casaubono deprehendimus in ipsius litteris ad Stephanum Hubertum, Lond 22. Sept. 1612. „Miror, queri te de inopia characterum arabicorum; nam **Lebbaeus**, obsecro, in quem usum suos curavit?

An

An ille non cogitat, τὸν βίον εἶναι βραχὺν, τὴν τέχνην μακρὰν? Quando igitur fruetur gloria, quam meretur ob nobile inceptum? Sin velit vendere, Episcopus Eliensis (Lancelot Andrews) lubens emet in gratiam Bedwelli. Sed maneat in Gallia decus illud. Optarem existere vobis aliquem Maecenatem, qui pensum a vobis exigeret, ut et tu et Lebbaeus cogeremini opes vestras in publicum conferre" pag. 485. Erat Steph. Hubertus medicus regis et ling. arab. prof. Lutetiae, eumque ducem in arabicis litteris se habuisse professus est Casaubonus in litteris ad Scaligerum a. d. VI. Eid. Dec. 1601. pag. 132. vid. Gallia Orientalis Pauli Colomesii, Hagae-Comitis. 1665. p. 147.

Lebéani igitur typi quales fuerint, non solum illud specimen Psalmi unius, sicubi, forte agglutinatum libro, repertum fuerit, demonstrabit, sed demonstrat dudum editio opusculorum Scaligeri Casauboniana, Paris. 1610. 4. Exhibet haec inter Epistolas XLIII. ad Diversos p. 351 sqq. duas Scaligeri ad Steph. Ubertum, repetitas in editione Epistolarum Lugdunensi p. 692 sqq. sane lectu dignissimas, quibus non modo litterae singulae, sed et voces et sententiae insunt arabicae. Nec periere illi typi, sed sunt etiamnum superstites.

Observavit De Guignes, p. x. Le sieur Lambert, imprimeur, est le seul et le premier, qui, dans l'edition qu'il a donnée du Voyage de Niebuhr, en 1779. ait fait imprimeur de longs passages en caractères arabes. - Typi autem, quibus usus est Lambert, non sunt diversi a typis, quibus Lebé usus est in editione Opusculorum Scaligeri. Iidem sunt qui conspiciuntur duobus in locis libri, inscripti Instituts politiques et militaires de Tamerlan - par L. Langlès, à Paris, 1787. 8. nec non, passim, in alio, inscripto: Mémoires relatifs à l'état de l'Inde, par M. Hastings

Hastings, trad. de l'Anglois – – augmentée des Ambassades reciproques d'un Roi des Indes, de la Perse etc. et d'un Empereur de la Chine, traduites du Persan, avec des notes, etc. par L. Langlès, à Londres et se vend à Paris. 1788. 8. Imo vero in splendido opere, Oratio Dominica CL linguis versa – edente J. J. Marcel. Parisiis, typis Imperialibus. 1805. 4. typi, quibus p. 120. „Oratio Dominica Arabice, stylo in Barbaria vulgari" expressa est, sunt – typi Lebéani. Scaligerum novimus characterem eo magis probasse, quod sit ad exemplum Romanorum (Mediceorum) typorum expressus. Erpenius magnitudinem characterum Lebaeanorum professus est. Utrumque illos intuentibus conspicuum.

Unum lubet addere. Exstat liber, Linguae hebraicae institutiones absolutissimae, Joh. Quinquarboreo hebr. litt. in Acad. Parif. Prof. Regio authore, cum annotationibus Petri Vignalii Hebr. et Syro-Chald. litt. in eadem acad prof. Reg. caet. *Lutetiae ex officina et typis Guilielmi Lebé.* 1609. 4. Prologum Guil. Lebé suo nomine scripsit, in quo post alia „Characterum, inquit, hebraicorum et arabicorum copiam Galliae nostrae labore meo restitui: idque omne, quantum quantum est, in communem patriae et hominum utilitatem libens conferre volui . . . Quodsi hic labor noster non ingratus fuerit . . . ad alia majora opera hebraice et arabice excudenda, opera nostra excitabitur. Lutetiae Parif. e typographia nostra. Kal. Octob. anno 1609." Editor autem Petrus Vignal his verbis usus: „Hanc doctissimi Quinquarborei Grammaticam, cum nostris annotationibus, et vocum hebraicarum quae in ea reperiuntur latina interpretatione, septimum in linguae sanctae studiosorum gratiam, labore et diligentia *Gul. Lebé Parisini typographi, litterarum orientalium studiosissimi,* excudendam curavimus." Hebrai-

Hebraici hujus editionis typi videntur illi ipsi esse, quibus deinceps usus est Vitré in excudendis Bibliis Polyglottis.

Exstat praeterea, Libellus Ruth cum Scholiis Masorae ad marginem, item in eundem succincta expositio rabbinica, cujus in msto exemplari auctor profertur R. D. Kimchi, per Petr. Vignalium, Litt. Hebr. Prof. Reg. postremo recognita. Lutetiae. ex officina et typis Gul. Lebé. 1609. 4. pagg. 14.

Adden-

Addenda.

Pag. 91.

130.[b] Elementarbuch fur die Arabische Sprache und Litteratur, die Sprache im doppelten Gesichtspunkt, als Sprache der Schrift und Sprache des Lebens betrachtet. Zunächst zum Behuf akademischer Vorlesungen, von S. F. G. WAHL, Doktor der Philosophie – Halle, 1789. 8. pagg. 234.

Vid. de hoc libro Eichhorns Allgemeine Bibliothek, Bd. VIII. St. 4. pag. 712.

Pag. 397.

Perfectam esse haud ita pridem in Anglia hanc Bibliorum editionem arabicam, certissimum est. Certum quoque hoc, in India Orientali, quae Anglis subest, parari a nonnemine, cui vernaculus est sermo arabicus, novam Scripturae Sacrae arabicam versionem, et ipsam typis describendam et vulgandam. Rem omnem diligentius exponere non est penes nos in ea, quae nunc locum habet, temporis ratione.

Pag. 117.

Vid. Notice historique sur Abul-féda et ses ouvrages; par A. Jourdain. Cahier XLI des Annales des Voyages, publiées par Malte-Brun.

Pag. 155.

Vulgatum est opus, sic inscriptum: Relation de l'Egypte, par Abd-Allatif, Médecin arabe de Bagdad; suivie de divers Extraits d'écrivains Orientaux, et d'un État des provinces et des villages de l'Égypte dans le XIV[e]. Siecle: le tout traduit et enrichi de

notes historiques et critiques, par M. Silvestre de Sacy – à Paris, 1810. 4. pagg. xxiv. 752.

Vid. Götting. gel. Anzeigen, 1810. St. 206.

Pag. 155.

177.[b] Abdollatiphi Bagdadensis vita, auctore Ibn Abi Osaiba. E codicibus mss. Bodlejanis descripsit, et latine vertit Johannes Mousley A. M. Collegii Balliolensis Socius. Oxonii e typographeo Clarendoniano, 1808. 4. pagg. vii. 78.

Vid. Fundgruben des Orients, Bd. I. Heft III. pag. 275 Vitam hanc ex Historia Medicorum auctore Ibn Abu Osaiba arabice etiam edidit Silvestre de Sacy, p. 534 sqq.

Pag. 182.

Quae dicto loco exstat germanice versa sententia Archiepiscopi Halebensis, eadem denuo edita est in Fundgruben des Orients, Bd. I. Heft III. pag. 236 sq. italico sermone, additis locis permultis ad probandum, codicem Martinianum vere tradere historiolas Mohammedis prophetae.

Pag. 225.

Haririi Confessus octavus cum sit editus arabice, cum versione gallica, in Fundgruben des Orients, Heft I. pag. 20 sqq. ill. de Sacy, referens de hoc opere in Magasin Encyclop. mens. Januar. 1811. haec publice professus est, p. 212.

„Nous profitons de cette occasion, pour annoncer le projet que nous avons formé de donner une édition complète du texte de ce célèbre ouvrage de Hariri, avec des gloses arabes. Notre intention est de nous en occuper incessament.“

Pag.

Pag. 259.

Ad ea, quae dicta sunt de voce خوري, conf. Défense de la Perpetuité de la Foy . . . (par Renaudot.) Paris, 1709. 8. pag. 403. et Perpetuité de la Foy, Tome V. Paris. 1713. 4. pag. 381.

Pag. 383.

كتاب الزبور الشريف المنطوق به من الروح
القدس علي فم النبي والملك داود (sic)
وعدته ماية وخمسون مزموراً ، ويتلوه عشرة
تسابيح ، والان قد طبع حديثا بمحروسة
بوكريش . المحمية في سنة الف وسبعماية وسبعة
واربعون مسيحية

Liber Psalmorum Davidis CL unacum 10 *Canticis. Prima editio facta in urbe Buccuresch, anno Christi* MDCCXLVII. Quart. min.

Praefationem scripsit

سيلبسترس برحمة الله تعالي البطريرك
الانطاكي وساير المشرق

Silvester misericordia Dei summi Patriarcha Antiochiae omnisque Orientis.

Ejus haec sunt:

. . . . انرت حينيذ لما دخلت بلاد البغضان
والولاه ان افتح بابًا يبلغ اولاد المسيحيين الي
هذا الغرض اللازم والقصد الواجب ، فابتدينا
بتوقيع

بتوقيع المطبعه وقد تسهل علينا ذلك بنعمة
ربنا ، وابتدينا في طبع كتب مقدسه ثم
طبعنا هذا المزامير المقدس وهو السلم
المتوسط تصعد به المومنين الي معرفه تسبيح
الله وتعظيمه في الكنايس رغبة في تعليم
اولاد المسيحيين وهو من عظم محبتنا فيهم
ولكي يتحصل بثمن قليل للفقير والمسكين
ويشتري ذلك بثمن وجيز ولا يعدم اولادهم
القراة المقدسه وبعده نطبع غير كتب وذلك
بمحروسة بوكريش تحت امرية بلاد الولاه
المحفوظه من الله في ولاية ولدنا الروحي
الحبيب المحب لله كيريو كير قسطنطين
الكلي الحكمه ابن نيقولا بك المطوب الذكر
اسال الله الاهنا ان يحفظه ويويده بملايكته
القديسين ويويد نعمته عليه ويثبت قواعد
كرسيه ونسله بعده الي انقضا الدهر ، بشفاعه
سيدتنا البتول ومار بطرس صاحب السده
الرسوليه الانطاكيه ، وجميع القديسين امين ،

ولله القادر علي كل شي المجد والسجود
الي ابد الدهور كلها امين

سنة مسيحية ١٧٤٧

Cum

Cum venissem Moldaviam et Walachiam, alias بغدان et افلاق, *cogitavi de eo, ut patefacerem januam, qua perveniret juventus christiana ad necessarium illud propositum,* ad cognitionem Sacrae Scripturae. *Tunc initium factum decernenda typographia,* de usu vocis توقيع vid. Reiske, Abulfedae Annal. Tom. II. pag. 164. *quod facili negotio peractum est Deo favente. Coepimusque excudere libros sacros,* putem ecclesiasticos, rituales. *Tunc excudimus hoc Psalterium Sanctum, quod est scala conveniens, qua ascendere possint fideles ad scientiam laudandi Dei et celebrandi in templis; ducti hac in re desiderio instituendae juventutis christianae, quam amore complectimur.* Spectavimus vero etiam hoc, *ut liber modico aere comparari possit etiam a vilibus pauperibusque, ne carendum sit illorum natis lectione sacra. Et abhinc alios quoque libros excudemus, et quidem in urbe bene salva Bucuresch, primaria principatus Walachiae, cui Deus bene velit! in ditione filii nostri spiritualis dilecti, Deo grati, Domini Dom. Constantini, sapientissimi, filii Nicolai Beg beatae memoriae. Quem rogo ut Deus servet et adjuvet per sanctos suos angelos, et perenni sua gratia foveat, ut stabiliat fundamenta throni ejus et prosapiae illius, ad extremum usque tempus, intercessione beatae virginis Mariae, et D. Petri, primi Patriarchae Antiochiae,* (de voce السدة vid. Reiske in Annotationibus ad Abulfedae Annal.

Annal. Tom. III. p. 692.) *omniumque Sanctorum. Amen.*

Deus omnipotens laudandus et adorandus in omnia saecula. Amen.

Anno Christi 1747.

Poſtremo libri loco haec ſignificantur: Qui typos compoſuit, curavitque ut omnia emendate deſcriberentur, erat Georgius ex urbe Haleb, ſocius operis erat monachus Michael, ex urbe Tripoli. من طرابلس بلاد الكورة Libri diſpoſitio eadem eſt, quae in editione monaſterii Mar-Hanna; eadem quoque verſio arabica, ſed negligentior in ſervandis dicendi ſcribendique praeceptis grammaticis; typi arabici neque eleganter formati nec ſcite compoſiti.

Tabula

Tabula, quâ librorum unusquisque relatus est ad annum, quo in lucem prodiit.

Annus.	num.	
1505.	37.	Arte para ligeramente saber la lingua araviga. Granada. 4.
1514.	235.	Horae canonicae. Fani.
1538. vel 39.	38.	Guil. Postelli Grammatica ar. Paris. 4.
1566.	237.	Fidei orthodoxae confessio. Romae in Collegio Societatis Jesu. 8.
sine an.	236.	Colloquium spirituale. iisdem typis. 8.
1582.	39.	Jac. Christmanni Alphab. ar. Neapoli Nemetum. 4.
1583.	317.	Epistola ad Galatas, ed. R. Spey. Heidelberg. 4.
1584.	238.	Liber VII. precationum. Romae, exc. Domin. Basa. 8.
1585.	189.	Hortus rerum mirabilium. Romae, exc. Dom. Basa. 8.
1591.	318.	Evangelia quatuor. Romae, typis Mediceis. fol.
1592.	40.	B. Radtmann introductio in ling. ar. Francof. ad Od. 4.
	41.	Alphabetum ar. Romae, typis Medic. 4.
	42.	Caphiah. ib. iisdem. 4.
	43.	Giarrumia. ib. iisdem. 4.
	187.	Edrisii Geographia. ib. iisdem. 4.
1593.	393.	Avicennae opera. ib. iisdem. fol.
1594.	401.	Euclydis Elementa. ib. iisdem. fol.
1595.	239.	Brevis orthodoxae fidei professio. ib. iisdem. 4.
	44.	Franc. Raphelengii Specimen. Leidae. 4.
1596.	240.	Liber ministerii diaconici. Romae.
	241.	Hebdomadarium, s. VII. horae canonicae. Romae.

Ll 1608.

Annus.	num.	
1608.	45.	Petr. Kirstenii specimen; ej. Grammaticae. Breslae. fol.
1609.	46.	Ejusd. Decas sacra. ib. 8.
	394.	Ej. liber II. Avicennae. ib. fol.
1610.	47.	Liber Tasriph. Romae, typis Mediceis. 4.
	319.	Psalmi syr. et arab. in monte Libano. fol.
1611.	320.	Epistola Judae, ed. Kirsten. Breslae. fol.
1612.	321.	Epistola ad Titum, ed. Jo. Antonides. Leidae. 4.
	322.	Epistolae Johannis, ed. Willh. Bedwell. Leidae. 4.
1613.	5.	Erpenii oratio de L. A. Leidae. 4.
	49.	Ejusd. Grammatica. ib. 4.
	48.	Fr. Raphelengii Lexicon. ib. 4.
	323.	Passio Jesu Christi. ib. 4.
	242.	Doctrina christiana Bellarmini. Romae, typis Savaryanis.
1614.	324.	Psalmi. Romae, typis Savary. 4.
	216.	Scaligeri et Erpenii Proverbia. Leidae. 4.
1615.	219.	Locmani fabulae. ib. 8. editio prima.
	325.	Epistola ad Romanos. ib. 4.
1616.	326.	Novum Test. ed. Erpenius. ib. 4.
	50.	Maronitarum, Sionitae et Hesronitae, Grammatica. Lutetiae. 4.
1617.	6.	Melch. Maderi Oratio. Augustae Vind. 4.
	51.	Ej. Grammatica. ib. 4.
	52.	Historia Josephi, ed. Erpenius. Leidae. 4.
	368.	eadem editio iterum numerata in classe Koranica.
	53.	Gjarumia, ed. Erpenius. Leidae. 4.
1618.	54.	Canones, ed. Idem. ib. 4.
1620.	55.	Erpenii Rudimenta. ib. 8.
	56.	Franc. Martelotti Institutt. Romae, St. Paulinus. 4.
1621.	7.	Erpenii orationes III. Leidae. 12.
1622.	327.	Pentatevchus, ed. Epenius. ib. 4.
	57.	Vict. Scialach introductio Romae, Steph. Paulinus. 8
1623.	217.	Proverbia arab. ed. Erpenius. Leidae. 8.
1624.	58.	Vict. Scialach Alphabetum. Romae.
	59.	Petri Metoscitae Institutt. Romae, Paulinus. 8.
1625.	8.	Viti Wolfrum Nox Cygnea. Lipsiae, 4.
	155.	Elmacinus, ed. Erpenius. Leidae, fol.
	156.	Elmacinus, ed. Erpenius. ib. 8.
	405.	Isagoge in Logicam. Romae, Paulinus. 4.

1627.

Annus.	num.	
1627.	243.	Dichiaratione della dottrina christ. Romae, P. F. 8.
1628.	60.	Erpenii rudimenta. Leidae, 8.
	244.	Dilucidatio speculi. Romae, P. F. 4.
1629.	196.	Proverbia Ali, ed. Jac. Golius. Leidae, 8.
1630.	328.	Epistolae Johannis, ed. Jon. Hambraeus. Paris. 12.
	390.	Testamentum Muhammedis. ib. 4.
	245.	Professio fidei. Romae, 4.
1631.	62.	Alphabetum. Romae, P. F. 4.
	63.	Agrumia, ed. Th. Obicinus. ib. P. F. 8.
1632.	64.	Ant. Giggeji Thesaurus. Mediolani, fol.
	65.	Jo. B. Duval Dictionarium. Paris. 4.
1633.	66.	Alphabetum. Romae, 12.
1635.	246.	Doctrina christiana. Paris. 8.
1636.	9.	J. Elichmanni literae scriptae arab. Jenae. 4.
	67.	Dom. Germani fabrica overo Dittionario. Romae, P. F. 4.
	166.	Arabsiadae Vita Timuri, ed. Golius. Leidae. 4.
	68.	Erpenii Grammatica. ib. 4.
	220.	Locmani fabulae. ib. 4.
1637.	247.	Ph. Guadagnoli Responsio. Romae. P. F. 4.
1638.	69.	Erpenii Rudimenta. Paris. 8.
	70.	Jo. Fabricii Specimen arab. Rostoch. 4.
	248.	Dominici Germani antitheses fidei. Romae. P. F. 4.
1639.	71.	Dom. Germani Fabrica L. A. Romae, P. F. fol.
	10.	Th. Gravii oratio. Oxonii. 4.
1640.	249.	Catechismus Card. de Richelieu. Paris. 4.
	409.	Tabula Cebetis, ed. J. Elichmann. Leid. 4.
1641.	406.	Synopsis Propositorum sapientiae Arabum. Paris. 4.
1642.	72.	Ph. Guadagnoli Institutt. Romae, P. F. fol.
	171.	Eutychii ecclesiae Alexandr. origines, ed. J. Seldenus. Londini. 4.
	250.	Dottrina christiana. Romae, P. F. 8.
	251.	Eadem, litteris Syriacis. ib. 8.
	329.	Li VII. Salmi penitentiali. ib. 8.
1643.	73.	C. Ravii de scribendo Lexico diss. Ultrajecti, 4.
1646.	74.	Th. Hackspann fides et leges Mohammed. Altdorf. 4.
	371.	C. Ravii prima XIII. partium Corani. Amstelod. 4.

Annus.	num.	
1648.	252.	Profeſſio fidei. Romae, 8.
1649.	75.	Eclecta arab. (J. E. Gerhardi) Witteberg. 4.
1650.	76.	(Ejusd.) σκιαγραφιά. ib. 4.
	77.	Andr. Sennert introductio. ib. 4.
	78.	Ant. ab Aquila inſtitutiones. Romae, P. F. 8.
	159.	Abulfedae Chorasmia — ed. Gravius. Londini, 4.
	168.	Ed. Pocockii Specimen hiſt. Arabum. Oxon. 4.
1652.	11.	J. H. Hottingeri Oratio. Tiguri.
1653.	79.	Jac. Golii Lexicon. Leidae. fol.
	253.	Baronii annalium eccleſ. epitome. Rom. P. F. 4.
1654.	80.	Matth Wasmuth Grammatica. Amſterd. 4.
	330.	Jacobi epiſtola, ed. Niſſelius et Petraeus. Leid. 4.
	331.	Johannis epiſtolae, ed. iidem. ib. 4.
	332.	Judae epiſtola, ed. iidem. ib. 4.
1655.	372.	Niſſelii hiſt. de Abrahamo. ib. 4.
	391.	Teſtamentum Muhammed. ed. Niſſelius. ib. 4.
	411.	Maimonidis Porta Moſis, ed. Edw. Pocock. Oxon. 4.
1656.	87.	Erpenii Grammatica, ed. Jac. Golius. Leidae. 4.
1657.	373.	B. Raith Sura I. Corani. Tubing. 4.
1658.	82.	Andr. Sennert Arabismus. Witteberg. 4.
	218.	Centuria proverbiorum, ed. Sennert. ib. 4.
	172.	Eutychii Annales, ed. Ed. Pocock. Oxon. 4.
1660.	254.	Grotius de veritate religionis chriſt. Oxon. 8.
1661.	173.	Eutychius vindicatus ab Abrah. Ecchellenſi. Romae. 4.
	197.	Tograi carmen, ed. Ed. Pocock. Oxon. 8.
1663.	170.	Abulpharagii Hiſtoria, ed. Ed. Pocock. ib. 4.
	255.	Th. a Kempis de imitatione J. C. Rom. P. F. 8.
1666.	387.	Muhammedanus precans, ed. Henning. Sleswig. 8.
1667.	12.	Edm. Caſtelli Oratio. Lond. 4.
	13.	J. Friſchmuth Programma. Jenae. 4.
1668.	333.	Li VII. Salme penitentiale, Romae. 8.
	256.	Dottrina chriſtiana. ib. 8.

Annus.	num.	
1669.	402.	Alfraganus, ed. Jac. Golius. Amſtelod. 4.
1671.	257.	Dottrina chriſtiana. Romae. 8.
	258.	Catechismus eccleſ. Anglicanae. 8.
	334.	Biblia arabica. Romae. P. F. fol.
	406.	Philoſophus avtodidactus, ed. E. Pocock. Oxon. 4.
1672.	407.	Synopſis propoſitorum. Jenae. 4.
1674.	259.	Liturgia eccleſiae Anglicanae. Oxon. 8.
1677.	260.	Birgilta. Romae, P. F. 12.
1678.	83.	Iſagoge in L. A. (Chr. Cellarii.) 4.
1679.	335.	Pſalmi poenitentiales. Pariſ. 8.
1681.	261.	Mich. Febure ſolutiones objectionum. Romae, P. F. 12.
1686.	84.	Chriſt. Cellarii Iſagoge. Cizae. 4.
1687.	85.	Agapiti a Valle Flemmarum Flores grammat. Patavii, 4.
1688.	262.	Compendio dello perfection chriſt. Padova. 8.
	374.	Specimen ex Alcorano, ed. M. F. Beck. Auguſtae Vind. 4.
1690.	263.	Zaphi Theatrum. Patavii. 8.
	392.	Muhammedis Teſtamentum. Hamburg. 4.
1692.	14.	Thomae Hyde Oratio.
	15.	J. D. Schieferdecker fructus L. A. Lipſiae. 4.
	264.	Horae diurnae et nocturnae. Romae, P. F. 12.
	375.	Danz Specimen editionis Korani. Jenae. 4.
1694.	1.	Olai Celſii hiſtoria L. A. Upſal. 8.
	265.	Compendium Concilii Chalcedon. Romae. fol.
	316.	Jacobi Epiſtola. Witteberg. 4.
	376.	Alcoranus, ed. Abr. Hinckelmann. Hamburg. 4.
1695.	86.	J. D. Schieferdecker Nucleus Inſtitutionum. Lipſiae. 8.
1697.	412.	Evang. Infantiae, ed. H. Sike. Trajecti. 8.
1698.	377.	Alcoranus, ed. Lud. Marracci. Patavii. fol.
1700.	337.	Geneſeos 4 prima capita. Francof. ad M. 4.
1701.	266.	Miſſale graeco arab. in Walachia. 4.
	378.	Tetrapla Alcoranica, ed. A. Acoluthus. Berlini. fol.
1703.	338.	Novum Teſt. Syr. et Arab. Romae. fol.
1705.	388.	H. Reland de religione Mohammed. Ultraj. 8.

1706.

Annus.	num.	
1706.	2.	C. B. Michaelis hiſtoria L. A. Halae, 4.
	16.	A. Schultens diſſ. de utilitate L. A. Groning. 4.
	339.	Pſalmi. Halebi. 4.
	340.	Evangelia quatuor. ib. fol.
	341.	Lectiones Evangelii per annum. ib. fol.
1707.	17.	J. A. Kromayer de uſu L. A. Lipſ. 4.
	87.	J. H. Happelii brevis inſtitutio. Francof. ad M. 4.
	199.	Tograi poëma, ed. M. Ancherſen. Trajecti 8.
	267.	Chryſoſtomi Homiliae. Halebi. fol.
1708.	268.	Liber Prophetiarum. Halebi.
1709.	415.	Enchiridion ſtudioſi, ed. Reland. Traj. 8.
1710.	272.	Ecclefiae Gr. cum Lat. concordia. Romae.
1711.	269.	Paracleticum. Halebi. fol.
	270.	Athanaſii Homiliae. ib. fol.
ſine ann.	271.	Reſálah de poenitentia et confeſſione.
1712.	160.	Abulfedae Chorasmia, in Geograph. min. Vol. III. Oxonii. 8.
1715.	88.	Alphabetum. Romae. P. F. 8.
1716.	273.	Miſſale pro Maronitis. Romae. P. F.
1717.	18.	Hager de uſu L. A. Vitemberg. 4.
	389.	H. Reland. de religione Mohammed. Trajecti. 8.
1718.	89.	J. G. Lackemacher Elementa. Helmſtad. 4.
	90.	H. G. Reime Clavis. Jenae. 8.
1719.	91.	Hager de Supplemento Lexici Goliani. Viteberg. 4.
1721.	379.	J. G. Lackemacher, Specimen Korani. Helmſtad.
	274.	Petra Scandali
1722.	413.	Wallin hiſtoria Joſephi. Lipſiae, 4.
1723.	157.	Abulfedae vita Mohammedis, ed. J. Gagnier. Oxon. fol.
1724.	92.	J. C. Wichmannshauſen Gymnaſium. Wittemberg. 4
	19.	J. C. Clodii Schediasma. Lipſiae. 4.
1725.	343.	Pſalmi. Londini. 8.
1727.	344.	Novum Teſt. Londini. 4.
1728.	275.	Compendium hiſt. ſacrae. Londini. 8.
	93.	Lexicon arabico-turcicum. Conſtantinopoli. fol.
1729.	95.	J. C. Clodii Theoria et praxis. Lipſiae. 4.
	20.	A. Schultens oratio, Franequerae. 4.

Annus.	num.	
1729.	96.	J. A. Callenberg rudimenta. Halae. 8.
	97.	Ej. Colloquia. ib. 8.
	276.	Ej. Catechismus minor Lutheri. ib. 12.
	414.	Ej. Epiſtola Jo. Archipresbyteri. ib. 8.
1730.	98.	L. Chappelow Elementa L. A. Londini. 8.
	346.	J. H. Callenberg particula Concionis montanae. Halae. 12.
	277.	Ej. prima doctrinae chriſt. Elementa. ib.
	278.	Kempis de imitatione Chriſti. Romae. P. F.
	380.	J. C. Clodii excerptum Alcoranicum. Lipſ. 4.
1731.	230.	Haririi III, priores conſeſſus, ed. A. Schultens. Franequerae. 4.
	346.	Colloquium Chriſti cum Samaritana. Halae. 12.
	279.	Via ſalutis. ib. 12.
	280.	Grotius adverſus Muhammedanos. ib. 12.
1732.	21.	A. Schultens oratio altera. Leidae. 4.
	99.	Rudimenta L. A. Romae, P. F. 4.
1733.	100.	Erpenii rudimenta, ed. A. Schultens. Leidae, 4.
	101.	E. L. Vriemoet Arabismus. Franequer. 4.
	281.	Grotius de Novi Teſt. auctoritate. Halae, 12.
1734.	282.	Libra temporis. Mar-Hannae. 4.
1735.	283.	Grotius adv. Judaeos. Halae. 12.
	347.	Pſalmi. Mar-Hannae. 8. Editio 1.
1736.	284.	Meditationes ſpirituales. Mar-Hannae. 8.
1737.	285.	Via ſalutis. Halae. 12.
	286.	Compendium hiſt. ſacrae. ib.
	232.	Haririi conſeſſus XXVIus, Reiske. Lipſ. 4.
1738.	287.	Dux Chriſtiani. Mar-Hannae. 4.
	288.	Kempis. recudi curavit Callenberg. Halae. 8.
	289.	Kempis. Romae.
1739.	290.	Kempis. Mar-Hannae.
	348.	Pſalmi, ib. 8. Ed. II.
	22.	Th. Hunt oratio. Oxonii. 4.
	23.	Polier diſſ. de puritate L. A. Leidae, 4.
1740.	24.	Ratelband diſſ. de convenientia L. A. cum hebraea. Leidae. 4.
	211.	Monumenta vetuſtiora, ed. A. Schultens. ib. 4.
	231.	Haririi Conſeſſus IV, V, VI. ed. idem. ib. 4.

Annus	num.	
1740.	292.	Institutio ad religionem. (Romae.) 12.
	293.	Vanitates mundi. Mar-Hannae. 4.
1741.	349.	Matthaei Evangelium. Halae. 8.
1742.	350.	Epistola ad Romanos. ib. 8.
	351.	Acta Apostolorum. ib. 8.
	352.	Epistola ad Hebraeos. ib. 8.
	291.	Kempis, Romae. P. F.
	202.	Taraphah. ed. Reiske. Leidae. 4.
	381.	Jo. Salchlini Specimen in Corani Sur. XII. Bernae. 8.
1743.	25.	Nic. Guil. Schroederi programma. Marburg. 4.
	382.	J. A. M. Nagel, de prima Alcorani Sura. Altdorf 4.
1744.	353.	Psalterium coptico-arabicum. Romae. 4.
1745.	201.	Ali carmina, ed. G. Kuypers. Leidae. 8.
	294.	Basilii Regula ad Monachos. Romae, P. F. fol.
1747.	26.	C. Aurivillii disp. de usu L. A. Upsal. 4.
	295.	Dux Peccatoris Mar-Hannae. 8.
1748.	27.	Th. Hunt oratio usu dialecti arab. Oxonii. 4.
	102.	Erpenii Grammatica, ed. A. Schultens. Leidae, 4.
	203.	Caab ben Zoheir carmen, ed. G. Lette. Leidae, 4.
1751.	354.	Psalmi Beiruthi. 8. min.
1752.	190.	Ibn Al Wardi particula, ed. Aurivillius. Upsal.
	355.	Biblia. Romae, 4.
1753.	296.	Expositio VII Psalmorum poenitent. Mar-Hannae. 4.
	356.	Psalmi. Mar-Hannae. 8. ed. III.
1755.	103.	C. Schnabel epistolae et pars Agrumiae. Amstelod. 4.
	175.	Saladini vita, ed. A. Schultens. Leidae. fol.
	234.	Risâlet Ibn Zeiduni, ed. Reiske. Lips. 4.
1756.	297.	Epitome doctrinae christ. Mar-Hannae. 8.
1758.	28.	C. F. Bahrdt de usu L. A. Lipsiae. 4.
	29.	C. H. Vogel momenta ad discendam L. A. Erford. 4.
	104.	Lexicon arabico-turc. Constantinop. fol. editio II.
	174.	J. F. Rehkopf vitae Patriarcharum Alexandrin. Lips. 4.

Annus.	num.	
1758.	222.	J. J. Reiske Sammlung einiger arab. Sprüchwörter. Leipzig, 4.
	357.	Epiſtolae Apoſtolicae. Mar-Hannae. 4.
1760.	105.	J. C. Kall fundamenda L. A. Hafniae, 4.
	298.	Dux Sacerdotis. Mar-Hannae.
1761.	207.	Carmen Borda, ed. J. Ury. Leidae, 4.
1764.	227.	J. C. Kall Arabum philoſophia popularis. Hafniae. 8.
	358.	Pſalmi. Mar-Hannae. 8. Editio IV.
1765.	212.	Proben aus Motanabbi, von Reiske. Leipzig. 4.
	299.	Segneri devotus Mariae. Romae, P. F. 12.
1766.	161.	Abulfedae Syria, ed. J. B. Koehler. Lipſ. 4.
	397.	Rhazes de morbillis, ed. J. Channing. Londini. 8.
1767.	30.	Ev. Scheidii or. de fontibus litter. arab. Hardervici, 4.
	31.	J. F. Froriep de utilitate L. A. Lipſiae, 4.
1767.	106.	Erpenii Grammatica, ed. A. Schultens. Leidae. 4.
	167.	Arabſiadae vita Timuri, ed. S. H. Manger. Leovard. 4.
	300.	Octoëchus. Mar-Hannae. 8.
1768.	208.	Carmen Ibn Doreid, ed. L. Scheidius. Harderv. 4.
	383.	Corani cap. I. et ſecundi pars, ed. Froriep. Lipſiae, 8.
1769.	107.	Jac. Scheidii Gloſſarium. Leidae, 4.
	200.	Tograi carmen, ed. H. van der Sloot. Franeq. 4.
	301.	Conſiderationes Gehennae. Mar-Hannae.
1770.	108.	Erpenii rudimenta. Leid. 4.
	109.	J. F. Hirtii inſtitutiones. Jenae, 8.
	213.	Carmen arab. ed. J. Ury. Oxon. 4.
	302.	Doctrina chriſtiana. Romae, 8.
	303.	Dicchiarazione della Dottrina Chriſt. ib. 8.
	359.	Pſalmi, Mar-Hannae, 8. Ed. V.
1771.	32.	J. F. Schelling, von dem Gebrauch der A. Sprache. Stuttgard, 8.
	110.	Erpenii arab. Grammatik, von J. D. Michaelis. Goetting. 8.
1772.	215.	Anthologia, ed. H. A. Schultens. Leidae, 4.
	304.	Cibus animarum. Mar-Hannae, 8.
1773.	209.	Poëmation Ibn Doreidi, ed. A. Haitsma. Franequer. 4.

1773.

Annus.	num.	
1773.	223.	Specimen Meidanii, ed. H. A. Schultens, Londini. 4.
1774.	111.	Ant. Baptista instituiçoẽs. Lisboa. 8.
	112.	J. F. Hirt Anthologia. Jenae. 8.
	233.	Hariri consessus quinquages. ed. J. Ury. Oxon. 4.
1775.	113.	Franc. Cañes Gramm. arabigo - española, Madrid. 4.
	182.	J. G. Eichhorn monumenta antiquissima, Gothae. 8.
	221.	E. Scheidii selecta ex Sententiis. Hardervic. 4.
	305.	Liber prophetiarum ecclesiasticus. Mar-Hannae. fol.
	306.	Epistola Congr. de P. F. ad Patriarch. Antioch. Rom. 4.
1776.	33.	J. White oratio. Oxonii. 4.
	114.	Lexici Sehah particula I. ed. E. Scheidius. Harderv 4.
	115.	J. Richardson's Grammar. Lond. 4.
	116.	W. F. Hezel's erleichterte Grammatik. Jena. 8.
	162.	Abulfedae Aegyptus, ed. J D. Michaelis. Goetting. 4.
	330.	Evangelia. Mar-Hannae. fol.
1778.	117.	Khalphiny Sagit. Alphabet. Moscow. 4.
	398.	Albucasis de Chirurgia, ed. J Channing. Lond. 4.
1779.	3.	H. A. Schultens or. de studio Belgarum. Leidae. 4.
	118.	E. Scheidii primae lineae institutt. Leid. 4.
	119.	J. G. Eichhorn über die verschiedne Mundarten. Leipzig. 8.
1780.	34.	J. G. Trendelenburg de eo quod nimium. Regiom. 4.
	362.	A. C. Hwiid specimen vers. Arab. Samaritanae. Romae. 8.
1781.	120.	J. D. Michaelis ar. Grammatik. Götting. 8.
	307.	Acta Consistorii secreti. Romae, P. F. 4.
1782.	416.	The Mahomedan Law, by W. Jones. Lond. 4.
1783.	204.	The Moallakat, by W. Jones. ib. 4.
	121.	N. Sinius de pronuntiatione L. A. Havniae. 4.
1784.	122.	W. F. Hezel's Anweisung. Leipz. 8.
	123.	J. Willmet Lexicon. Roterod. 4.
	191.	A. Hylander, Specimen operis Ibn al Wardi. Lundae. 4.

1785.

Annus. num.

1785. 183. J. Olsson hist. Sultani Amed ben Tulùn. ib. 4.

1786. 124. Caphiae resolutio, auctore Zini Zadeh. Constantinopoli. 4.

181. A. Schultens hist. Joctanidarum. Harderov. 4.

210. Ibn Doreid carmen, ed. E. Scheidius. ib. 4.

308. Catechismus Romanus. Romae, P. F. 8.

417. Colailah wa Dimnah, ed. H. A. Schultens. Leidae. 4.

192. Particula operis Ibn ol. Vardi, praef. Norberg. Lundae. 4.

1787. 125. M. B. Nolleroth disp. de gente et lingua Maroccana, ib. 4.

126. J. Scheidii Glossarium, ed. 2. Leidae. 4.

127. Fr. Cañes diccionario Esp. Latino-arabigo. Madrid. fol.

128. Mar. Pizzi Ensayos. ib. 4.

309. Horologium. Mar-Hannae. 8. editio 2.

384. Al Coranus. Petropoli. fol.

1788. 198. Carminum arab. specimen I. ed. Hezel. Lemgow. 8.

310. Concilium in monte Libano habitum. Mar-Hannae. 4.

1789. 129. de Sousa vestigios da lingua Ar. em Portugal. Lisboa. 4.

130. Ant. Vieyra Methodus. Londini. 4.

130.b S. F. G. Wahl Elementarbuch. Halle. 8. (in Add.)

158. Abulfedae annales, stud. J. J. Reiske. Hafniae. 4.

176. Abdollatiphi Memorabilia Aegypti, ed. J. White. Tubing. 8.

311. Litterae in forma Brevis. Romae. 4.

361. Psalmi. Mar-Hannae. 8. editio VI.

363. Commentatio critica, auct. H. E. G. Paulus. Jenae. 8.

1790. 4. M. Norberg diss. de fatis L. A. Lundae. 4.

131. Compendium Grammat. A. edidit Paulus. Jenae. 8.

163. Abulfedae Africa, ed. Eichhorn. Goetting. 8.

178. Macrisi hist. regum Islamit. in Abyssinia, ed. F. Th. Rinck. Leidae. 4.

185. Rosarii Gregorio collectio. Panormi. fol.

Annus.	num.	
1790.	186.	de Sousa documentos arabicos. Lisboa. 4.
	364.	Saadiae versio ar. Jesaiae, ed. Paulus. Jenae. 8.
1791.	35.	J. G. Hasse de usu L. A. in vita communi. Regiom. 4.
	36.	Er. Hedendahl de necessitate L. A. Upsal.
	132.	S. F. G. Wahl neue arab. Anthologie. Leipzig. 8.
	164.	Abulfedae Tabulae quaedam, ed. F. Th. Rinck. Lips. 8.
1792.	133.	A. G. Tychsen elementale. Rostoch. 8.
	184.	Maured Alatáfet, ed. J. D. Carlyle, Cantabrig. 4.
	205.	Zohairi carmen, ed. E. F. C. Rosenmüller. Leipzig. 4.
	312.	Manuductio. Wiennae. fol.
	365.	Psalmi, cum commentario. ib. fol.
1793.	195.	Libro del Consiglio di Egitto. Palermo. fol.
	410.	Parafrasis Ar. de la tabla de Cebes. Madrid. 4.
1794.	313.	Dux Peccatoris. Mar-Hannae. 8.
1795.	134.	de Sousa compendio da grammatica. Lisboa. 8.
	224.	Meidanii proverbiorum pars, ed. H. A. Schultens. Leidae. 4
	421.	Adresse de la Convention nationale. Paris. fol.
1796.	135.	Erpenii Grammatica, ed. Morso. Panorm. 8.
	136.	J. Jahn, arab. Sprachlehre. Wien, 8.
	214.	Specimens of Ar. Poëtry, by J. D. Carlyle. Cambridge. 4.
	225.	Selecta adagia, ed. E. F. C. Rosenmüller. Lips. 4.
1797.	179.	Makrisi hist. monetae, ed. O. G. Tychsen. Rostoch. 8.
1798.	140.	Exercices de lecture Arabe, à Alexandrie. 4. min.
	141.	Vocabulaire français arabe. Kaire. 8. min.
1799.	138.	E. F. C. Rosenmüller, Elementar- und Lesebuch. Leipzig. 8.
	142.	Fables de Loqman. Kaire. 4. min.
	422.	Recueil des pieçes rel. ib. 4. min.
	188.	J. A. Conde descripcion de España de Xerif Al Edris. Madrid. 8.

1800.

Annus.	num.	
1800.	139.	Gramm. linguae Mauro-arabicae, ed. Fr. de Dombay. Viennae. 4.
	177.	Abdollatiphi hist. Aegypti, ed. J. White. Oxonii. 4.
	180.	Makrizi de legalibus Arabum ponderibus, ed. O. G. Tychsen. Rostoch. 8.
	399.	Avis sur la petite Vérole, par Desgenettes. Kaire. 4. min.
	400.	Ej. opusculi nova editio. ib. 4. min.
	423.	Epistola Senatus Kahirae ad Napoleonem Bonaparte. Paris. fol.
	424.	Ej. nova editio. ib. fol.
1802.	144.	Dictionnaire abrégé, par J. F. Ruphy, Paris. 4.
	145.	Ar. Chrestomathie von J. Jahn. Wien. 8.
	146.	Öfningar i Arabiskan of A. Svanborg. Upsala. 4.
	148.	Five books upon Ar. Grammar, by J. Baillie. Calcutta, 4. min.
	427.	Traités de commerce par Durand. Paris. 4.
1803.	147.	Développemens de principes de la langue ar. par Herbin. Paris. 4.
	149.	Mor'ib al Idhar, auct. Zini Zadeh. Scudari. 4.
	366.	Specimen versionis Samarit. arab. Pentateuchi. Leidae. 4.
	385.	Al Coranus. Kasani. fol.
	396.	J. S. Wittich interpretatio loci Avicennae. Viteberg. 8.
1804.	149.b	Scharh al Idhar. Scudari. 4.
	105.	Första Grunderna, of A. Svanborg. Upsala. 4.
	193.	Aegyptus auctore Ibn al Vardi, ed. Fraehn. Halae. 8.
	403.	Le livre de la grande Table Hakémite. trad. par Caussin. Paris. 4.
1805.	151.	Opusculum gramm. de centum regentibus. Scudari. 4.
	152.	Glossarium arabico-turcicum. ib. 8.
	228.	Ebn Medini Sententiae, ed. Fr. de Dombay. Vienn. 8.
	314.	Allocutio ad Moslemos. Londini. 8.
	418.	G. Knös disquisitio, caet. Goetting. 4.

Annus.	num.	
1805.	426.	La Colombe messagère. Paris. 8.
1806.	153.	Chrestomathie Arabe par A. J. Silvestre de Sacy. Paris. 8.
	169.	Pocockii specimen hist. arab. arab. ed. J. White. Oxon. 4.
	229.	Sententiae Ali, ed. Corn. van Waenen. ib. 4.
	428.	Praeco Othmanicus. Paris. 4.
	430.	Opusculum logicum. Scudari. 4.
	431.	Ancient Alphabets — by Jos. Hammer. Lond. 4.
1807.	165.	Αμπαλφεδα περιγραφὴ Χορασμίας κ. τ. λ. Vienn. 8.
	419.	Historia decem Vesirorum, ed. G. Knös. Goetting. 8.
	429.	Bellum Gallorum cum Austriacis anno 1805. Paris. 4.
1808.	177.b	Abdollatiphi Vita auct. Ibn Abu Osaiba. ed. J. Mousley. Oxon. 4.
	194.	C. Fraehn descriptio numorum Cuficorum. Kasani. 4.
	206.	Duae Moallakat, ed. Al. Boldyrew. Goetting. 12.
1809.	404.	L. Ideler, Ursprung und Bedeutung der Sternnamen. Berlin. 8.
1810.	154.	Grammaire arabe par A. J. Silvestre de Sacy. Paris. 8.

Libri quibus non potest significari annus.

Num.	
61.	Zechendorff orationis Dominicae analysis. 4.
94.	J. C. Clodii compendium. Lipsiae. 4.
137.	J. S. Wittich kurze Anleitung. Wittenberg. 8.
143.	Grammaire par J. J. Marcel, à Kaire. 4. min.
Pag. 123.	Abulfedae Geographia edi coepta a J. Gagnier, Oxonii. fol.
326.	Meidanii Proverbia edi coepta ab E. Scheidio. 4.
236.	Colloquium spirituale. (Romae.)
217.	Resalah de poenitentia et confessione.
315.	Epistola orthodoxa. Romae, P. F. 8.
316.	Sales s. Franciscus. Romae, P. F. 8.
342.	Geneseos prima capita IV. 4. maj.
369.	Zechendorff specimen Suratarum, Cygneae. 4.

Num.

370. Ej. Suratae unius atque alterius — ib. 4.
386. Opusculum koranicum. 8.
420. Noctes Arab. edi coeptae a J. White. Oxonii. 4.

Libri nulli aut incerti.

Pag.

3. J. C. Clodii diss. de caussis contemtus linguae arab. Lipsiae. 1724. 4.
8. Cellarii usus Arabismi etymologicus. Cizae. 1678. 4.
9. R. M. Mehlführeri panegyricus de utilitate ling. arab. Giessae. 1697. 4.
28. J. Antonidis methodica descriptio conjugationum arab. perfectarum. Leidae. 1613.
33. Jos. Barbati compendium grammat. arab. 1620. fol.
37. Abr. Ecchellensis brevis institutio ling. ar. Romae. 1628. 8.
341. Psalterium Syriacum, typis monasterii S. Antonii de Kuzaia montis Libani. 1585. fol.
368. Biblia arabica. Buccuresti in Walachia.
374. Psalmi arabice. Patavii. 1709. 8.
Num. 367. Korani editio Veneta.

Einige Bücher aus J. Ch. Hendels Verlage.

Aegyptus auctore Ibn al-Vardi. Ex Apographo Escorialensi, una cum lectionibus variis e Codice Dresdensi primus edidit, vertit, notulisque illustravit *Chr. Mart. Fræhn.* med. 8. 12 Gr.

Alcæi, poëtae lyrici fragmenta, ed. Dr. Th. Fr. Stange. 8. 20 Gr.

Aristophanis Nubes, iterum in usum lectionum e Brunckania potissimum recensione edidit C. G. *Schütz*. med. 8. 10 Gr.

Aristoph. Acharnenses græcae, edidit, varietate lectionis animadversionibus VV. DD. suisque nec non indice vocabulorum, instruxit I. G. C. Hœpfner. Pars I. 799. 8. 10 Gr.

Beck, Casp. Achat. de usu et auctoritate Novellarum Leonis sapientis, liber singularis, adjectis animadversionibus et mantissa commentationum editus, a D. Car. Fr. *Zepernick*. 1 Thlr. 6 Gr.

Bernstein, Dr. Ge. H. Versus ludicri in Romanorum Cæsares priores olim compositi; collectos illustratos, recognitos, auctoritate soc. Ducal. lat. Jenensi edidit, cum epistola a Dr. *Eichstedt*. med. 8v. 810. 10 Gr.

Büttner, Io. Chrestomathia patristica latina. Conatum primum. Chrestomathiam Hieronymianam continentem. med. 8. 12 Gr.

Capelli, Lud. critica sacra, sive de variis quæ in sacris V. T. libris occurrunt lectionibus libri VI. recens. multisque animadverss. auxit. Tom. I. curavit G. I. L. *Vogel*. Tomi II. & III. cura I. G. *Scharfenbergii*. med. 8v. 3 Thlr. 18 Gr.

Euripidis Iphigenia in Aulide græcæ, recensuit comment. illustr. indicemque verb. difficil. adjecit I. G. C. Hœpfner. 1 Thlr. 4 Gr.

Euripidis tragœdiæ Phœnissæ, cum scholiis græc. e recens. Valkenaerii. edid. indicemq. verbor. copiosiss. adj. Schütz. 18 Gr.

Eusebii Pamphili historia ecclesiastica, Libri X. eiusdem de vita Constant. Libri IV. græcæ textum recens. notasque max. partem crit. adiecit. F. A. *Stroth*. T. I. 8v. 1 Thlr. 16 Gr.

Kægler, Ign. notitiæ SS. Bibliorum Judæorum in Imp. Sinensi. Ed. altera, auctior. Seriem chronologicam atque diatriben de Sinicis S. S. Bibll. Verss. addidit Chr. Theoph. *de Murr*. cum tab. æn. med. 8. 8 Gr.

v. Murr, Nachrichten von verschiedenen Ländern des spanischen Amerika. Aus eigenhändigen Aufsätzen einiger Missionarien der Gesellschaft Jesu. 2 Theile. gr. 8. 2 Thlr. 16 Gr.

Schütz, Chr. Grdf. Chrestomathia graeca, ad usum lectionum adornata. Pars Ima. e Philosophis collecta. — Pars IIda. ex Herodot. Thucid. Xenoph. et Polybio; — et Pars III. e Dionysio Halic. Diodoro Siculo, Plutarcho et Herodiano collecta. 8v. (Schreibp. compl. 2 Thlr) Drpp. 1 Thlr. 12 Gr.

Tertulliani, Q. Sept. Flor. opera, recensuit D. Io. Sal. *Semler*. 6 Volumina cum indice. 8v. 3 Thlr. 6 Gr.

Tralliani, Phlegontis, opuscula, græc. et lat. e recensione Io. *Meursii*, accesserunt eiusd. et Guil. *Xylandri* animadverss. iterum edidit, animadverss. indices adjecit M. Io. Geo. Fr. *Franz*. 8v. 775. 12 Gr.